This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Digitized by Google

U K GENT
Digitized by Google

Digitized by Google

BL 1283.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

EVERHARDI FEITHII

ANTIQUITATUM HOMERICARUM

LIBRI IV.

EDITIO NOVA
PRIORIBUS MULTUM EMENDATIOR,
NOTIS ET INDICIBUS AUCTA
ATQUE
FIGURIS ILLUSTRATA.



ARGENTORATI,
Impenſis HENRICI LEONARDI STEINII,
M DCC XLIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

CELEBERRIMO
VIRO
JO. DANIELI
SCHOEPFLINO
CONSIL. AC HISTORIOGR.
REGIO,
IN ARGENTORAT. ACADEM.
HISTOR. ET ELOQ. P. P. O.
CAP. THOM. CANONICO.
REGIÆ IN GALLIIS ELEGANT. LITER. ACAD.
MAGNÆ BRITANNIÆ, HETRURIÆ ET
PETROPOLITANÆ SOCIETATI
ADSCRIPTO.

Digitized by Google

VIR
AMPLISSIME
AC
LONGE CELEBERRIME.

QUi jam pridem nominis TUI celebritatem tacita quadam veneratione ſuſpexi, meæ nunc pietatis atque profundi reverentiæ affectus publicum ſum editurus ſpecimen; quo novam hujus opuſculi editionem nemini potius quam TIBI, VIR CELEBERRIME, conſecro. TU digna quadam humanitate in TUAM illam librorum gazam admittis quosquos bonarum literarum cultores; TU antiquitatum Cultor eruditus, ævique priſci æmulus, tanta cum

Digitized by Google

cum gloria nominisque Tui ſama illos eruditionis Tuæ theſauros in omnes Muſarum alumnos tam liberaliter atque gratioſe effundis. Quoties ego ipſe ejusdem liberalitatis teſtis fui? qui nonniſi ampla quadam ornatùs benevolentia unquam à Te diſceſſi.

Senſit jam dudum Orbis Literatus ſublimiores has ingenii Tui dotes; qui in Te admirando, in Te collaudando certatim concurrit, fortunatam prædicans Argentoratum, quod Tantum in ſinu ſuo Virum foveat. Verum & exteris hinc inde nationibus Tuæ eruditionis interiora recludis, vicinis atque remotis. Gaudent nobiscum Francicæ Muſæ, tantamque felicitatem cum Anglis, Italis & remotis Ruſſis lætantur. Mittunt ad ſidera conjuncta ſua vota: ut Tu ſalvus & ſoſpes inconcuſſa felicitate vivas & floreas. Eadem & mea ſunt, Vir Celeberrime! Tibi ſtabilem ſanitatem ex animo precor. Tibi dignos & dulces laborum Tuorum fructus quos jam percepiſti & percipis quotidie gratulor, & majus eorum indies

Digitized by Google

opto incrementum. Ceterum leve hoc munuſculum ſerena fronte ſuſcipe: me, ſi dignum porro TUA attentione reputaveris, ei maxime operam me daturum polliceor, ut prono TUO in me affectui perfecte reſpondeam

CELEBERRIMI NOMINIS
TUI

Argentorati
Prid. Kal. Febr.
M DCC XLIII.

Cultor perpetuus

M. ELIAS STOEBER.

CANDI-

Digitized by Google

Candido Lectori Editor M. Elias Stoeber S. P. D.

Optaverat ſua jam ætate Jacobus Gronovius in ſuis ad Feithii lectorem monitionibus: *ut & Auctoris bonori, & evolventis commodo inſerviiſſent alacrius illi, quorum id munus fuit &c.* Celeberrimi Viri vota ſi non ex aſſe adimplevimus, ſaltem ut adimplerentur ſtudioſe laboravimus. En Tibi, quæ noſtri ſit inſtituti & laboris ratio. Auctores, quos exquiſito cum Antiquitatis ſtudio ſibi conciliaverat Feithius, quorumve teſtimoniis uſus eſt, ſedulo evolvimus; loca, ubi opus erat, emendavimus. Quæ ex Græcis Scriptoribus allegata ſunt, ea latine reddita & characterum forma a reliquis diverſa, in gratiam eorum, qui linguæ hujus non admodum gnari ſunt, adjecimus. Nec injucundi hujus laboris nos unquam pœnitebit, quod cunctis literarum Græcarum cupidis ad antiquiſſima earundem monumenta intelligenda jam facilior eſt aditus. Locorum ultra duo millia, quis credat! inveſtigavimus, eaque ut reperiantur commodius libris & capitibus, in quibus eorum ſedes eſt, accurate notavimus; Tu modo veſtigia a no-

Digitized by Google

bis in fine paginae indicata ſequere. Sunt tamen nonnulla, quæ fruſtra a nobis quæſita Tuæ in indagando ſolertiæ committere cogimur. Capita cujusvis Libri in ſegmenta minora (paragraphos vocant) diſtinximus, eorumque ordinem & argumentum in ipſa capitum fronte ſignificata exhibemus. Acceſſit inſuper Animadverſionum in Antiquitates has Homericas ſpecimen; earum maxime, quibus hæc editio, ceteris perfectior & emendatior, carere non poterat. Paucæ ſunt; at compendii limites egredi viſum non eſt. Eſt tamen, ubi quædam antiquæ Græciæ monumenta vel clarius indicata, vel deſcripta reperias. Maximam harum partem & alia plura ſtudio & operæ Celeberrimi in hac Univerſitate Philologi & Præceptoris noſtri Dn. Joannis Isaaci Heupelii, ante aliquot annos pie defuncti nos debere, pia grataque mente profitemur; cui ut poſt fata quoque debitus a nobis honos exhiberetur, Obſervationes illas Philologico - Criticas appoſuimus integras, easque peculiari deſignavimus nota. Denique quo magis etiam eorum, quibus libri hujus frequentior uſus erit, commodo conſuleremus, indices ſubjunximus locupletiſſimos; alterum locorum, tum ab ipſo Feithio, tum in Notis illuſtratorum & paſſim allegatorum; alterum vero

maxime

Digitized by Google

maxime notabilium verborum & rerum. Tu L. B. noſtro hoc labore liberaliter utere; quo tibi inſerviiſſe nunquam non dulce nobis erit, imo jucundum. Vale. Scribeb. Argentorat. Prid. Calend. Februar. A. R. S. M DCC XLIII.

Præfationes prioribus editionibus præmiſſas temporis habita ratione ſubjungimus.

LECTURO
Typographus S. D.

EXhibemus tibi, Candide Lector, libellum omnium doctorum calculo ſemper approbatum. Quare minime neceſſe ducimus longiori & moleſta oratione te in ipſo limine morari, & hoſce ANTIQUITATUM HOMERICARUM libros commendare; in illis enim cum utilitate jucunditas de palma certat. Vera autem me dicere ipſa lectio docebit: nihil enim eſt, quo omnium animi magis delectantur & quod mortalium pectora magis delectat, quam priſcorum rituum & morum cognitio, quæ ſimul adytum pandit ad vetuſtiſſimorum Auctorum ſcripta intelligenda. Hiſce rationibus inducti conſilium cepimus, utiliſſimum & optimum huncce libellum,

)(5

bellum, quem dudum antiquitatis ſtudioſi fruſtra quæſivere, typis mandandi. Ut autem communi Reipublicæ Literariæ bono conſuleremus, operam impendimus, ut hi ANTIQUITATUM HOMERICARUM libri forma nitidiori & accuratiori in dias luminis auras prodirent. Hunc in finem omnia teſtimonia, quæ FEITHIUS ex Homero, ſæpe etiam quæ ex aliis ſcriptoribus, allegaverat, inveſtigavimus, loca, quæ perverſe vel rudiori modo citaverat accurate addito libri & verſuum numero, indicavimus, inſuper quoque loca quædam addidimus; quare vel citata, vel a nobis addita loca, diverſa typorum forma excudi curavimus: multa præterea vitia ſuſtulimus, & demum rerum & verborum indicem adjunximus. FEITHIUM ergo, quem nunc emittimus, benigne excipe, noſtroque fruere labore.

JACOBI GRONOVII
De Feithii Antiquitatibus Homericis
PRÆFAMEN. (*)

MAjore gratia & favore excipiendus eſt labor ſane politus Everhardi Feithii, dum Homeri cum juſta utilitate volvendi exemplum præbet incomparabile, & in

(*) Legitur in Præfatione *Theſaur. Antiquit. Græc. Vol.* VI. præmiſſa *pag.* 15. *ſeq.*

in iſta temporis ſui diligentia & amplo ſtudioſorum numero arripit materiam, unam profecto ab ſolerti tot eruditiſſimorum virorum gravitate non tactam, eo tamen magis neceſſariam, quanto Homerus & aliis eſt præſtantior & omnibus doctrinæ rebus partibusque præbuit exordia, & vetuſtam Græciam alioqui prorſus obſcuram & ignorandam unus aperuit & enarravit poſteris. Itaque quum ſparſim & varie nonnulla hinc ſint annotata, tum in unum corpus congeſta habere opinor ſtudiorum interfuiſſe vel maxime. Ipſa ſcribendi ſimplicitas mirabiliter eſt διδακτική & neſcio qui Meurſiana, perinde ut ipſa operis deſignatio & ſeries, ut publicam privatamque vitam Græcorum tranſeat. Opinabor libenter eos, qui primi ediderunt, expreſſiſſe auctoris optimi chirographum fideliter. Sed ut credam a Feithio ſcriptum eſſe quod exſtat column. 3723. (*) *Ac tale* templum omnium Deorum *Athenienſibus ſtruxit Aelianus Imperator*, non patitur reverentia, qua doctrinam Feithii, nominis mihi dilecti & honorati, metior, & vel ſi per incuriam ita ſcriptum exſtitiſſet, non debuerant editores permiſiſſe, ut id ſic exiret, quum perſpicue intelligatur Aelius Hadrianus. Nullus credo verba Ariſtotelis libro I. c. 5.

citata

(*) in noſtra Editione hæc verba leguntur *pag.* 24.

citata ex libro VI. Polit. cap. VIII. (*) πολλὰς καὶ κεχωρισμένας τῆς ἱερωσύνης ab Feithio verſa latine fuiſſe *plures & diſtinctas per ſacerdotia*, quæ locutio Flori ſupponit ſacerdotes multiplices & complura ſacerdotum genera. At vero non ναοφύλακες poſſunt dici ſacerdotes, non item ταμίαι τῶν ἱερῶν χρημάτων pro ſacerdotibus haberi queunt; ſed curare aliquid ſeparatum ab ſacerdotio, nec aliter intelligitur iſte locus ab interpretibus Ariſtotelis. Parum intelligo columm. 3742. (**) has voces: *Ubi alba veſtis; quaſi etiam amictum ſtrati corpus ex Aegeo in urbem intulerunt Sicyonii, teſte Plutarcho.* Nec enim aſſequor vel locum Plutarchi, vel hiſtoriam quam reſpicit. Columm. 3746. prave faciunt meminiſſe *Aepyti Regis in Bœotia* (***), qui fuit in Arcadia. Sed neque verba illa Οταν ἀλόντος ᾖ, καὶ ϛρέφονται περὶ δῖνον οἱ βόες, habet Aelianus Var. Hiſt. lib. XIV, ut citantur in libri IV. capite primo, (****) ſed lib. IV. animal. cap. 15. Optavi quidem iſta ante annos legens, ut & auctoris honori & evolventis commodo inſerviiſſent alacrius illi, quorum id munus fuit: nam ab Feithio illa veniſſe nun-

(*) vid. noſtram pag. 32.
(**) Reperta nobis apud Plutarchum hiſtoria: quam ſuo loco pag. 99. & in notis ad h. l. alte diſpoſuimus.
(***) vide noſtram pag. 118. & notas ad h. l.
(****) Correximus hunc locum pag. noſtr. edit. 404.

nunquam credo. Sed quum hæc vota in vanum cadant, nunc annotanda duxi, ut pateret me pati nolle, ut inveteraſcentem jam doctrinæ Feithianæ laudem aliqua negligentiæ invidia frangat aut comminuat. Et iſta hactenus.

Clariſſimo Doctiſſimoque Viro,
JOANNI COCCIO,
Humaniorum litterarum in Academia Lugd. Bat. Profeſſori.

HENR. BRUMANUS, S. D.

MAjorum noſtrorum memoria, cum poſt diuturnum exilium Græcæ litteræ in Italiam, atque inde in cæteram Europam eſſent reverſæ, nihil prius habuere doctiſſimi quique, quam veteris Græciæ Geographiam, ſacra, res politicas & militares e vetuſtatis tenebris eruere: egregiamque inter plures operam præſtitere Sophianus, Gerbelius, Sigonius, Cragius, Meurſius, Emmius, Sopingius, Laurenbergius, Palmerius, beneque hoc labore de poſteritate meriti fuere. Perrexit eadem via hic, quem in lucem edimus, Everhardus Feithius. Qui natus ſuperiori ſeculo Elburgi Gelrorum, honeſta familia, quæ ſummos in patria geſſit, etiamque nunc gerit honores, poſtquam aliquot annos Philoſo-

phiæ,

Digitized by Google

phiæ, præſertim quam Peripateticam vocant, impendiſſet; relictis velut aſperis inamœniſque ſylvis, ad elegantiores litteras animum applicuit, tanto ſtudio & diligentia, ut brevi in intima non tantum Græcæ, ſed & Hebrææ linguæ adyta penetrarit. Cujus Ampliſſimum ei perhibuere teſtimonium Clariſſimi Benearnenſis Academiæ Profeſſores. Poſt longam peregrinationem in patriam redux, offendit fœderatum Belgium terrificis Hiſpanorum, Spinola ductore, exercitibus percuſſum: &, niſi egregia, conſtanſque etiam in adverſis noſtrorum virtus obſtitiſſet, in infeliciſſima fueramus fata projecti. In hoc armorum ſtrepitu Feithius patria exceſſit, & in Gallia larem fixit, Græcamque linguam eſt profeſſus, clarus amicitia doctiſſimi Caſauboni, Puteani, Illuſtriſque Thuani. Rupellæ vero in Santonibus famulo comitante obambulans, in civis Rupellani ædes vocatur: ac magiſtratu diligenter licet inquirente, nuſquam poſt a ſuis conſpectus eſt, ingenti litterarum detrimento. Certe, ſi ad juſtam ſenectutem, quem fata tantum ſeculo oſtendiſſe viſa ſunt, perveniſſet, celeberrima ingenia adæquaſſet. Teſtantur hoc plurima ejus opera inchoata, quæ poſt ejus interitum, tanquam tabulæ e naufragio, in Belgium & manus hominum minus curioſorum pervenerunt, hæredumque in-

Digitized by Google

incuria perierunt. Ingens viri eruditio apparet etiamnunc ex fragmentis, in quibus Heſychium, Suidam, alios, & veterum Poëtarum Græcorum Scholiaſtas illuſtrat, integritatique reſtituit. Inchoaverat inter cætera, vel potiùs ultimam manum impoſuiſſe videtur Antiquitatum Athenienſium libris octo: quorum primus Athenarum deſcriptionem continens, nitide auctoris manu deſcriptus ad nos pervenit; ſpeſque etiam ſupereſt reliquos non omnino periiſſe. Damus interea, ut auctor eos inſcripſit, Antiquitatum Homericarum libros quatuor. Elegans ſane argumentum, & quod doctiſſimum quemque antiquorum exercuit: ſed quod dolendum, monumenta ea poſteritati invidit temporum injuria. Hermiæ, Stratocliſque, qui de Homerica armorum regnique diſciplina commentati fuere, ſolum extant nomina. Atque hæc potiſſimum cauſa fuit, quæ te, Cocci vir Clariſſime, aliiſque hortantibus (inter quos collega tuus, meuſque, dum fata Deuſque ſinebant, Affinis J. Fred. Gronovius) hunc librùm in lucem emiſit. Accedebat, quod hominis mihi tam propinqui (avo meo materno frater fuit) labores perire ſinere, de ſuis male merentis videretur. Tuum itaque eſt, hunc fœtum patrocinio tueri, cujus cura prodit dias in luminis auras. Interea ſedulam operam navabo, ut conſe-

quar

quar ea omnia à Feithio elucubrata, quæ rem litterariam illuſtrare poſſint. Dabam Suollæ a. d. V. Kal. Aug. A. MDCLXXVII.

LECTORI S.

QUantum fuerit ingenium Everhardi Feithii, & Eruditio quam elegans, ex hoc ejus libello de Homericis antiquitatibus intelligi poteſt: ubi cum ſibi poëtarum principem ornandum ſumpſiſſet, complures etiam ſcriptores alios, omneſque propemodum eorum temporum ritus ac mores illuſtrat. Videre licet hic amœnam varietatem ac ſilvam; in qua ſacræ & profanæ res, publicæ privatæque, regum eiſque parentium, pacis bellique negotia, ratio victus & veſtitus, & omnia, quorum in vita mortalibus uſus eſt, ſeſe offerunt. In ea multarum rerum diverſitate diffundit quidem aliquantum ſe noſter; verum hoc etiam utitur judicio ac temperantia, ne laſciviat ac luxuriet; utque non Latinam tantum & pulchram, ſed puram quoque, terſam, & caſtam dicendi rationem teneat. Juſtiſſime vero dolebunt literarum amantes, quod indoli tantæ perennare non licuerit. In ipſo enim ætatis flore & adoleſcentia raptus eſt: cui ſi fata dediſſent majores in luce moras, viros, quos eruditione maximos unquam tulit Belgium, æquiparaſſet. Nunc eum dolorem utcunque ſolemur his antiquitatibus, exſpectantes & alia Feithii ſcripta, quæ præſtantiſſimus Brumanus, Rector Scholæ Zuollanæ, colligit.

Digitized by Google

Series Capitum

LIBRI PRIMI

Cap I. *De Diis veterum Græcorum.* pag. 1
II. *De Deorum ſingulorum officio.* 8
III. *De locis Sacris.* 16
IV. *De Simulacris.* 25
V. *De Sacris Deorum miniſtris.* 32
VI. *De Luſtrationibus.* 37
VII. *De Precibus ac Votis.* 43
VIII. *De Libamentis, ſuffitibus ac molis.* 52
IX. *De Victimis.* 59
X. *De ritu Sacrificandi.* 70
XI. *De Donariis.* 82
XII. *De cultu Heroum mortuorum & omnium inferorum.* 88
XIII. *De religione funerandi.* 96
XIV. *De Cadaveris combuſtione.* 107
XV. *De Sepultura.* 115
XVI. *De Divinationibus.* 126
XVII. *De Magicis artibus.* 135

)(Libri

Digitized by Google

LIBRI SECUNDI

Cap. I. *De Statu Imperii.* 143
II. *De regia poteſtate ac officio.* 150
III. *De Dominio Regio.* 155
IV. *De Regum inſignibus.* 160
V. *De Regiis miniſtris.* 167
VI. *De Concionibus.* 175
VII. *De Judiciis.* 180
VIII. *De Homicidiis.* 185
IX. *De Furtis ac Rapinis.* 191
X. *De Emptionibus & Venditionibus.* 196
XI. *De Donationibus.* 203
XII. *De Hæreditatibus.* 211
XIII. *De Nuptiis.* 216
XIV. *De ritu Nuptiarum.* 224
XV. *De ſecundis Nuptiis.* 233
XVI. *De Adulterio.* 237
XVII. *De Concubinis.* 241
XVIII. *De liberorum educatione.* 246
XIX. *De officio liberorum erga parentes.* 253
XX. *De Servitute.* 259

LIBRI TERTII

Cap. I. *De Cibo veterum Græcorum.* 267
II. *De Potu.* 276
III. *De tempore victitandi.* 285

IV.

Digitized by Google

IV. *De Conviviis.* 289
V. *De ritibus Conviviorum.* 296
VI. *De Veſtibus.* 313
VII. *De Indumento capitis, pedum; aliisque corporis ornamentis.* 322
VIII. *De Lectis.* 333
IX. *De Lavatione ac Unctione.* 341
X. *De comæ ornatu.* 349
XI. *De Domo.* 356
XII. *De Hoſpitii jure.* 368
XIII. *De ritu excipiendi hoſpites.* 374
XIV. *De Supplicatione.* 382
XV. *De ritu Lugendi.* 393

LIBRI QUARTI

Cap. I. *De Agricultura.* 401
II. *De Venatu.* 410
III. *De Mulierum exercitiis.* 417
IV. *De Muſica.* 425
V. *De Saltatione.* 437
VI. De *variis ludorum generibus.* 443
VII. *De Bello.* 452
VIII. *De Galea, Thorace, Ocreis, Scuto.* 458
IX. *De Haſta, gladio, arcu, aliisque armis.* 471
X. *De armorum Materia ac Forma.* 482

)(2 XI.

XI. *De Equis.* 489
XII. *De Navibus.* 497
XIIII. *De Obſidione.* 503
XIV. *De Pugna.* 510
XV. *De cæſis in acie.* 520
XVI. *De Præda bellica.* 527
XVII. *De Pace & Fœderibus.* 534

Explicit Series Librorum & Capitum.

ANTI-

Digitized by Google

ANTIQUITATUM HOMERICARUM LIBER PRIMUS.

CAPUT PRIMUM.

De Diis Veterum Græcorum.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Tradit ordinem tractationis & rationem cur a Sacris incipiatur § I.
Hiſtoriam Deorum & vocis θεὸς *etymologiam* § II.
Deorum diviſionem § III.
Deos Magnos Græcorum § IV.
Et Romanorum § V.
Deos aſcititios ſeu Heroës § VI.

§ I.

OMnis hominum vita *ſacris*, aut *profanis* rebus occupata eſt. *Ordinem ducunt Sacræ*, naturâ cuique præeunte ac dictante: principem omnium eſſe Deum, & ſupra alia curandum. Eundem nos quoque ſequi par eſt in priſcis Græ-

Digitized by Google

eorum moribus deſcribendis: præſertim cum nihil prius, antiquiusve habuerint religioſa Numinis veneratione. Singularis profecto eorum hac in re fuit *περιεργία curioſitas*; quâ factum, ut in varias, ac pene infinitas ſuperſtitiones ſint diſtracti. Etenim, dum ἀθεότητος *impietatis* crimen quam longiſſime declinare conati ſunt, in immenſam πολυθεΐαν *Deorum multitudinem* inciderunt uſque adeo, ut qui inter eos fuerunt δεισιδαιμονέστεροι *nimium ſuperſtitioſi* Athenienſes, etiam Ἀγνώστων θεῶν *ignotorum Deorum* cultum publicis monumentis ſint profeſſi: uti videre eſt apud PAUSANIAM *Atticis* (α) & PHILOSTRATUM *de Vit. Apollon. lib. VI.* (β)

§ II. Antiquitus quidem Græcos idem error habuit, qui pleraſque alias nationes, ut inſigniores mundi partes loco numinis venerarentur. Teſtis PLATO *in Cratylo* (γ) ubi φαίνονταί μοι, inquit, οἱ πρῶτοι τῶν ἀνθρώπων τῶν περὶ τὴν Ἑλλάδα τούτους μόνους Θεοὺς ἡγεῖσθαι, οὕσπερ νῦν πολλοὶ τῶν βαρβάρων, ἥλιον καὶ σελήνην καὶ γῆν καὶ ἄστρα, καὶ οὐρανόν. *Videntur mihi Græcorum priſci Deos ſolos putaſſe eos, quos etiam his temporibus barbarorum plurimi arbitrantur, ſolem,*

(α) c. libr. I. c. 1. p. 4. (β) c. 3. p. 232. (γ) Tom. I. opp. p. 397.

lem, *lunam*, *terram*, *ſtellas*, *cælum*. Indeque Θεοὺς primum nominaſſe illos exiſtumat, quod viderent πάντα ἀεὶ ἰόντα δρόμῳ καὶ θέοντα, *omnia in perpetuo eſſe curſu*. Quam notationem laudat PLUTARCHUS *de Placit. Philoſ. lib. I. c. VI.* (α) ubi Græcorum Deos ab eodem fonte arceſſit. Translatus poſtea hic divinitatis honos in illuſtres virtute ac meritis homines, quos a morte variis mundi partibus, ac vitæ humanæ uſibus præfecere. Ac HERODOTUS *Euterpe* (β) narrat „ ſe accepiſſe à Dodonæ ſacerdotibus, Pelaſgos antiquitus vota ſacrificiaque Diis, „ nullo cuiquam impoſito nomine, aut „ cognomine feciſſe, quod necdum „ audiſſent uſurpatum; Θεοὺς modo ap- „ pellaſſe, ὅτι κόσμῳ θέντες τὰ πάντα πρήγματα καὶ πάσας νομὰς εἶχον, *quod res omnes* „ *omneſque regiones ordine diſpoſitas tenerent*. „ Hinc multo tempore prolapſo, ex „ Ægypto perlata Deorum nomina, „ quæ Dodonæi oraculi auctoritate re- „ cepta, poſtmodum Diis invocandis „ adhibuerint, aliiſque Græcis communicarint. Porro (γ) unde ſinguli Deo- „ rum „

(α) *Tom. II. opp. pag.* 880. *B.* (β) *cap. LII. p.* 110. (γ) *cap. LIII. pag.* 111.

,, rum extiterint, an cuncti ſemper fue-
,, rint, aut qua ſpecie, id ipſe hactenus
,, refert ignoratum, *niſi heri & nudius*
,, *tertius*, πρώην τε, καὶ χθὲς, ὡς εἰπεῖν λόγῳ,
,, *ut ſic dicat.* Etenim quadringentis
,, non amplius ante ſe annis Homerum
,, ac Heſiodum primos fuiſſe cenſet, qui
,, Deorum gentilitatem Græcis intro-
,, duxerint, iisque cognomina dederint,
,, honores ac artificia diſtribuerint, fi-
,, guras etiam deſignarint. Οὗτοι δέ εἰσιν
,, inquit, οἱ ποιήσαντες θεογονίην Ἕλλησι, καὶ
,, τοῖσι θεοῖσι τὰς ἐπωνυμίας δόντες, καὶ τιμάς
,, τε, καὶ τέχνας διελόντες, καὶ εἴδεα αὐτῶν ση-
,, μήναντες. *Hi autem ſunt, qui Græcis Deo-*
,, *rum geniturам introduxerunt, Diisque co-*
,, *gnomina dederunt, & honores artificiaque di-*
,, *ſtribuerunt, eorumque formas ſignaverunt.* ,,
Quod ut controverſia non careat, propter ea quæ de Orpheo, Muſæo aliisque vetuſtioribus ſunt prodita, illud certe extra omnem dubitationem poſitum, priſcam Græcorum θεολογίαν *doctrinam de Deo* eorum præcipue monumentis fuiſſe conſecratam. Princeps in poëſi HOMERUS, idemque nobis dux & auctor in univerſa hac commentatione futurus.

§. III. Longum eſt Deos omnes, quos variis locis HOMERUS diſperſit, in unum

unum hic colligere, & ſuis quemque elogiis ſigillatim deſcribere. Summa legere capita & generatim in ordinem redigere, ſat erit. Eum Poeta delineat *Iliad.* III. (α) Ubi Agamemnon, in ſanciendo fœdere Deos adhibiturus teſtes, invocat poſt *Jovem Opt. Max. Solem, Fluvios, Terram & eos, qui eâ puniunt defunctos.* Ita nimirum pro variis mundi partibus, quibus Divinitatem affinxerunt, alii Deorum habiti *Cœleſtes*, alii *Aquatici*, *Terreſtres* alii, denique *Subterranei*, ſeu *Inferi.*

§. IV. In his *principes* fuerunt *duodecim*, quos Μεγάλυς *Magnos* dixerunt, & primum ab Ægyptiis traductos coluerunt, uti cenſet Herodotus, (β) Δυώδεκά τε θεῶν ἐπωνυμίας ἔλεγον πρώτους Αἰγυπτίους νομίσαι, καὶ Ἕλληνας παρὰ σφέων ἀναλαβεῖν, *Duodecim vero Deorum cognomina primos dicunt Ægyptios frequentaſſe, & Græcos ab illis accepiſſe.* Eos complexus Vetus Poeta his verſibus.

Δώδεκά εἰσι θεοὶ μεγάλοι, Ζεὺς, Ἥρα, Ποσειδῶν,
 Δημήτηρ, Ἑρμῆς, Ἑστία, Κυλλοπόδης,
Φοῖβος, Ἐνυαλιός τ᾽ Ἄρης, Πάλλας τ᾽ Ἀφροδίτη,
 Ἄρτεμίς, εἰσι θεοὶ δώδεκα οἱ μεγάλοι.

(α) Γ, 276. ſeqq. (β) *Euterp. cap. IV. p.* 91.

ENNIUS vero apud APULEIUM (α) latin ita expreſſit, ut ſex Dii a totidem Dea bus diſtinguantur:

Juno, Veſta, Minerva, Ceres, Diana, Ve nus, Mars,
Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus, A pollo.

§. V. Nimirum *apud Romanos* etiam *duodenarius hic Deorum numerus* religioſe ex Græco ritu fuit *obſervatus;* uti luculenter docet DIONYSIUS HALICARNASSEUS *Antiq Rom. lib. VII.* (β) in ſolennis pompæ de ſcriptione. Illic hos, tanquam medios collocat inter vetuſtiores ac recentiores Deos. „ Antiquiſſimi ab eo ſtatuun- „ tur Saturnus, Rhea, Themis, Lato- „ na, Parcæ, Mnemoſyne, aliique. Ex „ his deinde orti Jupiter, Juno, Mi- „ nerva, Neptunus, cæterique ex duo- „ denario illo choro. Hos deinde ſe- „ quuntur geniti, ex quo Jupiter acce- „ pit imperium, Proſerpina, Lucina, „ Nymphæ, Muſæ, Horæ, Gratiæ, „ Liber pater, aliique ſemidei, quorum „ animæ relictis corporibus mortalibus „ in

(α) *de Deo Socrat. p. 42.* (β) *p. 478.*

Digitized by Google

in coelos aſcendiſſe, Diisque pares „ honores adeptæ eſſe perhibentur, uti „ Hercules, Æſculapius, Caſtores, He- „ lena, Pan, & alii infiniti „ Inde *ψήφισμα decretum* illud LUCIANI (α) de Diis præter eos duodecim, prioresque illos Saturno coævos, cœlo dimovendis.

§. VI. Cæterum, poſtremum hoc Deorum genus Ἥρωας *Heroes* dixerunt: eoque titulo ſinguli pene Græciæ populi ſuos coluerunt auctores, potiſſimum reges, vindices etiam, ac propugnatores omninoque meritis præſtantes viros, ac fœminas; quibus defunctis τιμὰς quas vocant ἡρωϊκὰς *heroicos honores* dicarunt. Tales fuerunt Athenienſibus decem illi Ἥρωες ἐπώνυμοι *Heroes incluti*, PAUSAN. *Atticis* (β) unde Tribus ſuas denominarunt. Inter quos Erechtheus eorum princeps, ab HOMERO *in Bœotia* (γ) celebratus. Cujus CICERO ſe Athenis vidiſſe delubrum & ſacerdotem teſtatur, *lib. III. de Nat. Deorum.* (δ)

(α) *in Concil. Deor. Tom. II. p.* 715. (β) *s. libr. I. c.* 5. *p.* 12. *ſeq.* (γ) *s. Catal. Nav. v.* 54. (δ) *c. XIX. Vol. IX. p.* 3078.

Digitized by Google

CAPUT SECUNDUM.

De Deorum ſingulorum officio.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Officia Deorum ſingulatim recenſet §. I.

Quomodo per regiones & civitates fuerint diſtributi §. II.

Urbium & ædium Deos §. III.

Deos tutelares hominis integri §. IV.

Conſiderati quoad potiſſimas partes §. V.

Poteſtas in vitam interitumque hominis quibusnam tributa §. VI.

§. I.

IN hac Deorum turba *aliis aliæ partes ac munera fuerunt diſtributa. Jupiter* quidem cœlum ſortitus eſt, & tempeſtatum moderamen. Unde tonitrua, imbres aliaque μετέωρα *conſpicua in aëre* ſubinde HOMERUS ab eo derivat; etſi totius vitæ humanæ, atque adeo univerſitatis imperium illi etiam aſſignet. *Apollini* commiſſa fuit morborum cura; cujus ſpecimen edit in ſanando Hectore *Iliad XV.* (*a*) Eandem exercuit in Marte Pæon

(*a*) v. 59. *ſeqq.*

Pæon, *Iliad V.* (α) Sed *Eidem* in *Hymno* (β) adſcribitur divinatio ac cantus, itemque ſagittandi peritia; cujus nomine paſſim ἑκατηβόλος *longe jaculans* audit. *Mercurius* artibus omnibus ad rem accommodatis præfectus fuit, lucri Deus habitus, uti ex *Iliad. XIV.* (γ) obſervat PAUSANIAS, (δ) ubi Phorbanti poſſeſſiones ſuppeditaſſe dicitur; etiam furti, quod docuiſſe Autolycum fertur *Odyſ. XIX.* (ε) indeque ipſe appellatus in *Hymno* (ζ) ἀρχὸς φηλητέων *princeps furum. Idem* ducere homines creditus in via *Iliad. XXIV.* (η) mortuorum quoque animas ad Orcum abigere, *Odyſ. XXIV.* (θ) atque adeo noctu ſomnos ac ſomnia immittere, unde ἡγήτορα ὀνείρων *ſomniorum ductorem* eum POETA nuncupat. (ι) *Marti* aſſignatum fuit bellum, quod ideo ἔργον Ἄρηος *Martis opus* paſſim vocatur. *Neptunus* mare ſortitus eſt *Iliad. XV.* (κ) ſed & certamina equeſtria in *Hymno*, (λ) quod etiam in *Achaicis* notavit PAUSANIAS, (μ) eum εὑρετὴν ἱππικῆς *inventorem artis equitandi*

(α) ϐ. 900. (β) ϐ. 131. *ſeqq.* (γ) ϐ. 490. *ſeq.* (δ) *Corinth. s. lib. II. c. 3. p. 119.* (ε) ϐ. 396. *ſeq.* (ζ) ϐ. 292. (η) ϐ. 334. *ſeqq.* (θ) ϐ. 9. *ſeqq.* (ι) *Hymn. in Mercur.* ϐ. 14. (κ) ϐ. 161. (λ) ϐ. 5. (μ) *s. lib. VII. c. 21. p. 577.*

tandi exiſtumans. At *Vulcano* HOMERUS artes fabriles tribuit, deſcripta ejus officina *Iliad. XVIII.* (α) Artes omnifarias habuit *Minerva*, ſapientiæ Dea *Odyſ. XIII.* (β) quanquam & cum Marte ſortita belli curam *Iliad. V.* (γ) *Ipſamet* etiam ſociam habens Ἐνυώ *Bellonam*; quod confirmat *in Meſſenicis* PAUSANIAS. (δ) *Diana* arcum habuit communem cum fratre Apolline; *Eademque* venatui addicta, in *Hymno.* (ε) *Cereris* munus fruges terræ, quæ ideo Δημήτερος ἀκτὴ *Cereris munus* Poëtæ dictæ *Iliad. XIII.* (ζ) uti *Liberi Patris*, vinum. *Venus* amoris Dea, nuptialium operum curam exercuit, *Iliad. V.* (η) *Proſerpina* inferorum umbris præfecta, eodem cum *Plutone* munere *Odyſ. XI.* (ϑ) *Lucina* vitæ ortus fuit aſſignatus *Iliad. XI.* (ι) *Parcis* interitus. *Odyſ. V.* (κ) *Muſis* canendi facultas tributa cum Apolline, *Iliad. I.* (λ) *Æſculapio* medendi, *in Hymno.* (μ) *Caſtoribus* etiam navigatio communis cum Neptuno. (ν) Denique *Themidi* judicia ac

(α) ϐ. 369. *ſeqq.* (β) ϐ. 289. (γ) ϐ. 430. (δ) *s. lib. IV. c.* 20. *p.* 354. (ε) *poſter.* ϐ. 5. *ubi deutroque.* (ζ) ϐ. 322. (η) ϐ. 429. (ϑ) ϐ. 634. (ι) ϐ. 270. (κ) ϐ. 113. *ſeq.* (λ) ϐ. 603. *ſeq.* (μ) ϐ. 1. (ν) *Hymn. in Iovis puer. poſter.* ϐ. 7. *ſeqq.*

Digitized by Google

ae conciones fuerunt aſſignatæ *Iliad.* XX. (α) Et reliquis, ſi qui ſunt, Diis vel Deabus varia officia, in varios vitæ uſus, demandata.

§. II. Sed enim *regiones quoque integræ, ac civitates certis Diis* apud Græcos antiquitus fuerunt *tributæ*, quibus veluti numina tutelaria præſidebant, ac ſingulari religione colebantur. Inde *Apollo* dicitur Chryſam ac Cyllam tueri, & Tenedo imperare, *Iliad. I.* (β) *Venus* Κύπροιο ἐϋκτιμένης μεδέουσα *Cypro bene habitatæ imperans*, *in Hymno.* (γ) *Juno* præ cæteris ait tres ſibi caras civitates Argos, Spartam, & Mycenam, *Iliad.* IV. (δ) Ac Argivi quidem eam ſibi πολιοῦχον ducebant, teſte PALÆPHATO, (ε) velut *urbis ſuæ cuſtodem.* Quo nomine Athenienſes quoque indigetabant *Minervam*, cui non urbs modo ſacra erat, ſed & ager Atticus univerſus, teſte PAUSANIA. (ζ) Hinc LUCIANUS *de Sacrificiis*, (η) Μετὰ δὲ νειμάμενοι κατὰ ἔθνη, σέβουσι, καὶ πολίτας αὐτῶν ἀποφαίνουσιν. Ὁ μὲν Δελφὸς τὸν Ἀπόλλω, καὶ ὁ Δήλιος· ὁ δὲ Ἀθηναῖος τὴν Ἀθηνᾶν. Μαρτυρεῖ-

ται

(α) v. 4. *ſeqq. add. Odyſſ. II.* v. 69. (β) v. 38. *ſeq.* (γ) v. 293. (δ) v. 51. *ſeq.* (ε) *cap. LI. de Iunon.* (ζ) *Atticis s. libr. I. cap.* 26. *p.* 63. (η) *Tom. I. opp. p.* 367.

ται γῦν τὴν δικαιότατῳ ὀνόματι. Καὶ τὴν Ἥραν ὁ Ἀργεῖος, καὶ ὁ Μυγδόνιος τὴν Ῥέαν, καὶ τὴν Ἀφροδίτην ὁ Πάφιος. *Poſtea per gentes diſtributos colunt, ac veluti ſuos cives faciunt; nempe Apollinem Delphi, Deliique: Minervam Athenienſes, quæ vel ipſo Athenes nomine ſe ei reipublicæ familiarem eſſe teſtatur; Argivi Junonem, Mygdonii Rheam, Paphii Venerem.* In quam ſententiam MINUTIUS FELIX (α) diſſerit *per univerſa imperia, provincias, oppida, ſingulos ſacrorum ritus gentiles habere, & Deos colere municipes.*

§. III. Quinimo omnium *urbium curam* generatim *ad Minervam pertinere* cenſebant; unde ἐρυσίπτολις *cuſtos urbium* HOMERO dicta paſſim, & *Iliad.* VI. (β) à Trojanis obſeſſis hoc nomine invocata; ubi EUSTATHIUS (γ) φύλακα πόλεως *ſervatricem urbium* interpretatur. Idem munus tributum *Jovi*, qui πολιεύς *urbium tutor* inde dictus apud ARISTOTELEM *de Mundo*, (δ) & ara Διὸς πολιέως *Jovis urbium præſidis*, celebrata a PAUSANIA *Atticis*. (ε) Sed & in ſingulis ædibus, præſertim magnatum, ara poſita Διὸς Ἑρκείου, *Jovis Hercei* velut earum cuſtodis ac defenſoris;

(α) *pag.* 43. *ſeqq.* (β) *v.* 305. (γ) *p.* 643. *lin.* 46. (δ) *c. VII. Tom. I. opp. p.* 366. (ε) *ſ. lib. I. c.* 28. *pag.* 70.

ſenſoris, *Odyſ.* XXII. (α) Quo officio functi apud Romanos Dii Penates, auctore DIONYS. HALICARNAS. *Antiq. Rom. lib.* I. (β)

§. IV. *Homines* etiam *ſingulares Deos Præſtites crediti habere.* Id utique notavit HOMERUS, cum Ulyſſi, Diomedi, Achilli, Agamemnoni aliisque heroibus, certos Deos comites ſubinde (γ) adjungit. Poſteriores Δαίμονας *Dæmones* dixerunt: quos credebant ſtatim in lucem editis ſociari, & vitæ curſum regere, ut loquitur AMMIANUS MARCELLINUS *lib.* XXI. (δ) auctorem laudans MENANDRUM, qui ejusmodi numen μυσταγωγὸν βίου *vitæ arcanum ductorem*, appellat. Unde & *in tabulis* CEBETIS (ε) mox januæ adſtare fingitur. Romani ea de cauſa *Genios* dixerunt; *quod, cum unusquisque genitus fuerit, ei ſtatim obſervatores deputantur*, inquit SERVIUS *in* VI. *Æneid.* (ζ) Addit autem *homines, cum naſcuntur, ſortiri duos, unum qui hortatur ad bona, alterum, qui depravat ad mala:* cujus opinionis principem EMPEDOCLEM laudat PLUTARCHUS περὶ Εὐθυμίας *de animi tranquillitate.* (η)

§. V.

(α) v. 335. (β) *pag.* 54. (γ) *vid. not.* (δ) *cap. XIV. pag.* 222. (ε) *p.* 163. *ſeq.* (ζ) *ad* v. 743. (η) *Tom. II. opp. p.* 474.

Digitized by Google

§. V. Creditum quoque *Deos ſingulares ſui partes homini contribuiſſe*, quas ſibi vindicarent, & ſuæ tutelæ proprias agnoſcerent, ut refert TIBERIANUS in *Prometheo*. (α) Atque eo ſpectaſſe HOMERUM cenſent in Agamemnonis deſcriptione, (β) ubi ait,

Ὄμματα καὶ κεφαλὴν ἴκελος Διῒ τερπικεραύνῳ·
Ἄρεϊ δὲ ζώνην, στέρνον δὲ Ποσειδάωνι.

Oculis & capite referens Jovem fulminatorem
Et Martem balteo, pectore vero Neptunum.

Ubi caput Jovi aſſignatum, Neptuno pectus, cinctus Marti. Sic utique SERVIO (γ) *Frons* dicitur *ſacra Genio*, *digiti Minervæ*; & SEXTO POMPEIO FESTO (δ) *ſupercilia in Junonis tutela collocantur.* DEMOCRITUS (ε) etiam *pedes* aſſerit *Mercurio*, puta viali Deo; ARTEMIDORUS *dorſum Plutoni*, *lib.* I. Ὀνειροκρ. (ζ)

§. VI. Poſtremo cenſebant *Apollini* ac *Dianæ poteſtatem* quandam ſingularem

(α) *apud.* FULGENT. *Mythol. lib. III. c.* 7. (β) *Iliad. II.* ϗ. 478. *ſeq.* (γ) *ad Virg. Eclog. VI.* ϗ. 3. (δ) *apud* PEROTT. *in Cornucop. col.* 1207. *l.* 10. (ε) *apud.* FULGENT. *Mythol. libr. III. c.* 7. (ζ) *c.* 51. *p.* 41.

Digitized by Google

rem eſſe *in vitam hominum*, ut, qui ſubita morte opprimerentur, eorum telis confecti putarentur. Ac *Apollinem* quidem viros interimere cenſebant, uti dicitur *Iliad.* XXIV. (α) Et confirmatur exemplo Phrontis gubernatoris Agamemnonis *Odyſ.* III. (β) & Rhexenoris, qui ſimiliter confoſſus ab *Apolline* in regia *Odyſ.* VII. (γ) *Dianam* vero leonem mulieribus a Jove conſtitutam, ut conficiat, quas velit, ait HOMERUS *Iliad.* XXI. (δ) atque ejus ſagittis domitam matrem ſuam dicit Andromache, *Iliad.* VI. (ε) Eumæus mulierem, qua cum a Phœnicibus erat abductus, *Odyſ.* XV. (ζ) Ita quoque apud Pindarum *Pyth.* III. (η) Coronis, Phlegyæ filia, cum ſubjeciſſet ſe hoſpiti, *δαμεῖσα χρυσέοις τόξοισιν ὑπ' Ἀρτέμιδος aureis domita telis ab Artemide.* Meminit STRABO (θ) hujus *δεισιδαιμονίας ſuperſtitionis*, aitque: *veteres ita cenſuiſſe occidere, qui vel dicto, factove Apollinem, aut Dianam offendiſſent.*

(α) v. 605. (β) v. 279. *ſeqq.* (γ) v. 64. (δ) v. 483. *ſeq.* (ε) v. 428. (ζ) v. 477. (η) v. 16. *pag.* 100. (θ) conſule notas noſtras.

CAPUT TERTIUM.

De Locis Sacris.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Diis ſacra fuerunt: Certæ agrorum portiones §. I.

Arbores & ſylvæ, quarum forma præcipue orbicularis §. II.

Hujus cauſa §. III.

Arbores ſingulares §. IV.

Templa; quæ deſcribuntur ratione denominationis §. V.

Ratione ſitus, ejusque vel intra urbem §. VI.

Vel extra urbem §. VII.

Ratione altitudinis & conſtructionis §. VIII.

Conſecrationis & ornatus §. IX.

§. I.

DIis hunc in modum conſtitutis, ſuisque muneribus diſtinctis, primum *certæ agrorum portiones* fuerunt a Græcis conſecratæ; quæ τεμένη, quaſi τετμημένα *diſſecta* ac *amputata*, HOMERO dicuntur. Tale τέμενος Δήμητρος *Cereri ager ſacratus* refertur *Iliad.* II. (α) *Jovis* etiam in Ida τέμενος βωμός τε θυήεις *ager ſacratus & ara odorata*, *Iliad.* VIII. (β) uti

(α) ℣. 696. vel *Boeot.* ℣. 203. (β) ℣. 48.

uti Sperchii ad fontes, *Iliad.* XXIII. (α) & denique *Veneris Paphiæ*, *Odyſ.* VIII. (β) Ejusmodi multos agros ſacros commemorat PAUSANIAS in Græciæ deſcriptione. (γ) CICERO etiam laudat apud Thebanos, *lib.* III. *de Nat. Deorum*, (δ) qui lege Cenſoria à vectigalibus excepti. Fructus inde colligi, & in ſacros uſus reponi ſolitos a quæſtoribus notat PLATO *lib.* VI. *de Leg.* (ε) quanquam ager ille ſacer, qui erat inter Megaram & Atticam, Eleuſiniis Deabus dedicatus non colebatur, ut videre eſt apud THUCYDIDEM *lib.* I. (ζ) Quod & in aliis ſæpius factum.

§. II. *Arbores etiam plantatæ, ac ſylvæ cæſæ* in Deorum honorem. Ἄλση vocat HOMERUS, quos Latini *lucos* PLUTARCHO, in *Romulo* (η) interprete. Ejusmodi ἄλσος Ἀθήνης ἄγχι κελεύθου αἰγείρων, *lucus Minervæ ex populis conſtans prope viam* apud Phæaces, *Odyſ.* VI. (θ) Similiter ante Ithacenſium urbem ἄλσος πάντοσε κυκλοτερές, *lucus undiquaque rotundus Odyſ.* XVII. (ι) ubi &

 forma

(α) ℣. 148. (β) ℣. 363. (γ) loca notæ dabunt. (δ) conſule notas noſtras de hoc CICERON. loco. (ε) *Tom. II. p.* 759. (ζ) *p.* 93. *coll. Schol. ad h. l.* (η) *Tom. I. opp. p.* 30. *B.* (θ) ℣. 291. (ι) ℣. 209.

forma indicatur, nempe *orbicularis*, quæ omnium perfectiſſima ac pulcherrima, huic rei fuit delecta. Ac ſepto moris erat circundare, quod περίβολον *ſeptum* vocat POLLUX. (α)

§. III. *Cauſa*, ne aditu promiſcuo violarentur: quod in luco Ἀρτέμιδος Σωτείρας *Dianæ Servatricis* ſingulari religione factum notat PAUSANIAS *Achaicis*; (β) quippe qui muro circundatus, nonniſi ſacerdotibus patebat. Quos ad cuſtodiam inibi quoque habitaſſe argumento eſt Maron ille, de quo *Odyſ.* IX. (γ) Antiquiſſima ſuperſtitio, quam in Hebræis gentium obſequentibus mori, ſubinde graviter notat Deus. Germanis etiam priſcis familiaris, quos ſcribit TACITUS (δ) *non parietibus ac tectis, ſed apertis lucis cenſuiſſe immenſum Numen ſibi colendum.* Et difficulter ceſſit fidei Chriſtianæ, ut conſtat *ex Concilio Hannetenſi & Braggarenſi*, quæ refert BURCHARDUS *lib.* X. *Decretorum*: (ε) hodicque apud Pilappios & Livonos ejus extant reliquiæ.

§. IV.

(α) *libr. I. c. 1. §. 10. p. 9.* (β) *s. libr. VII. c. 27. p. 594.* (γ) *v. 200.* (δ) *de Morib. German. c. 9. Tom. II. pag. 604.* (ε) *c. X. pag. 133. & c. XXI. pag. 135.*

§. IV. Sed & *ſingulares arbores* honorem ac cultum apud Græcos habuerunt. Qualis apud Dodonam illa *quercus*, cujus meminit HOMERUS. (α) Et *palma* ad aram Apollinis in Delo. *Odyſ.* VI. (β) Quam antiquitate venerabilem ſuo etiam tempore commemorat PAUSANIAS *Arcadicis*, (γ) ſubjungens *eadem ratione oleam illam in arce Athenienſi ſacram, itemque viticem apud Samios ad ædem Junonis.* Non abſimili modo illa apud VIRGILIUM antiqua cupreſſus:

Relligione patrum multos ſervata per annos. Æneid. II. (δ)

§. V. His acceſſerunt *templa*, quorum parietibus veluti concluſos Deos propius colerent. Unde & Ναοὺς vocarunt, παρὰ τὸ ναίειν, quod in iis crederent *habitare.* Itaque HOMERO (ε) etiam θεῶν μακάρων ἱεροὶ δόμοι, *Deorum beatorum ſacræ domus* dicuntur, uti THEOCRITO (ζ) θεῶν ἐρικύδεες οἶκοι *Deorum glorioſæ domus*; quo nomine in deſignandis templis HERODOTUS (η) paſſim uſus. Explicat hoc

 falſe

(α) *Odyſ. XIV. v. 327. ſeq.* (β) *v. 162. ſeq.* (γ) *l. lib. VIII. cap. 23. p. 643.* (δ) *v. 715.* (ε) *Hymn. in Mercur. v. 251.* (ζ) *Idyll. XVII. v. 108.* (η) vid. not.

ſalſe ut cætera, LUCIANUS *de Sacrif.* (α) Ναὺς ἐγείραντες, ἵν' αὐτοῖς μὴ ἄοικοι, μὴ δὲ ἀνέστιοι δῆθεν ὦσιν. *Templa exſtruentes iis, quo ſcilicet neque ſine domo habitarent, neque ſede carerent.* Eaque princeps cauſa, cur Xerxes templa Græciæ inflammarit: *quod ſcilicet parietibus includerent Deos, quibus omnia deberent eſſe patentia ac libera, quorumque hic mundus omnis templum eſſet ac domus;* ut exponit CICERO *libr.* II. *de Leg.* (β) Non placet illi hæc Perſarum opinio, magisque probantur Græci & Romani; *qui ut augerent,* inquit, (γ) *pietatem in Deos, eaſdem Illos urbes, quas nos, incolere voluerunt.*

§. VI. Ergo *templa* præcipue *in urbibus exſtructa*, & quidem celebriore loco, potiſſimum *foro.* Ita ſitum Neptuni templum apud Phæaces *Odyſ.* VI. (δ)

Ἔνθα δέ τε σφ' ἀγορὴ καλὸν Ποσιδήϊον ἀμφίς.

Ibi quoque ipſis forum eſt, pulchrum Neptuni circa templum.

Apud PAUSANIAM paſſim (ε) in Græciæ urbibus eodem loco Deorum templa videmus collocata. Atqui IDEM

(α) *Tom. I. opp. p.* 367. (β) *c. X. Vol. IX. opp. p.* 3352. (γ) *l. c. p.* 3353. (δ) *v.* 266. (ε) vid. not.

Digitized by Google

IDEM laudat *in Bæoticis* (α) Tanagræos, ſingulari præ aliis Græcis religione, quod *ſeorſim a profanis ædibus Deorum templa haberent poſita in pura area & ab hominum negotiatione remota*, Χωρὶς μὲν τὰ οἰκίας σφίσι, χωρὶς δὲ τὰ ἱερὰ ὑπὲρ αὐτῆς, ἐν καθαρῷ τέ ἐστι, καὶ ἐκτὸς ἀνθρώπων.

§. VII. Sed nec pauca quoque *templa foris* erant *ædificata, in agris* præſertim *ſacris*, ac *lucis*; uti quam plurimis apud EUNDEM ſcriptorem conſtat exemplis. Quo factum, ut τέμενος ſæpe accipias pro *delubro*; Unde POLLUX (β) τεμένη καὶ σηκοὺς *delubra & templa*, ait eſſe loca, ἔνθα καθιδρύονται οἱ θεοί, *ubi Dii collocantur*. Nec difficulter concedam quibuſdam Interpretibus τέμενος *templum* illud Jovis in Ida & Veneris Paphi ita uſurpare HOMERUM, (γ) quando utrobique fanum extitiſſe certum eſt.

§. VIII. Omnino vero *templa erant loco editiore potiſſimum conſtructa*, ut ex iis, quæ commemorat HOMERUS, patet. Diis hoc convenire cenſebatur, quos ſuperiorem locum incolere putabant; Jovi præcipue, veluti Deorum ſummo,

 teſte

(α) *s. libr.* IX. *c.* 22. *p.* 753. (β) *L.* I. *c.* I. §. 6. *pag.* 5. (γ) *Odyſ.* VIII. v. 363. *Hymn. in Vener.* v. 58.

Digitized by Google

teſte Melanthe *de Sacrificiis*; (α) qui refert priſcos illius nomine omnes montes appellaſſe, eoſque ſacrificatum conſcendiſſe: Πᾶν δὲ ὄρος τοῦ Διὸς ὄρος ὀνομάζεται· ἐπεὶ ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς, ὑψίστῳ ὄντι τῷ θεῷ ἐν ὕψει θυσίας ποιεῖσθαι, *omnis autem mons Jovis mons vocatur, quoniam mos erat apud antiquos, ſummo Deo in ſummitate ſacrificia faceri.* Exemplo luculento mons Ida apud Homerum, quo Jupiter ait Hectorem ſibi multos obtuliſſe boves, *Iliad.* XXII. (β)

Ὅς μοι πολλὰ βοῶν ἐπὶ μηρί' ἔκηεν
Ἴδης ἐν κορυφῇσι πολυπτύχου, ἄλλοτε δ' αὖτε
Ἐν πόλει ἀκροτάτῃ. - - - - -

Qui mihi multa boum femora adolevit,
Idæ in verticibus cacuminoſæ, nonnunquam etiam
In urbe ſumma. - - - -

In hanc rem templa quoque erant *erectiore faſtigio*, quod ἀετὸν *aquilam*, Græci vocant; cujus paſſim mentio apud Pausaniam. (γ) Inde Aristophanes *Avibus* (δ) in commendationem ſuæ reipublicæ ait: *omnes domos templorum inſtar fore faſtigiatas:*

Εἶτα

(α) de quo conſule not. noſtr. (β) v. 170. *ſeqq.* (γ) quædam in notis collegimus. (δ) v. 1109. *coll. Schol.*

Digitized by Google

Εἶτα πρὸς τούτοισιν ὥσπερ ἐν ἱεροῖς οἰκήσετε.
Τὰς γὰρ ὑμῶν οἰκίας ἐρέψομεν πρὸς αἰετόν.

Præterea tanquam in templis habitabitis,
Veſtras enim domos faſtigiato tecto educemus.

Nonnulla etiam erant *tecto aperto*, quæ ὕπαιθρα *loca ſub dio* dixerunt; quale Athenis laudat Vitruvius. (α) In univerſum vero ita erant diſpoſita, *ut orientem ſolem ſtatim exciperent*, quemadmodum docet Plutarchus *Numa Pompilio*, (β) & ita libera forent, ut patefactis foribus undequaque illuſtrarentur; prout teſtatur Promachidas Heracleota, atque Dionysius Thrax *lib.* iii. (γ) Διαιρέσεων. Οἱ γὰρ ναοὶ τῶν παλαιῶν καὶ τὸν ἥλιον ὑπερκύψαντα εὐθὺς ὑποδέχεσθαι εἰώθεσαν, καὶ τοῦ φωτὸς εὐθὺς ἐμπιμπλᾶσθαι τῶν θυρῶν ἀναπεπταμένων, ὅπου καὶ τὰ ἱερὰ ἔρρεζον. *Antiquorum enim templa exorientem ſolem ſtatim excipere ſolebant, & ſtatim orto lumine foribus patefactis repleri, ubi etiam ſacrificia fiebant.*

(α) *libr.* III. *c.* I. *p.* 41. (β) *Tom.* I. *p.* 69. (γ) apud Natal. Comit. *Mythol. libr.* I. *c.* X. *p.* 22. vid. inſuper notas de his Authoribus.

§. IX. Cæterum *templa hæc vel ſingularibus Diis erant dedicata, vel pluribus, etiam univerſis;* ſic enim Pausanias *Laconicis*, (α) apud Marium refert fuiſſe ἱερὸν ἀρχαῖον κοινὸν θεῶν ἁπάντων, *templum antiquum omnium Deorum*, & *Corinthiacis* (β) apud Orneatas ναὸν θεοῖς πᾶσιν ἐς κοινὸν ἀνειμένον, *templum univerſis Diis in commune conſecratum*. Ac tale Athenienſibus ſtruxit Ælianus Imperator; cujusmodi fuit & Pantheon Romæ, hodieque integrum. At Homerus ſingularium Deorum templa commemorat; uti *Minervæ* Athenis, *Iliad.* II. (γ) & Trojæ, *Iliad.* VI. (δ) *Neptuni* apud Phæaces, *Odyſ.* VI. (ε) *Apollinis* in Pytho, *Iliad.* IX. (ζ) & *Odyſ.* VIII. (η) ac alia. *Inſcribere autem moris erat Deorum nomina, & quidem ex patrio caſu*, ut ex antiquis conſtat monumentis, & luculenter confirmat Cicero *lib.* III. *de Natur. Deor.* (θ) *Jam menſas argenteas de omnibus delubris juſſit auferri, in quibus quod more veteris Græciæ inſcriptum eſſet:* Bonorum Deorum, *uti ſe eorum bonitate velle dicebat.*

Caput

(α) *ſ. libr.* III. *c.* 22. *pag.* 267. (β) *ſ. lib.* II. *c.* 25. *pag.* 168. (γ) v. 549. *ſ. Boeot.* v. 56. (δ) v. 88. (ε) v. 266. (ζ) v. 404. *ſeq.* (η) v. 79. *ſeq.* (θ) *c.* 34. *Vol.* IX *opp. p.* 3101.

Digitized by Google

CAPUT QUARTUM.

De Simulacris.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Oſtendit Simulacrorum originem §. I.

Eorum primam eamque ſimpliciſſimam ſpeciem §. II.

Formam variam, ratione conceptuum de Diis §. III.

Situs & partium §. IV.

Materiam Simulacrorum §. V.

§. I.

PArum fuit hominibus ſuperſtitioſis Deos habere certis locis definitos, niſi etiam conſpicerent oculis objectos. Itaque eorum ſimulacra ſibi effinxerunt, ac in ſacris locis veneranda collocarunt. *Initio* tamen *religionis*, quæ ab Ægyptiis tranſiit ad Græcos, illis vacua erant templa, ut affirmat LUCIANUS *de Dea Syria*. (*a*) Τὸ παλαιὸν καὶ παρ᾽ Αἰγυπτίοισι ἀξόανοι νηοὶ ἦσαν. *Antiquitus etiam apud Ægyptios templa ſine ſimulacris erant.* Idem apud priſcos Romanos obtinuiſſe teſtis VARRO; qui referente AUGU-

(*a*) *Tom. II. opp. pag.* 657.

STINO *lib.* IV. *de Civit. Dei*, *cap.* XXXI (α) prodidit, eos pluſquam annos centum & ſeptuaginta ſine ſimulacro Deos coluiſſe: Numæ utique Pompilii inſtituto, quod in *ejus Vita* laudat PLUTARCHUS. (β) Confirmat hanc ſententiam TERTULLIANUS *lib. de Idololatria.* (γ) *Idolum*, inquit, *aliquandiu retro non erat. Priusquam hujus monſtri artifices ebulliſſent, ſola templa & vacuæ ædes erant; ſicut in hodiernum quibusdam locis vetuſtatis veſtigia permanent.* Verum enim vero antiquiſſimus hujus ſuperſtitionis uſus; quippe quam jam *inde a Moſis temporibus* repetit EUSEBIUS *Chron. lib.* II. (δ) Huic enim æqualem ſtatuit Cecropem Athenienſium regem, qui primus ſimulacrum apud Græcos fabricarit.

§. II. Antea quidem *lapides Græci plerique rudes pro ſimulacris colebant*, ut aſſerit PAUSANIAS *Achaicis*: (ε) τὰ δὲ παλαιότερα καὶ τοῖς πᾶσιν Ἕλλησι τιμὰς θεῶν ἀντὶ ἀγαλμάτων εἶχον ἀργοὶ λίθοι. *Antiquitus vero etiam apud omnes Græcos cultum divinum pro ſimulacris lapides habebant nudi.* Cujus moris

(α) *Tom.* VII. *opp. p.* 87. (β) *Tom.* I. *p.* 65. (γ) *c.* III. *Tom.* I. *opp. p.* 156. (δ) *ad ann.* 460. *p.* 74. & *p.* 108. *ſeq.* (ε) *s. libr.* VII. *c.* 22. *pag.* 579.

Digitized by Google

moris extabat veſtigium apud Pharenſes, qui triginta lapides quadrangulares totidem Deorum nominibus venerabantur. Ab hoc ſenſu CLEMENS ALEXANDRINUS *Stromate primo* (α) Πρὶν γ᾽ οὖν ἀκριβωθῆναι τὰς τῶν ἀγαλμάτων σχέσεις, κίονας ἱστάντες οἱ παλαιοὶ, ἔσεβον τούτους ὡς ἀφιδρύματα τοῦ θεοῦ; *Priusquam igitur accurate fabricarent ſimulacrorum habitus, erectas columnas antiqui coluerunt tanquam Dei ſimulacra.* Itidemque EUSEBIUS *lib.* I. *de Præpar. Evang.* (β) obſervat, initio columnas pro ſimulacris erectas ac cultas fuiſſe.

§. III. Acceſſerunt poſtea *formæ*, & quidem *potiſſimum humanæ;* illis enim præditos Græci cenſebant Deos, uti docet HERODOTUS *Clio*, (γ) ubi narrat: *Perſas ſimulacrorum, templorum ac altarium uſum improbaſſe*, ὅτι οὐκ ἀνθρωποφυέας ἐνόμισαν τοὺς θεοὺς, καθάπερ οἱ Ἕλληνες, εἶναι. *Quod non cenſebant, Deos humana forma præditos eſſe, quemadmodum Græci.*

Variæ autem variis Diis fuerunt affictæ, prout mente, atque intelligentia concipiebant. Qua in re ducem plerique ſecuti HOMERUM, ut, qua ille Deos ſpecie effingit, eadem illi ſimulacra efformarent.

(α) *pag.* 348. (β) vid. not. (γ) *ſ. libr. I. cap.* 131. *p.* 56.

rent. Teſtantur quam plurima apud PAUSANIAM exempla; & non obſcure indicat LUCIANUS *de Sacrific.* (α) Ἀναπλάττουσι γενειήτην μὲν τὸν Δία, παῖδα δ' ἐς ἀεὶ τὸν Ἀπόλλωνα, καὶ τὸν Ἑρμῆν ὑπηνήτην, καὶ Ποσειδῶνα κυανοχαίτην, καὶ Γλαυκῶπιν τὴν Ἀθηνᾶν. *Jovem quidem barbatum fingunt, Apollinem vero ſemper puerum, & Mercurium pubeſcentem, & Neptunum cæruleis crinibus, & Minervam cæſiam.* Quibus omnino epithetis HOMERUS eos inſignit.

§. IV. *Vetuſtiſſima autem ſimulacra erant indiſtincta pedibus,* τοῖς ποσὶ συμβεβηκότα. Primus Dædalus ἀνέπτυξε, καὶ τοὺς πόδας διέστησεν, *explicavit, & pedes diſtinxit,* ut tradit HARPOCRATION. (β) *Situs* autem erat *varius:* nam ſtantis ſpecie alia erant collocata, alia ſedentis. Sic enim & PORPHYRIUS (γ) ſcripſit, gentes ſolitas Deos ἀποτυποῦν σχήμασι διαφόροις, καὶ ἡλικίαις, καθέδραις τε, καὶ στάσεσι, καὶ ἀμφιάσεσι, *conformare cultibus diſcrepantibus, & ætatibus, & ſedilibus, & ſtatu, & veſtibus,* prout ex eo refert EUSEBIUS. (γ) ARNOBIUS *lib.* VI: (δ) *Ergo ſi hoc ita eſt, & in ſedentibus ſignis Deum ſedere dicendum eſt, & in ſtantibus ſtare, in procurrentibus currere, jacularier in jacientibus*

(α) *Tom.* I. *opp. p.* 367. (β) de quo vid. in not.
(γ) *Præpar. Evang. L.* III. *c.* VII. *p.* 98. (δ) *pag.* 204.

Digitized by Google

bus tela. Sedentis *Minervæ* ſimulacrum fuiſſe in arce Trojana, ad quod ſupplicarunt Trojanæ mulieres *Iliad.* VI (α) vero ſimile eſt; quando in genibus ejus dicuntur poſuiſſe peplum. (β) Eadem mens STRABONIS *lib.* XIII *Geographiæ*, (γ) additque: *multa antiquorum Minervæ ſimulacrorum ſedentia conſpici, ut Phocæa, Maſſiliæ, in Chio, Romæ, aliisque locis compluribus:* etſi, quod ſuo tempore in altera Troja exſtabat, ſtantis ſpecie fuiſſe tradat.

§. V. Quod ad *materiam*, ſimulacra antiquitus fere erant *lignea*, quæ ξόανα *ſimulacra e ligno effecta* dixerunt, ut explicat CLEMENS ALEXANDRINUS *in Protreptico.* (δ) Tale ξόανον pervetuſtum, à Danao dedicatum in templo apud Achivos, de quo PAUSANIAS *Corinthiacis* (ε) ξόανα γὰρ δὴ τότε, inquit, εἶναι πείθομαι πάντα, καὶ μάλιστα τὰ Αἰγύπτια. *Simulacra tunc vero omnia fuiſſe opinor lignea maxime quidem Ægyptia.* Quod IDEM clarius ac uberius exponit in *Arcadicis*, (ζ) connumeratis etiam arborum generibus. Τοῖς δὲ ἀνθρώποις τὸ ἀρχαῖον, ὁπόσα καὶ ἡμεῖς καταμαθεῖν ἐδυνή-

(α) v. 88. *ſeqq.* (β) *l. c.* v. 92. (γ) *p.* 601. (δ) *p.* 30. *A.* (ε) *s. libr.* II. *c.* 19. *pag.* 152. (ζ) *s. libr.* VIII. *c.* 17. *p.* 633.

Digitized by Google

ἐδυνήθημεν, τοσάδε ἦν ἀφ' ὧν τὰ ξόανα ἐποιοῦντο ἔβενος, κυπάρισσος, αἱ κέδροι, τὰ δρύϊνα, ἡ σμίλαξ, ὁ λωτός. *Antiquitus vero hominibus, quæcunque nos potuimus addiſcere, hæc erat materia ex qua lignea ſimulacra faciebant, ebenus, cypreſſus, cedri, quernea, taxus & lotus.* Idem in Italia primum obtinuiſſe auctor PLINIUS *lib.* XXXIV. *Nat. Hiſtor. cap.* VII: *Mirumque mihi videtur,* inquit, *cum ſtatuarum origo tam vetus in Italia ſit, Deorum ſimulacra lignea potius, ac fictilia in delubris dicata, uſque ad devictam Aſiam, unde luxuria irrepſit.* Sed ea non minor fuit apud poſteriores Græcos, quorum religionem hoc nomine amplificat PAUSANIAS *Eliacis*, (α) quod ex India & Æthiopia ebur etiam conquiſiverunt ad facienda ſimulacra. Unde promanavit illa PLATONIS, (β) quam in ſuas leges CICERO (γ) retulit, ſanctio: *ne aurum, argentum, ebur, æs, aut ferrum inveheretur fanis, ſed lignea, aut lapidea, dedicarentur.* Invaluerat jam hæc magnificentia temporibus heroicis: videmus enim aurum, argentum, æs aliaque majoris

(α) *ſ. libr.* V. *c.* 12. *p.* 405. (β) *libr.* XII. *de Legib. Tom.* II. *opp. p.* 950. *ſeqq.* (γ) *de Leg. lib.* II. *c.* XVIII. *pag.* 3369.

Digitized by Google

majoris pretii, in ſacris ab Homero laudari. Plutarchus (α) quoque memoriæ prodidit, *Theſeum, inſtitutis Ariadnæ in Cypro ſacris duas parvas ſtatuas erexiſſe, unam argenteam, æneam alteram.* Et Pausanias *Arcadicis* (β) tradit: *Pheneatas habuiſſe ſimulacrum æneum* Ποσειδῶνος Ἱππίου *Equeſtris Neptuni, quod ab Ulyſſe dedicatum perhiberent.* Id tamen ipſe vererer credere, quod tum temporis non ſolerent fabricari ex ſolido ære ſtatuæ, ſed ita, ut è plurimis pannis pertexitur veſtis: Οὐ γάρ πω τότε που χαλκοῦ τὰ ἀγάλματα διὰ παντὸς ἠπίσταντο ἐργάσασθαι καθάπερ ἐσθῆτα ἐξυφαίνοντες. *Non enim ſimulacra tunc in totum noverant ex ære facere, quemadmodum veſtem texentes.* Cæterum apud Homerum nullius ſimulacri materia diſtinctè indicatur, nec adeo nomen, niſi generale ἀγάλματος *ſimulacri.* Quod cum Ille ad ornamenta ac donaria extenderit, poſteriores Græci ad ſimulacra potiſſimum ſculptilia reſtrinxerunt.

Caput

(α) *Tom.* I. *opp. pag.* 9. (β) *s. libr.* VIII. *c.* 14. *pag.* 628.

Digitized by Google

CAPUT QUINTUM.

De Sacris Deorum Miniſtris.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Sacerdotes quinam vocati §. I.
Deſcribuntur a ſexu §. II.
Statu §. III.
Modo ſuccedendi §. IV.
Sede & fortuna §. V.

§. I.

AD res divinas rite obeundas deſignabantur *Sacerdotes*, quos ἱερεῖς POETA vocat. Hi peculiarem ipſorum ſacrorum, lucorum, templorum, ac ceremoniarum gerebant curam. Cujus variæ partes in celebrioribus locis variis quoque demandabantur perſonis; in aliis etiam uni, uti docet Ariſtoteles *libr.* VI. *Polit. cap.* VIII. (*a*) Συμβαίνει δὲ τὴν ἐπιμέλειαν ταύτην ἐνιαχοῦ μὲν εἶναι μίαν· οἷον ἐν ταῖς μικραῖς πόλεσιν. ἐνιαχοῦ δὲ πολλὰς καὶ κεχωρισμένας τῆς ἱερωσύνης, οἷον ἱεροποιοὺς, καὶ ναοφύλακας, καὶ ταμίας τῶν ἱερῶν χρημάτων. *Contingit autem ut alicubi unius ſit hæc cura, utpote in oppidulis; alicubi vero*

(*a*) *Tom.* III. *opp. pag.* 566.

Digitized by Google

vero plures & diſtincta a ſacerdotio, ut ſacrifici, & templorum cuſtodes, & pecuniæ ſacræ quæſtores.

§. II. *Admittebantur* autem apud Græcos ad hoc munus promiſcue *tam fœminæ, quam viri.* Ex quo ritu PLATO *libr.* VI. *de Leg.* (α) ſancit: τοῖς ἱεροῖς νεωκόρους τε καὶ ἱερέας, καὶ ἱερείας δεῖν γίγνεσθαι. *Templis & æditũos & ſacerdotes tam fœminas, quam viros licere præeſſe.* HERODOTUS vero *Euterpe* (β) Græcis hac in re, ut multis aliis, diſſimiles pronuntiat Ægyptios, quod apud illos ἱερᾶται γυνὴ μὲν οὐδεμίη, οὔτε ἔρσενος θεοῦ, οὔτε θηλέης· ἄνδρες δὲ πάντων τε, καὶ πασέων. *Mulier neque Dei, neque Deæ ulla ſacerdos eſt: ſed viri Deorum omnium & Dearum.*

Quod quidem divinis Hebræorum inſtitutis conſentaneum, quibus ſequior ille ſexus a rerum divinarum adminiſtratione prorſus arcetur.

§. III. *Fungebantur ſacro officio etiam matrimonio juncti,* uti *Maron* ille, Apollinis ſacerdos, quem cum uxore, ac liberis propugnavit Ulyſſes, *Odyſſ.* IX. (γ) Sic *Chryſes* filiam habuit Chryſeïdem *Iliad.* I. (δ) *Dares*, Vulcani apud

 Troja-

(α) *Tom.* II. *opp. pag.* 759. (β) *s. libr.* II. *c.* 35. *p.* 103. (γ) v. 199. (δ) v. 111.

Trojanos antiſtes, duos filios, *Iliad.* V. (α) Eodem *libro* (β) commemoratur Hypſenor, filius *Dolopionis*, ſacerdotis Scamandri, uti *libr.* XVI (γ) Laogonus, *Onetoris*, qui præerat Jovis fano in Ida. Conſimiliter in fœmininis, *Theano* Antenoris uxor, Minervæ templo apud Trojanos præfecta *Iliad.* VI. (δ) Poſtea tamen, EUSTATHIO (ε) teſte, frequentius delectæ virgines, vel perpetua indicta caſtitatis lege, uti apud Theſpios in Herculis delubro *παρθένος ἱερᾶται, ἔς τ' ἂν ἐπιλάβῃ τὸ χρεὼν αὐτήν. Virgo ſacerdos puella eſt, donec eam mors abripiat;* referente PAUSANIA *Bœoticis*: (ζ) vel uſque ad nuptiarum tempus, qualis illa apud EUNDEM in *Corinthiacis*, (η) Neptuni templo apud Trœzenios ſacrata, *ἔς τ' ἂν ἐς ὥραν προέλθῃ γάμου; Donec venerit ad nuptiarum tempus.*

§. IV. Porro *adibant ſacra miniſteria* primum ac potiſſimum, *ſucceſſione*, nempe in parentum locum; quod apud Ægyptios perpetuum fuiſſe aſſerit HERODOTUS *Euterpe* (θ) PLATO quoque *lib.*

(α) v. 10. (β) v. 76. *ſeqq.* (γ) v. 604. (δ) v. 300. (ε) *ad Iliad. VI.* v. 300. *p.* 643. *l.* 23. (ζ) *ſ. libr.* IX. *c.* 27. *pag.* 763. (η) *ſ. lib.* II. *c.* 33. *pag.* 189. (θ) *ſ. lib.* II. *c.* 37. *pag.* 104.

lib. VI. *de Leg.* (α) ſtatuit: ἱερῶν ἱερέας, οἷς μὲν εἰσὶ πάτριαι ἱερωσύναι καὶ αἷς, μὴ κινεῖν. *Sacerdotia, quæ a parentibus tradita ſunt viris vel mulieribus, non movenda.* Alias extranei adſciti ſeu electione, ſeu ſorte, uti IDEM Legiſlator pronuntiat; (β) πάντων δὴ πάντων τὰ μὲν αἱρετὰ χρὴ, τὰ δὲ κληρωτὰ ἐν ταῖς καταστάσεσι γίγνεσθαι, *quæ omnia partim electione, partim ſorte pro cujusvis ordine facienda ſunt.* Et teſtis locuples DIONYSIUS HALICARNASSEUS *Antiquit. lib.* II. (γ) ſolitos veteres κλήρῳ διαιρεῖν τοὺς ἱερεῖς, *Sacerdotes ſorte eligere.* Sed & ſubjungit: ἀξιοῦντας ἀργυρίου τὸ τίμιον ἀποκηρύττειν, *licitatoribus ſacerdotii honorem proponere.* Scribit autem EUSTATHIUS: (δ) *Veteres cenſuiſſe Theano ſacerdotem Minervæ fuiſſe a Trojana multitudine conſtitutam* οὔτε κληρωτὴν, οὔτ' ἐκ γένους, οὔτε ἑνὸς ψήφῳ, ἀλλ' ἥν, ὡς οἱ παλαιοί φασι, τὸ πλῆθος εἵλετο, *nec ſortis, nec generis habita æſtimatione, nec alicujus decreto, ſed quam, ut veteres ajunt, multitudo elegerat*; etenim de ea ait HOMERUS, (ε) quod Τρῶες ἔθηκαν, *Trojani conſtituerint.*

§. V. Plerumque *ſedes* illis ac domicilium erat *prope templa ac loca ſacra*; ut conſtat de ſacerdotibus Apollinis Del-

(α) *Tom.* II *opp. p.* 759. (β) *ibid.* (γ) *p.* 92. (δ) *p.* 643, *l.* 26. (ε) *Iliad.* VI, ℣. 300.

Delphici, in *Hymno.* (α) De illis Dodonæi Jovis *Iliad.* XVI. (β) Maron etiam ſacerdos Apollinis degebat in luco. (γ) Illic res ad victum neceſſariæ his ſuppetebant ex iis, quæ Diis ſolita offerri; quod Delphiis peculiariter promittit Apollo in *Hymno.* (δ) *Divitiis* alioqui etiam polluiſſe, exemplo Dares,

- - - ἀφνειὸς, ἀμύμων,
Ἱρεὺς Ἡφαίστοιο. - - -
- - - *locuples, probus,*
Sacerdos Vulcani. - - -

Iliad. V. (ε) Opes etiam laudantur (ζ) Eurydamantis, quas filiis occiſis χηρωσταὶ διατίοντο, *heredes partiti ſunt.* Et Chryſes offert Græcis pro filiæ redemptione ἀπερείσι' ἄποινα, *infinitum liberationis pretium.* (η) Atque adeo certum eſt, complures ex his familia fuiſſe illuſtri, qualis Theano Priami regis nurus, (θ) Helenus etiam filius. (ι) Imo ipſi reges heroicis temporibus ſacrum obiere miniſterium, auctore ARISTOTELE *lib.* III. *Polit. cap.* XIV. (κ)

CAPUT

(α) *in Apoll.* I. v. 538. (β) v. 235. (γ) *Odyſ.* IX. v. 200. (δ) *in Apoll.* I. v. 535. *ſeq.* (ε) v. 9. (ζ) *Iliad.* V. v. 158. (η) *Iliad.* I. v. 13. (θ) nullibi quidem, ſed fratris Antenoris uxor dicitur *Iliad.* VI. v. 298. (ι) augur dicitur *Iliad.* VI. v. 76. (κ) *Tom.* III *opp. p.* 476. *ſin.*

Digitized by Google

CAPUT SEXTUM.

De Luſtrationibus.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Luſtratio variat reſpectu Subjecti & Objecti §. I.
Materiæ §. II.
Cauſarum, tum principalium §. III.
Tum minus principalium §. IV.

§. I.

AD ipſum Deorum cultum deinceps propius accedamus. Cujus initio obſervanda venit ſingularis *puritas*, qua tractandas ſibi res ſacras duxerunt. Etenim *lavare manus* religioſe ſoliti, quoties erant vota Diis libanda, aut ſacra facienda. Sic Neſtor *Iliad.* IX (α) pro felici legationis exitu Jovem precaturus, inquit:

Φέρτε χερσὶν ὕδωρ, ἐυφημῆσαί τε κέλεσθε,
Ferte manibus aquam, & linguis favere jubete.

Achilles oraturus pro ſalute Patrocli,

Νίψατο δ' αὐτὸς χεῖρας. - - -
Lavit autem ipſe manus, - - -

(α) v. 171.

Iliad. XVI. (α) Hector quoque veretur

Χερσὶν ἀνίπτοισι Διὶ λείβειν αἴθοπα οἶνον.

Illotis manibus Jovi libare generoſum vinum;

quod totidem (β) verbis cavet Hesiodus Ἔργοις. (γ) Achivi quoque ſacra facturi χερνίψαντο, *manus lavabant Iliad.* I. (δ) Ex eo ritu Plautus *Amphitruone*: (ε)

Invocat Deos manibus puris.

Et *Aulularia*: (ζ)

Ego niſi quid me vis, eo lavatum, ut ſacruficem.

Sed enim *veſtes* quoque *mundæ* ad ſacras res fuere *adhibitæ*; uti Penelope

- ὑδρηναμένη, καθαρὰ χροῒ εἵμαθ' ἑλοῦσα
Εὔχετο.

- *lota, puraque corpus circumdata veſte
Precabatur.*

Odyſſ. IV. (η) Sic Poeta Latinus: (θ)

Caſta placent ſuperis, pura cum veſte venite.
- - - *puraque in veſte ſacerdos.*

Inde Polluci (ι) ii, qui ad Deos accedunt περιρραινάμενοι ὑπὸ νεουργῷ στολῇ, ὑπὸ νεοπλυνεῖ ἐσθῆτι, *mundati, ſub nova ſtola, in nuper*

(α) ℣. 230. (β) *Iliad.* VI. ℣. 266. (γ) ℣. 722. *ſeq.* (δ) ℣. 449. (ε) *Act.* V. *ſc.* I. ℣. 41. *ſeq.* (ζ) *Act.* III. *ſc.* VI. ℣. 43. (η) ℣. 750. (θ) Tibullus *lib.* II. *Eleg.* I. ℣. 13. & Virgil. *Æn.* XII. ℣. 169. (ι) *lib.* I. *c.* I. *§.* 25.

Digitized by Google

ſuper lota veſte. Adhæc ipſa *vaſa* ſacro uſui deſtinata moris erat purgare, quod ab Achille libaturo factum in cratere *Iliad.* XVI. (α)

§. II. *Utebantur* in purgationibus *aqua* potiſſimum *ſalſa*, ob igneam, ut ait PROCLUS, (β) portionem, quam maxime καθαρτικὴν *purgantem* exiſtimabant. Hinc aqua marina prælata. Telemachus:

> χεῖρας νιψάμενος πολιῆς ἁλὸς εὔχετ' Ἀθήνῃ,
> *Manibus lotis e cano mari precabatur Palladem,*

Odyſ. II. (γ) Alias ſal aquæ dulci injectum. MENANDER: (δ) Ὕδατι περιῤῥάναι ἐμβαλὼν ἅλας, φακούς. *Aqua adſpergere, injectis ſale, & lentibus.* THEOCRITUS *Parvo Hercule:* (ε)

> - - Ἅλεσσι μεμιγμένον (ὡς νενόμισται)
> Θαλλῷ ἐπιῤῥαίνειν ἐστεμμένον ἀβλαβὲς ὕδωρ.
> - *Sale mixta (ut conſuetum eſt)*
> *Ramoque virenti coronata, adſpergite pura aqua.*

Præmittit ibidem *ſulphur*; quod & Ho-

(α) v. 228. *ſeq.* (β) *Vid. not.* (γ) v. 261. (δ) *in fragm. ex Famulo Matr. Id. p.* 120. v. 11. *ſeq.* locum integrum notæ dabunt. (ε) *ſ. Idyll.* XXIV. v. 95. *ſeq.*

MERUS (α) dicit ab Achille lavando cratere adhibitum,

- - - - ἐκάθηρε θεείῳ
Πρῶτον, ἔπειτα δὲ νίψ᾽ ὕδατος καλῇσι ῥοῇσι.
- - - - *purgavit ſulphure*
Primum, poſtea autem lavit aquæ puro liquore.

Itemque ab Ulyſſe in luſtranda domo, *Odyſ.* XXII. (β) Sed hic præterea adſumpſit *ignem*, cujus ſingularem in expiatione facultatem credebant. Conjunxit pariter JUVENALIS: (γ)

Cuperent luſtrari, ſi qua darentur
Sulphura cum tædis. - - -

Et OVIDIUS: (δ)

Terque ſenem flamma, ter aqua, ter ſulphure luſtrat;

ubi tria illa dicta concurrunt.

§. III. Præcipue vero *luſtrandos eos cenſebant, qui ſe polluiſſent ſanguine.* Hinc illud Hectoris *Iliad.* VI: (ε)

- - - οὐδέ πῃ ἐστι κελαινεφέϊ Κρονίωνι
Αἵματι καὶ λύθρῳ πεπαλαγμένον εὐχετάασθαι.
- - - *nec ullo modo fas eſt nubes atras cogenti Saturnio*
Sanguine & pulvere pollutum vota facere.

Cujus

(α) *Iliad.* XVI. v. 228. *ſeq.* (β) v. 481. *ſeq.* (γ) *Sat.* II. v. 157. *ſeq.* (δ) *Metamorph. lib.* VII. *fab.* II. v. 261. (ε) v. 267. *ſeq.*

Digitized by Google

Cujus imitatione VIRGILIANUS Æneas *lib.* II: (α)

> *Me bello e tanto digreſſum & cæde recenti,*
> *Attrectare nefas, donec me flumine vivo*
> *Abluero.*

Sic domus quoque Ulyſſis luſtranda fuit ob cædem procorum in ea patratam. (β) Idem fecerunt Romani poſt interemptos conjuratos, inſtituta ſolenni luſtratione apud DIONYSIUM HALICARNASSEUM *lib.* V: (γ) Ὡς οὐ θεμιτὸν αὐτοῖς ἐφ' ἱερὰ παρεῖναι καὶ θυσιῶν κατάρχειν, πρὶν ἀφοσιώσασθαι τὸ μίασμα καὶ τὴν συμφορὰν λῦσαι τοῖς εἰωθόσι καθαρμοῖς. *Quum nefas eſſet iis ad ſacra accedere, & victimas immolare, antequam facinus expiatum eſſet, luesque ſolitis luſtrationibus abolita.* Ita gravis viſa etiam juſta ſanguinis humani effuſio. Sed *in quælibet alia* manus ad expiationem lavare erat conſuetudo, ut docet SOPHOCLIS INTERPRES: (δ) Ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς ὅταν ἢ φόνον ἀνθρώπου, ἢ ἄλλας σφαγὰς ἐποίουν, ὕδατι ἀπονίπτειν τὰς χεῖρας εἰς κάθαρσιν τοῦ μιάσματος. *Mos obtinebat apud veteres, quando aut homicidium, aliasve cædes patraſſent, manus lavare ad piaculi expiationem.* Mirum proinde

C 5

(α) v. 718. *ſeqq.* (β) *Odyſſ.* XXII. v. 481. (γ) *p.* 323. (δ) *ad Ajac. Flagell.* v. 666.

proinde illud expiationis genus apud APOLLONIUM *lib.* IV. *Argon.* (α) Ubi porcelli mactati ſanguine manus homicidæ cruentæ abluuntur a ſacerdote.

§. IV. Sed *aliis quoque de cauſis* luſtrationes a priſcis uſurpatæ. Cujusmodi illa Agamemnonis juſſu ſolenniter facta in exercitu Græcorum, cum Apollo ob injurioſe habitum ſacerdotem eſſet placandus, *Iliad.* I. (β)

Λαὺς δ' Ἀτρείδης ἀπολυμαίνεσθαι ἄνωγεν·
Οἱ δ' ἀπελυμαίνοντο καὶ εἰς ἅλα λύματ' ἔβαλλον.

Populos autem Atrides luſtrari juſſit,
Illi autem luſtrabantur & in mare ſordes jaciebant.

PAUSANIAS vero *Arcadicis,* (γ) ob peſtem id vult ſuſceptum, quæ λύμη Græcis dicta. Agit ibi de flumine Lymace ita appellato, quod Nymphæ, cum Rheam poſt ſedatos ejus partus, quo Jovem enixa eſt, dolores, aquis luſtralibus purgaſſent, λύματα *ſordes* illas ac piamina in eum fluvium abjeciſſent. Unde conſtat de *more abjiciendi* in aquam *ſordes*, quem hic obſervarunt Græci. In *terra* tamen *ſolita defodi* καθάρματα *ſordes* indicat

(α) v. 704. *ſeq.* (β) v. 313. *ſeq.* (γ) *s. lib.* VIII. *c.* 41. *p.* 683.

cat idem PAUSANIAS *Corinthiacis*, (α) in expiatione Oreſtis *μητροκτόνυ matricidæ* apud Troezenios peracta.

CAPUT SEPTIMUM.

De Precibus & Votis.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Oſtenditur precum Neceſſitas & varietas. §. I.
Opportunum tempus §. II.
Argumentum, quod vel votorum nuncupatio §. III.
Et Religioſa perſolutio §. IV.
Vel munerum oblatorum commemoratio §. V.
Quomodo preces peractæ? §. VI.
Ubi? §. VII.
Specialia quædam de mulierum precibus §. VIII.

§. I.

ITa rite luſtrati ad pietatis officia ſe conferebant. Quam omnem PLATO *Euthyphrone* (β) poſitam eſſe differit ἐν τῷ εὔχεσθαι, καὶ τῷ θύειν. Hoc quidem δωρεῖ-

(α) *ſ. lib.* II. *c.* 131. *p.* 185. (β) *Tom.* I *opp. p.* 14.

δωρεῖσθαι τοῖς θεοῖς, *munera Diis offerre*; illud αἰτεῖν τοὺς θεοὺς, *a Diis petere.* Sic dando ac petendo univerſa conficitur religio. De *petitione* priori loco agemus, ita diſponente humanæ neceſſitatis lege; quam ad omnes extendit HOMERUS *Odyſ.* III: (α)

Πάντες δὲ θεῶν χατέουσ' ἄνθρωποι.

Omnes homines diis indigent.

Ut autem varii ſunt communis vitæ uſus, ita quoque *variæ* fuerunt *preces*, variiſque factæ Diis, prout ſingulorum officia diſtinguebant. Trojani *Iliad.* VI (β) de civitate ſua periclitantes Minervam ἐρυσίπτολιν *urbis cuſtodem* invocant. Proci Penelopes in arcus certamine Apollinem, *Odyſ.* XXI. (γ) Navigantes Neptunum ac Caſtorem, in *Hymno.* (δ) Alii alios, quos peculiari religione venerabantur, ut Minervam Ulyſſes. (ε) Omnes communiter & perſæpe Jovem e cujus gemino dolio bona malaque omnia cenſebant depromi. *Iliad.* XXIV. (ζ)

§. II. Omnino vero *in re alicujus momenti ſuſcipienda*, primum omnium *Diis* ſuppli-

(α) v. 48. (β) v. 305. (γ) v. 364. (δ) *in Nept.* v. 7. *add. Hymn. in Iov. Puer.* II. v. 9. (ε) *Iliad.* X. v. 277. (ζ) v. 527.

Digitized by Google

ſupplicabant, ſine quorum ope nihil feliciter peragi cogitabant. Id obſervat Neſtor legationem obiturus ad Achillem, *Iliad.* IX. (α) Priamus ab eodem conquiſiturus filii cadaver, *Iliad.* XXIV. (β) Ulyſſes exploraturus caſtra Trojanorum, *Iliad.* X. (γ) Denique Telemachus navigationem Pylum verſus ſuscepturus. (δ) Legem inde generalem fert PYTHAGORAS: (ε) Ἔρχευ ἐπ' ἔργον θεοῖσιν ἐπευξάμενος, *ad opus accede, quum Deos precatus fueris.* Quam religioſe Græcos obſervaſſe conſtat ex eorum monimentis. Operi quippe ſe accingentes, Θεὸς, Θεὸς, *Deus! Deus!* ſoliti pronunciare. Unde felicem exitum *gratiarum* ſolennis *actio* ſubſequebatur; cujus exempla apud ipſum etiam HOMERUM videre eſt. (ζ)

§. II. Porro quo Deos facilius exorarent, *munera* ſe daturos *pollicebantur.* Sic Theano, cum aliis matronis Trojanis Minervam precata, offert peplum & ſimul promittit duodecim boves ſalute parta immolandos, *Iliad.* VI. (η) Eidem Neſtor pro incolumi ad Græcos

(α) v. 172. (β) v. 308. (γ) v. 277. *ſeqq.* (δ) *Odyſſ.* II. v. 262. (ε) *Aur. Carm.* v. 48. (ζ) vid. not. (η) v. 90. *ſeqq. coll.* v. 304. *ſeqq.*

Græcos reditu novem tauros vovet (α) Simili ratione Æneas ſupplicans Veneri, *Æneid.* I: (β)

Multa tibi ante aras noſtrâ cadet hoſtia dextrâ.

Et *Æneid.* V: (γ)

Vobis lætus ego hoc candentem in littore taurum
Conſtituam ante aras, voti reus.

Hæc nimirum Latinis proprie *Vota* dicta, quæ cum precibus ut plurimum conjuncta, à Græcis una eademque Εὐχῆς voce exprimuntur. His uſi Græci ut & Romani aliique populi apud quoſvis auctores leguntur; præſertim, cum in graviori aliquo diſcrimine verſarentur. Unde SCHOLIASTES HOMERI (δ) Δυσυχίας ἐπίτασις καὶ σωτηρίας ἀπόγνωσις εὐχὴν ἔθηκεν. *Calamitatis expoſitione & deſperatæ cauſæ cognitione, vota ad Deos abſolvuntur.* Et PLINIUS *Hiſt. Nat. lib.* VIII. *cap.* XVI. (ε) *Tum præcipuus votorum locus eſt, cum ſpei nullus eſt.*

§. IV. In hiſce votis perſolvendis *ſumma utebantur religione*: graviſſime quippe Deos rati ſuccenſere, ſi pro-
miſſis

(α) *Vid. Odyſſ.* III. *v.* 382. *& conf. not. noſtr.* (β) *v.* 338. (γ) *v.* 236. (δ) *Vid. not.* (ε) *Tom.* I. *p.* 507.

Digitized by Google

miſſis deeſſent. Unde duriores caſus protinus ad hanc culpam referebant. Achilles *Iliad.* I. (α) utique hinc derivat peſtem ab Apolline Græcis immiſſam:

Εἴτ' ἄρ' ὅ γ' εὐχωλῆς ἐπιμέμφεται, εἴθ' ἑκατόμβης.

Sive hic ob vota incuſat, ſive ob hecatomben.

Æneas etiam Trojanorum cladem *Iliad.* V: (β)

Εἰ μή τις θεός ἐστι, κοτεσσάμενος Τρώεσσιν,
Ἱρῶν μηνίσας. - - - -

Niſi quis Deus eſt, iratus Trojanis,
Ob ſacrificia ſuccenſens. - - -

Atque ita apud THEOCRITUM *Idyl.* XXV (γ) Hercules ait: *nulli Achivorum patere unde leo ille cuncta vaſtans extiterit; ſe tamen conjectari, Deorum quempiam*

- ἱρῶν μηνίσαντα Φορωνήεσσιν ἐφεῖναι.

- *ob ſacrificia ſuccenſentem Phoronenſibus immiſiſſe.*

§. V. Quin etiam *ſacrificia* aut *dona* alias *oblata* Diis ſupplicantes *commemorabant.* Chryſes ita Apollinem obteſtatur *Iliad.* I: (δ)

- εἴ

(α) v. 65. (β) v. 177. (γ) v. 200. (δ) v. 39. *ſeqq.*

Digitized by Google

- εἴ ποτέ τοι χαρίεντ' ἐπὶ νηὸν ἔρεψα,
Ἢ εἰ δή ποτέ τοι κατὰ πίονα μηρί' ἔκηα
Ταύρων, ἠδ' αἰγῶν, τόδε μοι κρήηνον ἐέλδωρ.

- *ſi quando tuo venuſto templo tectum impoſui,*
Vel ſi quando tibi pingues coxas cremavi
Taurorum, & caprarum, hoc mihi perfice votum;

Similiter eundem compellaſſe narrat HERODOTUS *Clio* (α) *Crœſum, cum in pyra locatus jam jam eſſet comburendus*, εἴ τί οἱ κεχαρισμένον ἐξ αὐτοῦ ἐδωρήθη, παραστῆναι, *ſi quod ipſi gratum donum ab eo oblatum fuerit, adſit.* Irridet hoc nomine Græcis LUCIANUS, (β) ac ſi *Deos nihil cenſeant gratis concedere, ſed bona omnia hominibus divendere;* peculiariter inſultat Chryſæ, qui non impetrata ab Agamemnone filia, ὡσὰν καὶ προδανείσας τῷ Ἀπόλλωνι τὴν χάριν, δικαιολογεῖται, καὶ ἀπαιτεῖ τὴν ἀμοιβήν. *Tanquam qui prior Apollini gratiam eſſet fœneratus, expoſtulat, & vicem repetit.*

§. VI. Quod ad *ſupplicandi ritum* attinet, oculos manuſque in cœlum attollebant: ut infinitis apud HOMERUM locis apparet. (γ) Omnibus hoc hominibus

(α) *ſ. lib.* I. *c.* 87. *p.* 37. (β) *de Sacrif. Tom.* I *opp. p.* 362. *ſeq.* (γ) vid. not.

Digitized by Google

nibus veluti ingenitum teſtatur ARISTOTELES *de Mundo*: (α) Πάντες οἱ ἄνθρωποι ἀνατείνομεν τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν εὐχὰς ποιούμενοι. *Omnes nos homines manus cœlum verſus attollimus, cum precamur.* Nimirum quia omnibus perſuaſum, divinitatem ſublimiore mundi regione reſidere. Unde cœlum θεῶν ἕδος *deorum ſedes* HOMERO (β) aliiſque POETIS dictum: & ARISTOTELES (γ) vocat θεοῦ οἰκητήριον τοῦ κόσμου τὸ ἀνώτατον; *Dei habitaculum ſupremam mundi partem.* Qua de re præclare TERTULLIANUS *Apologetico cap.* XVII (δ) diſceptat.

§. VII. Alioqui *in templa Deorum* ſolenniter *oraturi ſe recipiebant*; quod iis magis præſentes ſe habere crederent. Unde HESYCHIO (ε) Ναὸς, οἶκος ἔνθα θεὸς προσκυνεῖται. *Templum, domus eſt, ubi Deus adoratur.* Et qui illuc concedebant, προσιέσθαι θεοῖς *adire Deos*, dicti. Quod CICERONI intellectum, cum ait in *legib.* (ζ) *Ad divos adeunto caſte.* Et TIBULLUS: (η)

Num feror inceſtus ſedes adiiſſe Deorum?

D Propter

(α) *c.* VI. *Tom.* I. *opp. p.* 864. (β) vid. not. (γ) *l. c. cap.* II. *Tom. c. opp. p.* 846. (δ) *pag.* 47. (ε) *in Voc.* Ναός. (ζ) *lib.* II. *c.* VIII. *Vol.* IX *opp. p.* 3345. (η) *lib.* I. *Eleg.* V. *v.* 39.

Propter ſimulacra utique ad quæ tanquam oculis ſubjectos Deos moris erat ſupplicare. Unde his ſublatis templa ſimul deſerta; quod PAUSANIAS *Boeoticis* (α) accidiſſe refert Minervæ Alalcomeniæ ædi, extracto Deæ ſigno. Ita quoque apud LIVIUM *lib.* XXXVIII (β) queruntur Ambracienſes, *ſimulacra Deûm, Deos imo ipſos, convulſos ex ſuis ſedibus, ablatos eſſe: parietes poſteſque nudatos. Quos adorent, ad quos precentur & ſupplicent, Ambracienſibus non ſupereſſe.*

Exemplum hujus ſupplicationis *Iliad.* VI, (γ) ubi Trojanæ mulieres ſolenni pompa, præeunte Theano, ad Minervæ fanum contendunt cum ululatu manus ei pro afflictis Trojæ rebus tendentes, depoſito etiam ad genua ejus peplo; quod expreſſit VIRGIL. *Æn.* I. (δ)

Interea ad templum non æquæ Palladis ibant
Crinibus Iliades ſparſis, peplumque ferebant.

§. VIII. Mos utique tritus, ut *mulieres in magnis caſibus per templa irent ſupplices.* POLYBIUS *lib.* IX: (ε) Αἱ δὲ γυναῖκες

(α) *s. lib. IX. c.* 33. *p.* 777. (β) *c.* 43. *Tom. III. p.* 534. (γ) v. 301. *ſeqq.* (δ) v. 483. *ſeq.* (ε) *c.* 6. *p.* 758.

ναῖκες περιπορευόμεναι τὺς ναὺς ἱκέτευον τὺς θεὺς πλύνεσαι ταῖς κόμαις τὰ τῶν ἱερῶν ἐδάφη. *Mulieres vero delubra circumeuntes Diis ſupplicabant, pavimenta templorum capillis ſuis verrentes.* *Ululatus* vero in ſupplicationibus *mulieribus* Græcis admodum *familiares* eſſe, colligitur ex multis HOMERI locis. (α) Quem a Libyſſis traductum teſtatur HERODOTUS *Melpomene.* (β) Δοκέει δέ ἔμοιγε καὶ ὀλολυγὴ ἐν ἱεροῖσι ἐνταῦθα πρῶτον γενέσθαι. *Videtur autem mihi ululatum in templis ibi primum factum eſſe. Pepla* quoque *ferre* ſolitas teſtis ÆSCHYLUS: (β)

Πέπλων καὶ ςεφέων
Ποτ', εἰ μὴ νῦν, ἀμφὶ λιτὰν ἕξομεν.

Peplos & velamina
Aliquando, niſi adhucdum, (ſaltem) in
ſupplicatione habebimus.

Ubi SCHOLIASTES: παρετίθεσαν γὰρ οἱ πέπλυς, καὶ ἐνέδυον καὶ πέπλυς τὰ ἀγάλματα. *Etenim qui peplos obtulerunt, iis quoque ſimulacra amiciverunt.* Hoc vero etiam obſervatum, ut *genibus applicarent,*

(α) aliqua vide in notis allegata. (β) *s. lib. IV. c. 189. p. 285.* (γ) *Trag. II. v. 97.*

rent, quæ ſupplicationi ſacra omnium gentium religione. Inde ARNOBIUS *lib.* VI: (α) *Signa quorum plantas contingitis ac contrectatis orantes.*

CAPUT OCTAVUM.

De Libamentis, Suffitibus ac Molis.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Argumenti connexio §. I.
Materia, vaſa, ritus, uſus &c: Libationum §. II.
Suffituum §. III.
Molarum §. IV.
Hiſtoria hujus ritus §. V.

§. I.

QUæ Diis homines *viciſſim dabant*, in univerſum erant aut *ſacrificia* aut *donaria*. Utrumque conjungit Hector *Iliad.* VI, (β) cum jubet Troadas *offerre Minervæ peplum, & ſimul duodecim boves.* Similiter Ægyſthus pro initi conjugii felicitate *multas adolevit coxas,*

(α) *p.* 202. (β) *v.* 269. *ſeqq.*

Digitized by Google

coxas, *multaque donaria appendit Odyſ.* III. (α) PLATO *Alcib.* II (β) loquens de officio Diis præſtando, copulat in hanc rem θυσίας καὶ ἀναθήματα *ſacrificia & donaria*, uti ſub finem *libri de Votis*, (γ) δῶρα καὶ θυσίας *dona & ſacrificia*. Reſtringens utique δῶρα ad ea, quæ ornatus gratia in templis donabantur. Quo ſenſu & a Latinis eadem munera ac donaria appellata, prout ſcite diſtinguit LACTANTIUS *lib.* VI *de vero Dei cultu*, *cap. ult.* (δ) *Apud iſtos qui nullo modo rationem divinitatis intelligunt, donum eſt, quicquid auro argentove fabricatur, item quicquid purpura & ſerico texitur; ſacrificium eſt victima & quæcunque in ara cremantur.*

In ſacrificiis primo loco *conſideranda* veniunt *Libamenta*, *Suffitus* ac *Molæ*; quæ ſola initio obtinebant, poſteaque diſpoſita fuere in omni divini officii parte.

§. II. *Libationes* potiſſimum apud Græcos *fiebant vino*. Sic enim paſſim (ε) HOMERO dicti λείβειν αἴθοπα οἶνον, *libare nigrum vinum*. Erat autem *purum ac merum*; unde σπονδαὶ ἄκρητοι *mera libamenta* appel-

(α) v. 273. *ſeq.* (β) *Tom. II. opp. p.* 148. (γ) *ibid. p. ſeq.* (δ) *p.* 479. (ε) vid. not.

Digitized by Google

appellatæ *Iliad.* II. (α) Quod ita religioſe a Romanis etiam obſervatum, ut *vinis Græcis prolibare Diis nefaſtum* putarent, teſte Plinio *Natural. hiſt. lib.* XIV. *cap.* XIX. (β)

In hunc uſum comparata *pocula*, quæ apud beatiores *conſtabant ex auro.* Tale Pelei χρύσεον ἄλεισον *aureum poculum Iliad.* XI. (γ) Itemque Menelai χρύσεον δέπας, *aurea patera Odyſ.* XV. (δ) His vino repletis leviter aliquid de ſummis labris effundebant in Deorum honorem, reliquum ipſi ebibentes, uti conſtat ex multis Homeri locis. (ε) Singulare vero illud poculum Achillis erat, *ex quo nulli alii viro propinabat; nec ulli Deorum, niſi Jovi libabat Iliad.* XVI. (ζ)

Erant autem hæ *libationes* fere *cum precibus conjunctæ;* quales hic Achilles nuncupat pro Patrocli ſalute. Idem obſervatum a Neſtore, iter Achillem verſus ſuſcepturo *Iliad.* IX, (η) & a Priamo *Iliad.* XXIV. (θ)

§. III. *Suffitibus* etiam magnam in Diis placandis vim Græci tribuebant. Unde

(α) ✓. 341. (β) *Tom. II. pag.* 156. (γ) ✓. 773. (δ) ✓. 149. (ε) vid. not. (ζ) ✓. 225. *ſeqq.* (η) ✓. 177. *coll.* ✓. 183. (θ) ✓. 306. *ſeqq.*

Digitized by Google

Unde cum libationibus ac precibus eos HOMERUS conjungit *Iliad.* IX. (α)

Καὶ μὲν τὺς θυέεσσι καὶ εὐχωλῇς ἀγανῇσι,
Λοιβῇ τε, κνίσσῃ τε παρατρωπῶσ' ἄνθρωποι.

Tamen hos ſuffimentis & votis placidis
Libamineque, nidoreque avertunt homines.

HESIODUS quoque Ἔργοις (β) jubet agricolas oriente ac occidente die illos

Σπονδῇσι θυέεσσί τε ἱλάσκεσθαι.
Libamentis & ſuffimentis placare.

In hanc ſententiam Hector matri ſuæ auctor eſt, ut in templum Minervæ concedat ad vota ſuſcipienda cum ſuffimentis *Iliad.* VI: (γ)

- - πρὸς νηὸν Ἀθηναίης Ἀγελείης
Ἔρχεο σὺν θυέεσσι. - -
- - *ad Templum Minervæ Ageleja*
Vade cum ſuffimentis. - -

A quo ritu templa ac altaria HOMERO θυώδεα καὶ θυήεντα *odorata* dicta: uti peculiariter illud Veneris in Cypro *Hymn. in Vener.* (δ) de quo VIRGIL. *Æn.* I. (ε)

- *ubi templum illi centumque Sabæo*
Thura calent aræ, ſertisque recentibus halant.

Quanquam hic thus per πρόληψιν *anticipationem* videatur dictum. Siquidem, ut

(α) ℣. 495. (β) ℣. 336. (γ) ℣. 269. *ſeq.* (δ) ℣. 59. (ε) ℣. 420. *ſeq.*

Digitized by Google

ut aſſerit PLINIUS *Hiſt. Nat. lib.* XIII. *c.* I. (*α*) *Iliacis temporibus Thure non ſupplicabatur: Cedri tantum & citri ſuorum fruticum in ſacris fumo convolutum nidorem verius, quam odorem, noverant.* In eandem rem ARNOBIUS *lib.* VII *adverſus Gentes* (*β*) thuris novitatem diſceptat: *Nam neque temporibus, quemadmodum creditur & perhibetur, heroïcis, quidnam eſſet thus ſcitum eſt, ſcriptoribus ut comprobatur a priſcis, quorum in libris nulla ejus mentio reperitur.*

§. IV. Superſunt *Molæ*, quas HOMERUS vocat οὐλὰς vel οὐλοχύτας, *e frugibus ſaxo aut mola fractis conſtantes.* In hanc rem antiquiſſimo ritu a Græcis adhibebatur *hordeum*, uti apud Romanos far, teſte DIONYSIO HALICARNASSEO *lib.* II. (*γ*) Καὶ ὥσπερ Ἕλληνες τὸν κρίθινον καρπὸν ἀρχαιότατον ὑπολαμβάνοντες ἐπὶ τῶν θυσιῶν κριθαῖς καταρχόμεθα, οὐλὰς αὐτὰς καλοῦντες· οὕτω Ῥωμαῖοι τιμιώτατόν τε καρπὸν καὶ ἀρχαιότατον εἶναι νομίζοντες τὰς ζέας, διὰ τούτων ἁπάσης ἐμπύρου θυσίας κατάρχονται. *Et quemadmodum Græci antiquiſſimam hordeaceam frugem rati, hordeo victimas initiant, οὐλάς illas, hoc eſt molem ſalſam, nominantes; ita Romani*

(*α*) *Tom. II. p.* 57. (*β*) *p.* 232. (*γ*) *p.* 95.

Digitized by Google

Romani quamvis hoſtiam igne adolendam reſpergunt farre, quippe qui hoc frugum genus & antiquiſſimum exiſtimant & honoratiſſimum. Additum fuiſſe ſalem docet HOMERI SCHOLIASTES: (α) Οὐλαὶ, κριθαὶ μετὰ ἁλῶν μεμιγμέναι, ἃς ἐπέχεον τοῖς ἱερουργουμένοις ζώοις πρὸ τοῦ θύεσθαι. *Molæ, hordeum ſale mixtum, quod infundebant victimis cæſis, ante ſacrificandum.* Inde VIRGILIUS etiam *fruges ſalſas* dicit. (β) Et PLAUTUS *Amphitruone:* (γ)

Sed mulier poſtquam experrecta es, prodigiali Jovi
Aut mola ſalſa hodie, aut thure comprecatum oportuit.

Ita vero & Penelope, impoſitis caniſtro molis ſalſis, Palladi ſupplicat *Odyſ.* IV. (δ)

Ἐν δ' ἔθετ' οὐλοχύτας κανέῳ, ἠρᾶτο δ' Ἀθήνῃ.
Impoſuit molas caniſtro, ſupplicavit autem Palladi.

Omninoque *maximus* fuit earum *uſus in ſacris* adeo ut PLINIUS *Hiſtor. Natur. lib.* XXXI. *c.* VII. (ε) aſſerat, *nulla ſine mola ſalſa confici*, aſſerit. Illis frons victimæ,

 ac

(α) *ad Iliad. I.* v. 449. (β) *Æneid. II.* v. 133. (γ) *Act.* II. *ſc.* II. v. 107. *ſeq.* (δ) v. 761. (ε) *Tom. III. p.* 369.

Digitized by Google

ac partes adolendæ conſpergebantur, ipſa etiam altaria ac cultri.

§. V. *Obtinuit hic ritus ex veteri more ſacrificiorum*, quæ initio ex ejusmodi frugibus duntaxat conſtabant, ut notat HOMERI SCHOLIASTES. (α) Inde OVIDIUS *lib.* I. *Faſtorum*; (β)

Ante Deos homini quod conciliare valeret
Far erat & puri lucida mica ſalis.

Atque hoc fuiſſe *ex Numæ inſtituto* antiquitas apud Romanos teſtatur. PLUTARCHUS: (γ) Ἀναίμακτοι γὰρ ἦσαν, αἱ τε πολλαὶ δι' ἀλφίτου καὶ σπονδῆς καὶ τῶν εὐτελεστάτων πεποιημέναι. *Incruentæ enim erant, & plerumque farina libatione, rebusque viliſſimis conſtabant.* Et PAUSANIAS *Arcadicis* (δ) affirmat, *Cecropem vetuſtiſſimum Athenienſium Regem nihil ſacrificaſſe animatum, ſed liba tantum patria, quæ* πελάνους *vocarunt, obtuliſſe. Serius* utique apud nationes *invaluit mactatio hoſtiarum*: quippe quæ religioni ducebant ſanguinis effuſionem. Unde ῥέζειν καὶ ἔρδειν *dicti, qui primi victimas*

(α) *ad Iliad. I.* v. 449. (β) v. 337. (γ) in *Numa Tom. I. opp. p.* 65. C. (δ) *ſ. lib. VIII. c.* 2. *pag.* 600.

Digitized by Google

mas Diis mactarunt, quaſi magnum aliquid patraſſent. Ταρξπλόμενοι καὶ δειμαίνοντες, ἔρδειν ἐχάλκεν καὶ ῥέζειν, ὥς τι μέγα δρῶντες τὸ θύειν ἔμψυχον, ait PLUTARCHUS. (α)

CAPUT NONUM.

De Victimis.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Circa Victimas obſervatur: Earum delectus §. I.
Species §. II.
Differentia generalis §. III.
Specialis §. IV.
Ritus immolationis, præcipue bovis §. V.
Numerus victimarum §. VI.
Loca immolationis publica §. VII.
Privata §. VIII.

§. I.

DEinceps *de oblatione animalium* agendum, quæ poſterioribus ſeculis ſola pene ſacrificii nomen ſervavit. In iis ſummus habitus *delectus*, ut

(a) *lib. VIII. Sympoſ. Quæſt. VIII. Tom. II opp. pag.* 729.

Digitized by Google

ut eſſent quam optima ac perfectiſſima. *Odyſ.* XI: (α)

- - ςεῖραν βοῦν ἥτις ἀρίςη,
Ῥέξειν ἐν μεγάροισι,

- - *ſterilem bovem quæ optima,*
Sacrificaturum (eſſe) in ædibus ;

Iliad. I: (β)

- - ἀρνῶν κνίσσης αἰγῶν τε τελείων.

- - *ovium nidorem & caprarum integrarum.*

SCHOLIASTES: (γ) Ἤτοι τὴν ἡλικίαν ὁλοκλήρων· λελωβημένον γὰρ οὐ θύεται, ἀλλ' ὑγιὴς ἡ τῶν τελουμένων θυσία. *Videlicet quæ abſolutiſſimi ſunt vigoris, mutila enim quæ ſunt, non mactantur, ſed ſana & integra ſit perfecta victima.* Inde POLLUCI (δ) ἱερεῖα ἄρτια, ἄτομα, ὁλόκληρα, ὑγιῆ, ἄπηρα, παμμελῆ, ἀρτιμελῆ, μὴ κολοβά. *Victimæ perfectæ, non inciſæ, integræ, ſanæ, illæſæ, quibus omnia membra conſtant & integra, non mutilatæ.* Quare Athenienſes criminati Lacedæmoniorum in re divina incuriam, eo quod etiam ἀνάπηρα θύουσιν ἑκάστοτε, *ſubinde haud illæſas victimas ſacrificent*, ut eſt apud PLATONEM *Alcibiade* II. (ε) Cui ſimilis illa TERTULLIANI in

(α) v. 30. (β) v. 66. (γ) *ad h. l.* (δ) *lib. I. c. I. §. 26. p. 21.* (ε) *Tom. II. opp. p. 149.*

Digitized by Google

in *Apologetico* (α) expoſtulatio adverſus Gentes ſui ſeculi: *Volo & ritus veſtros recenſere, non dico quales ſitis in ſacrificando, cum enecta & tabidoſa quæque mactatis; cum de optimis & in integris ſupervacua quæque truncatis capitula & ungulas, quæ domi quoque pueris vel canibus deſtinaſſetis.*

§. II. *Animalia* priſcis Græcis *ad ſacrificandum* potiſſimum *adhibita* ſex, *ovis*, *ſus*, *bos*, *caper*, *gallus*, *anſer*, ut notat SUIDAS in *voce* Θύσον. HOMERUS (β) tamen non niſi priora quatuor in ſacris, ut & victu communi ab heroïbus uſurpata commemorat. Princeps locus aſſignatus bovi, quem maximo olim in pretio fuiſſe ſubinde POETA ſignificat; & PLINIUS *Hiſtor. Nat. lib.* VIII. *cap.* XLV. (γ) Hinc optimæ victimæ & lautiſſima Deorum placatio. Unde vox βουθυτεῖν *bove placare*, qua boum mactatio proprie notatur, ad alia quævis animalia traducta. ARISTOPH. *Pluto*: (δ)

Βουθυτεῖ ὗν καὶ τράγον καὶ κριὸν ἐστεφανωμένος.

Coronatus, ſuem hircum & arietem immolat.

At

(α) *c.* 14. *pag.* 44. (β) *Vid. not.* (γ) *Tom. I. p.* 557. (δ) *V.* 820.

At lege Solonis non erat mactandus bos, teſte PLUTARCHO. (α) Quod ÆLIANUS *Var. Hiſt. lib.* V. *cap.* XIV. de bove aratore interpretatur, ὅτι καὶ οὗτος εἴη ἂν γεωργὸς καὶ τῶν ἐν ἀνθρώποις καμάτων κοινωνός. *Quoniam ille etiam agricola eſt, & humano generi laborum ſocius.* Certe alii quoque Græci ejus mactationem habuerunt religioni.

§. III. Nec vero promiſcue quælibet *animalia* cuilibet Deo mactare erat fas; ſed quæ *ſingulis* de more erant *dicata.* Sic enim ARISTOTELES *lib.* IX. *Ethic. cap.* II (β) contendit, *non omnibus eadem, nec patri omnia præſtanda, uti nec Jovi omnia ſacrificantur.* Quod explicans *lib.* V. *cap.* X. (γ) νομικὸν, ait, αἶγα Διῒ θύειν, ἀλλὰ μὴ πρόβατα, *capram non oves Jovi mactari legé receptum.* Contra capram non immolatam Minervæ apud Athenienſes, teſtatur ATHENÆUS *lib.* XIII. *Deipnoſoph.* (δ) Et in univerſum PLINIUS ait obſervatum, *nec claudicante, nec alienâ hoſtiâ* Deos placari *Hiſt. Nat. lib.* VIII. *cap.* XLV. (ε)

§. IV.

(α) *in Vit. Solon. Tom. I opp. p.* 90. *C.* (β) *Tom. III opp. p.* 154. (γ) *Tom. III opp. p.* 87. (δ) *p.* 587. *d.* (ε) *Tom. I. p.* 557.

Digitized by Google

§. IV. Porro Jovi mactari ſolitus bos, ætate major; πενταέτηρον *quinquennem* dixit POETA *Iliad.* II. (α) Polyphemus ei facit ariete, ſed non litat *Odyſ.* IX. (β) Eidem quoque cum Sole immolatus verres *Iliad.* XIX. (γ) Apollini tauri & capræ oblatæ *Iliad.* I. (δ) Itemque agni primogeniti *Iliad.* XXIII. (ε) Neptuno ſæpius tauri παμμέλανες *nigrantes Odyſ.* III: (ζ) nempe ad maris ferociam ac obſcuritatem ſignificandam; etſi apud PINDARUM (η) ἀργᾶντες ταῦροι *feri tauri* ei immolati, quod ad ſpumam maris forte referendum. Quin etiam fluviis Alpheo & Xantho factum tauris, *Iliad.* XI, (θ) & XXI. (ι) At Sperchio ovibus. (κ) Minervæ ſæpius mactabant juvencam *Iliad.* XI. (λ) & quidem

- - - ἦνιν, εὐρυμέτωπον,
Ἀδμήτην, ἣν οὔπω ὑπὸ ζυγὸν ἤγαγεν ἀνήρ.

- - - *anniculam, lata fronte,*
Indomitam, quam nullus ſub jugum miſit vir.

Odyſ.

(α) v. 403. (β) v. 461. (γ) v. 197. (δ) v. 41. (ε) v. 864. (ζ) v. 6. (η) *Olymp. Epod.* γ. v. 11. (θ) v. 727. (ι) v. 131. *coll. Iliad. XX.* v. 74. (κ) *Iliad. XXIII.* v. 147.

Odyſ. III. (α) quam *injugem* dixit FESTUS; (β) *caſta cervice* SILIUS. (γ) Ovis quoque ei oblata *Odyſ.* IV. (δ) Sed non tenella apud Athenienſes, auctore ATHENÆO, *lib.* IX. (ε) Mercurio ſacrificati agni & hædi *Odyſ.* XIX: (ζ) uti & Nymphis *Odyſ.* XVII. (η) Inferis denique ſterilis vacca *Odyſ.* X. (ϑ) Ita pro variis Diis variæ quoque *victimæ diſtinguebantur ſpecie*, *ætate*, *colore*, *ſexu*; quemadmodum eleganter diſputat ARNOBIUS *lib.* VII. (ι)

§. V. *Boves* autem ornatus gratia *ſolebant auro obducere. Iliad.* X. (κ)

Τήν τοι ἐγὼ ῥέξω χρυσὸν κέρασιν περιχεύας.

Hanc ego tibi ſacrificabo, aurum cornibus circumfundens.

Quod imitatus VIRGILIUS *Æn.* IX. (λ)

Et ſtatuam ante aras aurata fronte juvencum.

Modus inaurandi deſcribitur *Odyſ.* III. (μ) ubi Laërceus χρυσοχόος *aurifex* acceptum a Neſtore aurum inſtrumentis fabrilibus ἀσκήσας *aptans* bovis cornibus offudit,

– ἵν'

(α) v. 383. (β) *apud* PEROTT. *col.* 1159. *l.* 4. 7. (γ) *vid. not.* (δ) v. 764. (ε) *p.* 375. C. (ζ) v. 398. (η) v. 242. (ϑ) v. 522. (ι) *p.* 224. *ſeq.* (κ) v. 294. (λ) v. 627. (μ) v. 438.

Digitized by Google

- ἵν' ἄγαλμα θεὰ κεχάροιτο ἰδοῦσα.
- *ut ornatum videns dea gauderet.*

PLATO id ſolenne fuiſſe Athenienſibus dicit *Alcibiade* II, (α) ubi inter alia magnificentiæ eorum teſtimonia ponitur βοῦς χρυσόκερως *bos cornibus inauratus.* Romanis quoque ſolennem hunc ritum adſcribit ſæpius in eorum hiſtoria T. LIVIUS. (β) Et quidem a Græcis tractum nominatim ſcribit MACROBIUS *lib.* I. *Saturnal.* (γ)

§. VI. Mactabantur Diis vel *ſingulares* victimæ, vel *plures*; ſive *unius generis*, ſive *diverſi*. Huc pertinent illæ quarum tam crebra mentio, Ἑκατόμβαι, ex *centum* proprie *bobus* conſtantes, ut indicat vocis ἐτυμολογία, & teſtatur EUSTATHIUS: (δ) ἐξ ἑκατὸν δηλονότι κυρίων βοῶν. *Nimirum ex centum præſtantibus bobus.* Quanquam abuſive ſæpius ex centum aliis animalibus, ἐξ ἑκατὸν ζώων, ἢ, κυριώτερον εἰπεῖν, βοσκημάτων. *Ex centum animalibus, vel, ut melius, pecudibus.* Sic enim HOMERUS nominat ἑκατόμβας ταύρων, ἠδ' αἰγῶν *centum victimas taurorum, ſive caprarum, Iliad.* I. (ε) & ἀρνῶν πρωτογόνων, *agnorum*

E

(α) *Tom.* II *opp. p.* 149. *C.* (β) *Vid. not.* (γ) *c.* XVII. *p.* 193. (δ) *ad Iliad.* I. *p.* 49. *ſeqq.* (ε) v. 315. *ſeq.*

Digitized by Google

agnorum primogenitorum, Iliad. XXIII. (α) Sed & de centenario numero olim controverſum addit EUSTATHIUS, (β) dicens fuiſſe, qui cenſuere ἑκατόμβην conſtitiſſe ex viginti quinque quadrupedibus, quæ efficiunt ἑκατὸν βάσεις ἢ πόδας, *centum gradus vel pedes;* alios accepiſſe ἀορίστως ἀντὶ πολλῶν ζώων, *indefinite pro multis animalibus.* At enim illius aliquam habitam rationem, notat ἑκατόμβη illa Neſtoris *Odyſ.* III, (γ) ubi *quater mille quingenti boves Neptuno immolantur a Pyliis.* Teſtatur & ipſa ἑκατόμβης origo, quam a Laconibus repetit STRABO, (δ) qui cum olim centum urbes habitarent, centenos quotannis boves immolabant; atque ita narrat, *Luſitanos victimarum centurias quotannis ritu Græco inſtituiſſe, lib.* III. (ε)

§. VII. Cæterum *ſacrificari* victimæ ſolebant *editioribus locis*, quos βωμοὺς, *aras* HOMERUS vocat: Latini *altaria*, quaſi *altas areas* inde dixerunt. Eorum *ſitus* præcipue fuit *in templis*, ubi religioſius ad Deorum ſimulacra appoſita faciebant. *In littore* etiam *maris*

(α) v. 864. (β) *l. c. p.* 49. *lin.* 12. (γ) v. 5. *ſeqq.* (δ) *lib.* VIII. *pag.* 362. *D.* (ε) *pag.* 155. *A.*

Digitized by Google

maris ſtructum altare, *Hymno in Apollinem.* (α) *Apud naves* quoque erant Græcorum altaria in obſidione Trojana, *Iliad.* XI. (β) Sic Argonautæ apud APOLLONIUM (γ) βωμὸν ἀνασήσαντες ἐπάκτιον, *erigentes aram in littore.* Quod de more faciebant, qui navigaturi Neptuno ſupplicabant. Sæpe etiam *in præruptis montibus* poſita altaria; quod Anchiſes pollicetur Veneri in *Hymno.* (δ) Frequenter quoque *in lucis*, *agris ſacris*, atque *apud fontes.* Tale ad fontem vicinum urbi Ithacenſium, ubi *viatores Nymphis ſacrificabant*, *Odyſ.* XVII. (ε) Itemque ad Sperchii ſcaturiginem τέμενος. βωμός τε θυήεις *templum & ara ſacrificiis redolens*, ubi *Peleus voverat ſe oblaturum hecatomben*, *Iliad.* XXIII. (ζ) Ea fecerunt Ithacenſes

Ἄλσος ὑπὸ σκιερὸν ἑκατηβόλου Ἀπόλλωνος.
Nemore ſub umbroſo Apollinis longe jaculantis.

Odyſ. XX. (η) Et Achivi *Iliad.* II (θ).

- περὶ κρήνην ἱερὺς κατὰ βωμούς.
- *circa fontem ad aras ſacras.*

Et ſacra adeo Hiſtoria teſtatur fuiſſe

 morem

(α) v. 490. (β) v. 807. (γ) *Argon. libr.* II. v. 691. (δ) v. 100. *ſeq.* (ε) v. 211. (ζ) v. 148. (η) v. 278. (θ) v. 305.

Digitized by Google

morem gentium, *adolere incenſum ſuper lucis ac ligno nemoroſo*, *lib.* II *Regum*, *cap.* XVII. (α)

§. VIII. Sed & *in privatis ædibus* extructa erant *altaria*, quibus victimas mactabant. Quo in genere potiſſimum celebrata ara Διὸς Ἑρκείου, *Jovis Hercei*; de qua *Odyſ.* XXII. (β) EUSTATHIUS (γ) ait extitiſſe extra αὐλὴν, *ſub dio.* POLLUX (δ) in medio domus, cui concinit VIRGILIUS *Æneid.* II: (ε)

> *Sedibus in mediis, nudoque ſub ætheris axe*
> *Ingens ara fuit,* - - -

Ad quam Hecuba cum natis confugerat; & ipſe Priamus tandem occiſus. Quod EURIPIDES *Troadibus* (ζ) ait factum ad aram Jovis Hercei. ATHENÆUS etiam *lib.* V (η) dicit, αὐλὴν *vocari* HOMERO *locum ſubdivalem*, *ubi ara Jovis Hercei.* Eoque refert, quod ille canit *Iliad.* XI, (θ) Peleum deprehenſum ſacrificantem αὐλῆς ἐν χόρτῳ, *intra ſeptum aulæ.* Eumæus vero etiam ſuem immolavit ἐπ' ἐσχάρῃ *ſuper altari*, *Odyſ.* XIV. (ι) Ad quam in regia Phæacum quoque

(α) v. 9. *ſeqq.* (β) v. 334. (γ) *ad l. c. p.* 1930. *l.* 26. (δ) *vid. not. noſtr.* (ε) v. 512. (ζ) v. 17. (η) *p.* 189. *F.* (θ) v. 773. (ι) v. 420.

quoque ſupplex conſedit Ulyſſes *Odyſ.* VII; (α) ut multi cenſeant, ibidem aram de more in foco ſitam. Atque adeo paſſim videre eſt victimas mactatas a privatis hominibus intra parietes privatos. Quod cum PLATONI minus placeret, *lib.* X. *de Leg.* (β) inde ſuſtulit ἱερὰ θεῶν *ſacra Deorum*, publice quemque jubens ſacrificare, hoſtia tradita ſacerdoti; ut cum eo ſimul vota preceſque concipiantur. Id vero apud Perſas fuiſſe perpetuum, teſtis eſt HERODOTUS *Clio*, (γ) ut ſine Magis non facerent rem ſacram, Ἄνευ γὰρ δὴ Μάγου οὔ σφι νόμος ἐστὶ θυσίας ποιέεσθαι. *Abſque Mago non illis fas eſt ſacra facere.* Sic DIODORUS SICULUS *lib.* V, (δ) de Gallis: Ἔθος δ' αὐτοῖς ἐστὶ μηδένα θυσίαν ποιεῖν ἄνευ φιλοσόφου. *Mos autem eſt illis ſacra non facere abſque Philoſopho.*

(α) ℣. 153. (β) *Tom.* II *opp. p.* 910. (γ) *ſ. lib.* I. *c.* 132. *p.* 57. (δ) c. XXXI. *p.* 308.

CAPUT DECIMUM.

De Ritu Sacrificandi.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Indicata hujus Argumenti ſede, recenſentur ritus adhibiti
Ante immolationem, ſcil: Manuum lavatio §. I.
Molarum effuſio §. II.
Circa ipſam mactationem:
Victimæ percuſſio §. III.
Iugulatio §. IV.
Excoriatio §. V.
Coxarum præparatio & oblatio §. VI.
Poſt immolationem:
Carnium aſſatio & comiſſatio §. VII. *quo etiam referuntur*
Feſta Deorum ſolennia §. VIII.

SAcrificandi ritus plene ab HOMERO deſcribitur, *Iliad.* I (α) & II. (β) itemque *Odyſ.* III (γ). & XIV. (δ) Quem ſuo etiam tempore obſervatum, uſu cum Romanis communi, ſcribit DIONYSIUS HALICARNASSEUS, & ſimul ex citatis HOMERI locis demonſtrat *Antiq. Rom. lib.* VII. (ε) Nos ejus veſtigiis inſiſtentes, ſingulas ſacrificii partes ordine referemus.

§. I. Prin-

(α) ϛ. 448. *ſeq.* (β) ϛ. 420. *ſeqq.* (γ) ϛ. 436. *ſeqq.* (δ) ϛ. 419. *ſeqq.* (ε) *p.* 478. *ſeq.*

Digitized by Google

§. I. Principio *lavabant manus*, ut in omni officio ſacro; quod χερνίψασθαι HOMERUS appellat. (α) Sic & LYSIAS (β) ἐχερνίψαντο ἐκ τῆς ἱερᾶς χέρνιβος, *lavabant manus ex lebete ſacro.* In eum uſum habebant aquam lebete paratam *Odyſ.* III: (γ)

> Χέρνιβα δέ σφ' Ἄρητος ἐν ἀνθεμόεντι λέβητι
> Ἤλυθεν ἐκ θαλάμοιο φέρων. - -
>
> *Aquam vero ipſis Aretus in florido lebete*
> *Venit ex thalamo ferens.* - -

Imo & χέρνιβα *lebetem* poſitum *in templorum veſtibulis* ἐν προτεμενίσμασι, ait SYNESIUS. (δ) Ac in limine collocatus ſacerdos, *qui ramo felicis olivæ introëuntes adſpergeret*, ut eſt apud SOZOMENUM (ε) θαλλοὺς τινὰς διαβρόχους κατέχων, νόμῳ ἑλληνικῷ περιέρραινε τοὺς εἰσιόντας. *Ramos quosdam uvidos continens, ſecundum Græcorum legem adſpergebat introëuntes.* Parabatur autem aqua hæc luſtralis, intincto titione ardente ab ara deſumpto. ATHENÆUS *lib.* IX: (ζ) Ἔστι δὲ (χέρνιψ) ὕδωρ εἰς ὃ ἀπέβαπτον δαλὸν ἐκ τοῦ βωμοῦ λαμβάνοντες, ἐφ' οὗ τὴν θυσίαν ἐπετέλουν· καὶ τούτῳ περιρραίνοντες τοὺς παρόντας ἥγνιζον. *Eſt*

(α) *loca vid. ſupr. ad cap.* VI. *p.* 38. *ſeq.* (β) *Or.* V. *pag.* 79. (γ) v. 440. *ſeq.* (δ) *vid. not.* (ε) *Hiſt. Eccleſ. lib.* VI *c.* V. *pag.* 644. *D.* (ζ) *p.* 409. *B.*

Digitized by Google

autem etiam χέρνιψ *aqua, in quam titionem ex ara ſumptum tingebant, & quam ad perficiendum ſacrum adhibebant; aqua illa conſperſos purificabant eos, qui aderant.* Exemplum apud EURIPIDEM *Hercule Furente:* (α)

Μέλλων δὲ δαλὸν χειρὶ δεξιᾷ φέρειν
Εἰς χέρνιβ' βάψειν ὡς Ἀλκμήνης γόνος.

Cumque jam torrem laturus eſſet dextra,
Ut in aquam luſtralem intingeret Alcmenæ
filius.

§. II. Deinde *molæ* ſalſæ e caniſtro in victimæ caput ac tergum *effundebantur*, quod proprie Latinis *immolare;* HOMERUS: (β)

Χερνίψαντο τ' ἔπειτα καὶ οὐλοχύτας ἀνέλοντο.

-Deinde lavarunt manus, & molas ſumſerunt.

Addebant pilos e victimæ fronte exſectos, conjiciebant in ignem prima, ut ait HOMERUS, libamina *Odyſ.* III: (δ)

Χέρνιβά τ' οὐλοχύτας τε κατήρχετο· πολλὰ δ' Ἀθήνῃ
Εὔχετ' ἀπαρχόμενος, κεφαλῆς τρίχας ἐν πυρὶ βάλλων.

Aquam-

(α) ᾧ. 928. (β) *Iliad.* I. ᾧ. 449. (γ) ᾧ. 445.

Aquamque molasque præcepit: multaque Minervæ
Vovebat incipiens, capitis pilos in ignem injiciens.

Similiter *Odyſ.* XIV. (α)

Ἀλλ' ὅγ' ἀπαρχόμενος, κεφαλῆς τρίχας ἐν πυρὶ βάλλεν,
Ἀργιόδοντος ὑὸς, καὶ ἐπεύχετο πᾶσι θεοῖσι.

Sed is primitias carpens, capitis pilos in ignem jecit
Albidentis ſuis, & precatus eſt omnes deos.

Preces hic factæ, ſine quibus non conſtabat ſacrificium, teſte Plinio *lib.* XXVIII. *cap.* I. (β) Petebant vero ea pro quibus ſacrificium potiſſimum offerebant, uti Chryſes pro peſtis amolitione *Iliad.* I. (γ) Eumæus pro reditu Ulyſſis *Odyſ.* XIV. (δ)

§. III. Exin ad mactationem ſe conferebant. Ac primo quidem *victimam* ſecuri *percutiebant Odyſ.* III. (ε)

- Πέλεκυς δ' ἀπέκοψε τένοντας
Αὐχενίους, λῦσεν δὲ βοὸς μένος. -
- *Securis vero abſcidit nervos*
Cervicales, ſolvitque bovis robur. -

(α) ℣. 422. (β) *Tom.* III *p.* 161. (γ) ℣. 456. (δ) ℣. 456. (ε) ℣. 424.

At Eumæus uſus in hanc rem ſtipite querno, (α)

Κόψε δ' ἀνασχόμενος σχίζῃ δρυὸς, ἣν λίπε κείων.

Percuſſit autem in altum tollens ſegmine quercus quod liquerat ſecans.

Morem hunc Cappadociæ patrium ſcribit STRABO *lib.* XV; (β) ut non cultro, ſed ſtipite mactentur, tanquam malleo verberantes. Idem adhibitus apud SUETONIUM *Caligula cap.* XXXII.

§. IV. Percuſſæ deinde victimæ *jugulum* cultro ſuppoſito *inſecabant*, *Iliad.* I. (γ) αὖ ἔρυσαν μὲν πρῶτα καὶ ἔσφαξαν. *In altum levarunt primo & mactarunt. Odyſſ.* III: (δ)

Οἱ μὲν ἔπειτ' ἀνελόντες ἀπὸ χθονὸς εὐρυοδείης,
Ἔσχον· ἀτὰρ σφάξεν Πεισίστρατος ὄρχαμος ἀνδρῶν.

Hi quidem poſtea tollentes ab lata terra
Tenebant: ſed mactavit Piſiſtratus princeps virorum.

Fiebat hoc μαχαίρᾳ enſe, *Hymno in Apollinem:* (ε)

Δεξιτερῇ μάλ' ἕκαστος ἔχων ἐν χειρὶ μάχαιραν
Σφάζειν αἰεὶ μῆλα· - - -

Dextra

(α) *Odyſſ* XIV. v. 425. (β) *p.* 733. *A.* (γ) v. 459. (δ) v. 453. *ſeq.* (ε) v. 535. *ſeq.*

Digitized by Google

Dextra præſertim quiſque teneat in manu macharam
Ad mactandas ſemper oves. - -

PAUSANIAS *Meſſenicis*: (α) Μαχαίραις τε αἷς αἱ γυναῖκες τὰ ἱερὰ ἔθυον. *Et machæris, quibus mulieres ſacra mactabant.* Eaque ſimul cum ὀλοχύταις *molis*, aliiſque rebus ſacro uſui deſtinatis, ferebantur caniſtro, ut docet ARISTOPHANES *Pace*. (β) Sed enim in jugulatione peculiariter notandum, quod monet SCHOLIASTES HOMERI, (γ) ſolitos αὖ ἐρύσαι *retrorſum inflectere cervicem victimæ*, εἰς τοὐπίσω ἀνακλάσαι τὸν τράχηλον τοῦ θυομένου ἱερείου, ὡς προτέχειν εἰς οὐρανὸν τοῖς θεοῖς, οἷς καὶ ἐθύοντο, ὡς καὶ αὐτῶν ὄντων ἐν τῷ οὐρανῷ· *ut cælum intendentes deos aſſequerentur, quibus etiam ſacrificabantur, quandoquidem & illi in cælo commorantur; at contra heroïbus, ut defunctis* ἔντομα ἔθυον ἀποβλέποντα κάτω εἰς γῆν· quod connotat APOLLONII INTERPRES *in libr.* I. *Argon.* (δ) Cæterum ſanguis in *vas* quoddam recipiebatur, quod ἄμνιον vocat HOMERUS *Odyſ.* III. (ε)

- - Περσεὺς δ' ἄμνιον εἶχε.
- - *Perſeus vero habebat receptaculum ſanguinis.*

SCHO-

(α) *s. lib.* IV. *c.* 17. *pag.* 320. (β) ℣. 256. (γ) *ad Iliad.* I. ℣. 459. (δ) *ad* ℣. 587. (ε) ℣. 444.

SCHOLIASTES: (α) ἀγγεῖον ὅπȣ τὸ αἷμα τοῦ ἱερείȣ δέχονται. *Vas, quo ſanguinem victimæ excipiunt.* Attici σφάγιοι vocant.

§. V. Jugulatas victimas *excoriabant*; tum *in partes diſcindebant*; *coxas* exemptas omento *cooperiebant*, iisque *crudas particulas* ex omnibus membris decisas *imponebant*, quod ὠμοθετεῖν *cruda imponere* vocat HOMERUS *Iliad.* I: (β)

- - - ἔσφαξαν καὶ ἔδειραν
Μηρȣς τ' ἐξέταμον, κατά τε κνίσσῃ ἐκάλυψαν,
Δίπτυχα ποιήσαντες, ἐπ' αὐτῶν δ' ὠμοθέτησαν.

- - - *mactarunt, & pellem detraxerunt,*
Femoraque exſecuerunt, & adipe cooperuerunt
Duplicata, iisque fruſta cruda impoſuerunt.

Et *Odyſ.* XIV: (γ)

Αἶψα δέ μιν διέχευαν· ὁ δ' ὠμοθετεῖτο συβώτης,
Πάντοθεν ἀρχόμενος μελέων, ἐς πίονα δημόν.
Subito autem eum diviſerunt: ſed cruda poſuit ſubulcus
Undique incipiens membratim, ad pinguem adipem.

§. VI.

(α) *ad l. m. cit.* (β) v. 459. *ſeqq.* (γ) v. 427. *ſeq.*

Digitized by Google

§. VI. *Coxæ* hunc in modum adipe & variis particulis, tanquam primitiis ex univerſo animali, contectis, *igne imponebantur adolendæ*, deſperſa farina. *Odyſ.* XIV: (α)

Καὶ τὰ μὲν ἐν πυρὶ βάλλε, καλύψας ἀλφίτου
ἀκτῇ.

Et iſta quidem jecit in ignem obtegens
farina.

Superfundebantur coxis *libamenta* e vino *Iliad.* I. (β)

Καῖε δ' ἐπὶ σχίζῃς ὁ γέρων, ἐπὶ δ' αἴθοπα οἶνον
Λεῖβε. - - - -

Cremabat vero in lignis multifidis ſenex,
ſuper autem nigrum vinum
Libabat, - - - -

Et *Iliad.* XI, (γ) de Peleo ſacrificante:

- - - ἔχε δὲ χρύσειον ἄλεισον,
Σπένδων αἴθοπα οἶνον ἐπ' αἰθομένοις ἱεροῖσι.

- - - *tenebatque aureum poculum,*
Libans nigrum vinum ſuper ardentia ſacrificia.

Ita *coxæ* præcipue ex omni victima Diis *offerebantur.* Unde frequentiſſime illud ab HOMERO ad notandum ſacrificium

(α) ℣. 429. *coll. not. noſtr.* (β) ℣. 462. (γ) ℣. 773. *ſeq.*

cium uſurpatum, πίονα μηρία καίειν *pingues coxas cremare.* Sic apud THEOCRITUM *Idyl.* XVII: (α)

Πολλὰ δὲ πανθέντα βοῶν ἐπὶ μηρία καίειν.

Multa vero boum incendit pinguia exta.

Et BACCHYLIDES: (β)

Δαιδαλέων τ' ἐπὶ βωμῶν θεοῖσιν αἴθεται βοῶν
Φλογὶ μηρία. - - - -

Et in altaribus artificioſis comburit boum
Coxas flamma. - - - -

Certe hunc morem Græcis fuiſſe peculiarem liquido teſtatur PAUSANIAS *Atticis*: (γ) Τὰς μηρὰς κατὰ νόμον ἐκτεμὼν, τῶν Ἑλλήνων, ἐς αὐτὰς καιομένας ὁρᾷ. *Succiſa græco ritu femora dum torrentur, intuetur.*

§. VII. Porro cæteræ *partes victimæ* ab iis diſciſſæ *aſſabantur* verubus ac *in convivio manducabantur. Iliad.* I: (δ)

Αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ μῆρ' ἐκάη, καὶ σπλάγχν' ἐπάσαντο,
Μίστυλλόν τ' ἄρα τἄλλα καὶ ἀμφ' ὀβελοῖσιν ἔπειραν,
Ὤπτησάν τε περιφραδέως, ἐρύσαντό τε πάντα·
Αὐτὰρ ἐπεὶ παύσαντο πόνε, τετύκοντό τε δαῖτα
Δαίνυντ': ἐδέ τι θυμὸς ἐδεύετο δαιτὸς ἐΐσης.

Sed poſtquam femora exuſta fuerunt & viſcera guſtarant, *Minu-*

(α) v. 126. (β) *in Paan. vid. Lyric. fragment. p.* 200. v. 8. (γ) *s. libr.* I. *c.* 24. *p.* 56. (δ) v. 464. *ſeqq.*

Minutatim ſecuerunt cætera, & verubus transfixerunt,
Aſſaruntque ſcite, detraxeruntque omnia.
Ceterum ubi ceſſarunt ab opere appararuntque convivium,
Epulabantur: neque quicquam animus indiguit cibo æquali.

Ita etiam factum *Odyſ.* XIV. (α) niſi quod ſingulari ritu ſeptem diſpoſitæ portiones, quarum una Nymphis oblata, altera Mercurio; reliquæ ſingulis tributæ. Ita Deos, conviviorum in ſacrificiis participes credebant. Quod multis locis teſtatum facit HOMERUS, nominatim *Iliad.* I. (β) ubi *Jupiter* dicitur *iviſſe convivatum ad ſacrificia Æthiopum, comitatus ceteris Diis.* Ex quo ritu & menſæ antiquitus in Græciæ templis ad ſimulacra diſpoſitæ, quibus varia fercula Diis ſuis apponebant. Maximam tamen victimæ partem ſibi aſſervabant, genialiter cibo potuque indulgentes. Unde ATHENÆUS (γ) refert: μέθην *temulentiam* ARISTOTELI dictam, quaſi ſit μετὰ τὸ θύειν, *poſt peractum ſacrificium.* Quod conſentaneum dicto EPICHARMI: (δ) Ἐκ μὲν θυσίας θοίνη, ἐκ θοίνης πόσις ἐγένετο,

(α) v. 75. *ſeqq.* (β) v. 423. *ſeq.* (γ) *lib.* II. *pag.* 40. *D.* (δ) vid. not.

νετο, ἐκ δὲ πόσιος κῶμος. *Sacrificium excipere ſolebat convivium, convivium compotatio, compotationem luxuria.*

§. VIII. Id præcipue fiebat in *ſolemnibus* Deorum *Feſtis*, quæ inſtituta a priſcis ait ATHENÆUS *lib.* VIII, (α) ut recreationem aliquam homines haberent; ſed ſimul luxuriam refrenarent, Deos veriti convivas. PLATO quoque *lib.* II. *de Leg.* (β) cenſet, *Deos laborioſam mortalium vitam miſeratos, in laborum remiſſionem ſolemnia ſacra feſtaque inſtituiſſe: quin etiam Muſas & Apollinem Bacchumque dediſſe* ξυνεορταστὰς, ἵν' ἐπανορθῶνται τὰς γενομένας τροφὰς ἐν ταῖς ἑορταῖς μετὰ Θεῶν, *quaſi feſtivitatum præſides, ut hominum animi feſtivis illis dapibus recreentur.* Cæterum uſque adeo a rebus laborioſis abſtinebant in Feſtis, ut Antinöus *Odyſ.* XXI (γ) pronunciet, *ne arcum quidem tendendum, quia Apollini feſtus ſit dies:*

Τίς δέ κε τόξα τιταίνοιτ', ἀλλὰ ἕκηλοι
Κάτθετ' - - - -

Ὡς τῆς ἑορτῆς ἀργίαν ἐθελούσης, *ſcilicet feſtivum otium expetentis*, inquit EUSTATHIUS. (δ) Inde illud παροιμιῶδες *dictum proverbiale* THEOCRITI in *Bucolicis:* (ε) Ἀεργοῖς αἰὲν ἑορτά,

Iner-

(α) *p.* 363. *D.* (β) *Tom.* III *opp. p.* 653. (γ) v. 259. (δ) *p.* 1908. *lin.* 30. (ε) *s. Idyll. XV.* v. 26.

Digitized by Google

Inertibus ſemper feſtum. Cum autem diverſis temporibus feſtivitates hæ celebrabantur, tum maxime poſt meſſem: uti videre eſt *Iliad.* IX, (α) ubi *Minerva irata* dicitur, *quod ei non ſacrificarat Oeneus* θαλύσια γουνῷ ἀλωῆς, *ſacra poſt fruges comportatas in fœcundo loco agri, reliquis diis epulantibus hecatombas.* SCHOLIASTES: (β) Τὰς ὑπὲρ εὐθαλείας καὶ εὐφορίας τῶν καρπῶν διδομένας θυσίας, μετὰ τὴν συγκομιδὴν τῶν καρπῶν, τοῖς τε ἄλλοις, καὶ τῇ Δήμητρι. *Poſt meſſem factam pro frugali & læto terræ munere, ſacrificia oblata, tum aliis diis, tum etiam Cereri.* Cereri potiſſimum velut Deæ frugum hoc factum, ut conſtat ex THEOCRITO. (γ)

Atque hæc de univerſo ſacrificiorum ritu dicta ſufficiant. Quæ enim ad ſingularia Deorum ſacra pertinent infinita ſunt, nec ab HOMERO attinguntur, quem in hac commentatione ducem inſequimur.

✵ ✵ ✵ ✵
✵ ✵ ✵
✵ ✵
✵

(α) v. 530. (β) *ad l. cit.* (γ) *Idyll.* VII. v. 3. *coll.* v. 32. & *Schol. ad voc.* θαλύσια.

Digitized by Google

CAPUT UNDECIMUM.

De Donariis.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Donariorum ſpecies:
Coronæ §. I.
Veſtes §. II.
Vaſa §. III.
Spolia bellica §. IV.
Conſecratio §. V.
Opulentia §. VI.

§. I.

SUperſunt in Deorum cultu *donaria* variaque munera, quæ iis dedicabant. *In his* primo loco apud POLLUCEM (α) cenſentur στέφανοι *coronæ*; quarum *antiquitus nulla niſi Deo dabatur*, ait PLINIUS *Hiſtor. Natur. lib.* XVI. *cap.* IV. (β) His ornaſſe ſe templum *Apollinis* dicit *Chryſes Iliad.* I: (γ)

- εἴ ποτέ τοι χαρίεντ' ἐπὶ νηὸν ἔρεψα,
- *ſi quando tuo venuſto templo tectum impoſui.*

SCHOLIASTES: (δ) ἐστεφάνωσα *coronavi*: eodemque modo interpretatur LUCIANUS *de Sacrif.* (ε) Ἐγὼ μὲν σοῦ τὸν νεὼν τέως ἀστεφάνωτον

(α) *lib. I. c. I. §.28. p.20.* (β) *Tom. II. p. 225.* (γ) *v. 39.* (δ) *ad l. m. cit.* (ε) *Tom. I opp. p. 363.*

Digitized by Google

φάνωτον ὄντα πολλάκις ἐστεφάνωσα. *Ego tuum templum cum id temporis non eſſet coronatum, ſæpe coronavi;* quamobrem idem dictus: (α)

Στέμματ' ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος.
Infulam manibus tenens longe jaculantis Apollinis.

Quam quidem SCHOLIASTA (β) cenſet *conſtitiſſe e lauro, arbore ei ſacra.* Sic *Baccho* ſolitæ fieri coronæ ex hedera, quem inde κισσοκόμην *hedera coronatum* HOMERUS appellat in *Hymno.* (γ) *Jovi* e quercu; (δ) *Minervæ* ex olea. (ε) Ac de his forte accipiendum, quod ipſa dicit in *Batrachomyomachia:* (ζ) *mures* στέμματα, *munera coronata ſua corrodendo læſiſſe.*

§. II. Succedunt *veſtes*, quas maxime pretioſas Diis appendebant. Factum ab Ægyſtho *Odyſ.* III: (η)

Πολλὰ δ' ἀγάλματ' ἀνῆψεν, ὑφάσματά τε, χρυσόν τε,
Multaque donaria ſuſpendit, & textilia, & aurum.

Sic Trojanæ mulieres *Iliad.* VI (θ) peplum Minervæ obtulerunt. *Eidem peplum ab Athenienſibus quarto quoque anno*

 in

(α) *Iliad. I.* v. 14. (β) *ad h. l.* (γ) *in Bacch. II.* v. 1. (δ) *loca vid. in not.* (ε) *ibidem quæras.* (ζ) v. 179. (η) v. 274. (θ) v. 301. *ſq.*

in Panathenæorum feſto apparabatur, in quo pictus Enceladus gigas, a Dea interfectus, & nomina eorum qui ſtrenue in bellis ſe geſſiſſent, ut liquet ex SUIDA. (α) Simile *in foro Eleorum e ſedecim mulieribus contextum in honorem Junonis* tradit PAUSANIAS. (β) Atque huc pertinet illa PLATONIS (γ) ſanctio: *in delubris communibus tectio ne operoſius, quam mulieris opus menſtruum*, ut refert ex eo CICERO *lib.* II. *de Leg.* (δ) In ſimulacrorum præcipue uſum hæc conſtat dedicata, quæ veſtire antiqui moris. *Fiudebant autem ejusmodi veſtes, ne rapacibus manibus eſſent obnoxiæ*, ut obſervat HESYCHIUS: (ε) Οἱ ἀναπθέντες ἱμάτια κατέχιζον αὐτὰ, ἵνα μὴ ἀρθῶσι παρά τινῶν.

§. III. Maximam partem ἀγαλμάτων *donariorum* conſtituebant *vaſa* aurea, ænea, argentea, ferrea & id genus alia. In quibus celebrati potiſſimum tripodes: & quidem in Apollinis maxime honorem, ut conſtat ex Delphico templo, de quo HOMERUS *in Hymno Mercurii*: (ζ)

Ἔνθεν

(α) *in Voc.* πέπλος. (β) *Eliac. prior. s. lib. V. c.* 16. *p.* 417. (γ) *lib. XII de Leg. Tom. II opp. p.* 956. *A.* (δ) *cap. XVIII. Vol. IX opp. p.* 3370. (ε) *Vid. not.* (ζ) *V.* 179. *ſeq.*

Ἔνθεν ἅλις τρίποδας περικαλλέας ἠδὲ λέβητας
Πορθήσω, καὶ χρυσὸν, ἅλις τ᾽ αἴθωνα σίδηρον,
Καὶ πολλὴν ἐσθῆτα· - - -

Hinc affatim tripodes perpulcros & lebetes
Populabor, & aurum, affatimque ſplendidum ferrum,
Et multas veſtes. - - -

Conſecrabantur præcipue ab iis, qui victores obtinuerant præmia in ludis; ut *in certamine Triopii Apollinis* docet HERODOTUS *Clio.* (α) Quos inde χορηγικοὺς τρίποδας, *tripodes ſcenicos* vocarunt.

§. IV. Sed enim victores quoque ſoliti *detracta hoſtibus ſpolia* Diis ſimilem in modum appendere. Ita Ulyſſes ablata Doloni arma Minervæ Ληΐτιδι cum ſolenni precatione dicavit *lib.* X *Iliados.* (β) Hector etiam vovet, ſe ſuperiorem in certamine, hoſtis arma in templo Apollinis appenſurum: (γ)

Καὶ κρεμόω ποτὶ νηὸν Ἀπόλλωνος ἑκάτοιο,

Et ſuspendam ad templum Apollinis longe jaculantis.

In eundem modum Timoleon arma Carthaginenſibus exuta in templis Corinthiorum conſecravit, auctore in *ejus Vita* PLUTARCHO. (δ) Phocæenſes dimi-

(α) *ſ. lib. I. c.* 144. *p.* 91. (β) ℣. 460. *ſeq.* (γ) *Iliad. VII.* ℣. 83. (δ) *Tom. I opp. p.* 250. *E.*

dimidium hoſtilium ſcutorum apud Abas, alterum apud Delphos dedicarunt, ut narrat HERODOTUS *Urania.* (α) Nec diſſimili ritu ille Goliathi Palæſtini a Davide interfecti gladius in ſacro tabernaculo fuit repoſitus *lib.* I *Samuel. cap.* XXI. (β) Alioqui frequentius decimam partem argenti, ex hoſtilibus ſpoliis confecti, Diis ſacrabant. Cujus moris infinita exempla in Græca, atque adeo Romana extant hiſtoria.

§. V. *Solebant* autem *elogia inſcribere donariis* qui dedicabant, ut antiquiſſima docent monumenta, quæ collegit ex univerſa Græcia PAUSANIAS. (γ) PHANIAS quoque *lib. de Tyrannis Siciliæ,* (δ) *Pugionem* narrat *dicatum in templo Pythii, cui inſcriptum tetraſticho, geſtaſſe olim Antenoridem Ilio obſeſſo,* addit etiam *tripodem extitiſſe, cui Diomedes inſcripſerat: ſe dicaſſe præmium ab Achille acceptum in ludis funebribus Patrocli.*

§. VI. Hinc ingentes illæ antiquorum templorum *divitiæ,* quas paſſim laudant Scriptores. Apollinis præ-

(α) *s. lib. VIII. c. 28. p. 472.* (β) *v. 9.* (γ) *Vid. not.* (δ) *conſule not. noſtr.*

præſertim apud Delphos, cujus fanum omnium pene gentium muneribus fuit decoratum. In quibus primas obtinuit Gyges Lydiæ rex, & qui ei ſucceſſit Crœſus, uti narrat PHANIAS ERESIUS (α) & THEOPOMPUS *lib.* XLVIII. *Philippicorum.* (β) Et illum quidem affirmant fuiſſe primum, qui donaria aurea ac argentea Delphis dedicavit, cum antea tantum eſſent ex ære; nec quidem ſtatuæ, ſed lebetes ac tripodes. Sed enim HOMERI ſeculo etiam magna erat Delphici templi opulentia, adeo ut hoc Achilles inter pretioſiſſima quæque ab Agamemnone oblata ac a ſe repudiata ponat:

- ὅσα λάϊνος οὐδὸς ἀφήτορος ἐντὸς ἐέργει
Φοίβου Ἀπόλλωνος Πυθοῖ ἔνι πετρηέσσῃ.

- *quantas lapideum limen jaculatoris intus continet*
Phœbi Apollinis in Pytho ſaxoſa.

Iliad. IX. (γ)

F 4 CAPUT

(α) *Vid. not.* (β) *ibid.* (γ) *V.* 404.

CAPUT DUODECIMUM.

De Cultu Heroum mortuorum, atque adeo omnium Inferorum.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Differentia inter cultum Deorum & Heroum §. I.
Hujus cultus Subjectum §. II.
Ritus varii, ſcil: Libatio §. III.
Victimarum jugulatio & combuſtio §. IV.
Munerum in pyram collatio §. V.
Tumulorum & altarium extructio §. VI.

§. I.

HEroës, ut inferiores divinitate ſunt habiti, ita quoque inferiores honores ſortiti, qui ἡρωϊκοὶ dicti. Ac majoribus quidem Diis dicebatur θύειν, heroibus ἐναγίζειν. HERODOTUS *Euterpe*: (*a*) Δοκέουσι δέ μοι οὗτοι ὀρθότατα Ἑλλήνων ποιέειν, οἳ διξὰ Ἡράκλεια ἱδρυσάμενοι ἔκτηνται· καὶ τῷ μὲν ὡς ἀθανάτῳ, Ὀλυμπίῳ δὲ ἐπωνυμίην, θύουσι· τῷ δ' ἑτέρῳ ὡς ἥρωϊ,

(*a*) *ſ. lib. II. cap.* 44. *pag.* 107.

Digitized by Google

ἥρωϊ, ἐναγίζουσι. *Eoque mihi videntur rectiſſime facere Græci, qui biſaria Herculi templa ædificanda colendaque cenſuerunt: uni quidem ut immortali, cognomine Olympio immolantes, alteri vero ut heroi parentantes.* Cui non abſimile, quod a Phæſto refert factum PAUSANIAS *Corinthiacis*: (α) *Hic cum animadverteret Sicyonios Herculi* ὡς ἥρωϊ ἐναγίζοντας *tanquam heroi parentantes, nihil ſimile faciendum cenſuit, ſed* ὡς θεῷ θύειν *tanquam deo ſacrificare. Unde hic mos poſtea apud eos inolevit, ut agnos jugulantes, eorumque ſemora ſuper altari adolentes,* τὰ μὲν ἐσθίουσιν, ὡς ἀπὸ ἱερείου, τὰ δὲ ὡς ἥρωϊ τῶν κρεῶν ἐναγίζουσι. *Illas partes carnis edunt, tanquam a ſacrificio, has vero tanquam heroi offerunt.* Ubi diverſus in ſacrificando ritus aperte connotatur. Alium quoque non procul ab hoc loco (β) IDEM AUCTOR indicat: Τῷ δὲ Ἀλεξάτορι καὶ Εὐαμερίωνι, τῷ μὲν, ὡς ἥρωϊ μετὰ ἥλιον δύναντα ἐναγίζουσιν· Εὐαμερίωνι δὲ ὡς θεῷ θύουσιν. *Alexatori vero & Evamerioni, illi poſt ſolis occaſum parentant; Evamerioni vero, ceu Deo ſacrificant.* At HOMERUS *Iliad.* II (γ) ait, *Athenienſes ſolitos*

(α) *ſ. lib.* II. *c.* 10. *p.* 133. (β) *lib. cit. cap.* XI. *pag.* 137. (γ) v. 550. *ſeq.*

Digitized by Google

litos Erechtheum tauris, & agnis in Minervæ templo ſingulis annis placare,

Ἔνθάδε μιν ταύροισι καὶ ἀρνειοῖς ἱλάονται
Κοῦροι Ἀθηναίων, περιτελλομένων ἐνιαυτῶν.

Cujusmodi anniverſaria ſacra Æneas apud VIRGILIUM *lib.* V (α) exhibet Anchiſæ parenti, cæſis victimis, libamentis fuſis, adeoque ludis ſolenni pompa celebratis.

§. II. Sed enim hic honos *mortuis quibusque* hominibus *delatus* a ſuperſtitibus, pro affectu quo ſibi colendos illos ducebant. Amphipolitani Braſidæ defuncto, tanquam heroi τιμὰς δεδώκασιν, ἀγῶνας καὶ ἐτησίους θυσίας, καὶ τὴν ἀποικίαν ὡς οἰκιστῇ προσέθεσαν. *Honores tribuerunt, certamina & anniverſaria ſacrificia, coloniam quoque, velut deductori, adſcripſerunt;* apud THUCYD. *lib.* V. (β) Phigalenſes Oreſthaſiis ὡς ἥρωσιν ἐναγίζουσιν ἀνὰ πᾶν ἔτος *tanquam heroibus quotannis ſacra faciunt*, ait PAUSANIAS *Arcadicis.* (γ) PLATO quoque *lib.* IV. *de Leg.* (δ) in univerſum jubet, τὰς κατ' ἐνιαυτὸν τῶν ἤδη τέλος ἐχόντων ἐπιμελείας τὰς κόσμον φερούσας ἀποδιδόναι *procuratio-*

(α) *v.* 75. *ſeqq.* (β) *pag.* 351. *d.* (γ) *s. libi* VIII. *c.* 41. *p.* 683. (δ) *Tom.* II *opp. p.* 717.

rationes annuas, quæ decent & conſentaneæ ſunt defunctis reddere. Et diſerte IDEM PHILOSOPHUS *lib.* V. *de Repub.* (α) ex HESIODI auctoritate contendit, eos fieri Δαίμονας *Dæmones*, eodemque cum eis ritu colendos, καὶ τὸν λοιπὸν δὴ χρόνον, ὡς δαιμόνων, ὕτω θεραπούσομεν καὶ προσκυνήσομεν αὐτῶν τὰς θήκας. *Reliquum autem tempus eorum ſepulcbra veluti dæmonum colemus & divinis honoribus proſequemur.* Unde Δαίμονος voce expreſſerunt *Deos manes*, quos vocabant Romani; de quibus CICERO (β) ex antiquiſſimis eorum legibus: *Deorum manium jura ſancta ſunto. Hos letho datos divos habento.* Ita divinitatem aliquam animis a corpore ſolutis adſcribebant: quam ſecuta veneratio, aliis majore delata affectu ac ritu, prouti meritis habebantur inſignes.

§. III. In mortuorum ſacris *libationes* principem locum obtinebant; unde & χοαὶ *effuſiones* appellabantur. Illis uſus Ulyſſes *Odyſ.* XI. (γ) facta prius ſcrobe, circa quam mulſum, vinum, aquam, admixta farina diffundit. Solennem ejusmodi ἐναγισμοῦ *expiationis* ritum notat

(α) *Tom. II opp. p.* 469. (β) *lib. II de Leg. c. IX. Vol. IX opp. p.* 3350. (γ) ℣. 26.

tat CLIDAMUS *libro* Ἐξηγητικῶν; (α) ubi *ſcrobs facta veſpertino tempore circa ſepulcrum, & defuſa aqua cum hac loquutione:* Ὑμῖν ἀπόνιμμ' οἷς χρὴ καὶ οἷς θέμις, *Vobis hæc ſacra ſunto, quibus talia* (*offerre*) *opus eſt, & decet; indeque affuſum unguentum.* At vero apud VIRGILIUM Æneas: (β)

Duo rite mero libans Carcheſia Baccho
Fundit humi, duo lacte novo, duo ſanguine ſacro.

Sanguinis magna habita ratio, ad quem bibendum avide convolare animos exſangues putabant, uti videre eſt in tota HOMERI νεκυίᾳ *funerum deſcriptione.* Hinc *parentationes* vocabant Αἱμακουρίας: uti PINDARUS *Olymp. ode* I. (γ) Et ſic ille apud EURIPIDEM *Hecuba:* (δ)

Ἐλθὲ δ' ὡς πίῃς μέλαν
Κόρης ἀκραιφνὲς αἷμ', ὅ σοι δωρούμεθα.
Veni, ut bibas nigrum
Puellæ illibatum ſanguinem, quem tibi damus.

§. IV. Eo fine *cæſæ victimæ*, qualis aries ac ovis nigra mactata Ulyſſi evocanti

(α) *Vid. not.* (β) *lib. V Æneid. v.* 77. (γ) *ſtroph. v.* 5. (δ) *v.* 536.

evocanti mortuorum umbras; itemque ſterilis vacca, quam ſe iis ſacrificaturum vovet. (α) Hinc in funere ſimul *jugulare animalia* erat mos, ut conſtat ex Patrocli, Achillis ac Hectoris apud HOMERUM exſequiis. (β) Qua de re PLATO *Minoë*: (γ) ὥσπερ καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς οἶσθά που καὶ αὐτὸς ἀκούων, οἵοις ἐχρώμεθα νόμοις πρὸ τοῦ περὶ τοὺς ἀποθανόντας, ἱερεῖά τε προσφάττοντες πρὸ τῆς ἐκφορᾶς τοῦ νεκροῦ, καὶ ἐγχυτριστρίας μεταπεμπόμενοι. *Quemadmodum etiam exiſtimo te audiſſe, quibus legibus uteremur ſuperioribus ſeculis in mortuorum parentationibus: in quorum gratiam, cum efferretur cadaver, victimas mactabant majores noſtri & præficas mulieres accerſebant.* Moris autem erat ejusmodi *victimas* jugulatas *comburere*, ut ex locis citatis liquet.

§. V. *In pyram* vero *collata* varia *munera*, quæ notat Ulyſſes, cum ſimul mortuis pollicetur (δ)

- - πυρήν τ' ἐμπλησέμεν ἐσθλῶν.
- - *pyram ſe impleturum eſſe rebus bonis.*

Ita

(α) *Odyſſ. XI.* v. 30. *ſeqq.* (β) *Videſis Iliad. XXIII.* v. 166. *Odyſſ. XXIV.* v. 66. *Iliad. XXIV.* v. 782. (γ) *Tom. II opp. p.* 315. (δ) *Odyſſ. X.* v. 523.

Digitized by Google

Ita in parentatione Anchiſis, Æneæ ſocii (α)

Dona ferunt, onerantque aris, mactantque juvencos.

Et ab eo mos ſimilis venit ad Romanos in anniverſariis parentationibus, quæ menſe Februario peragebantur, uti docet OVIDIUS *lib.* II. *Faſtorum*: (β)

Eſt honor & tumulis, animas placare paternas,
Parvaque in extructas munera ferre pyras.

Ea vero explicans, ſatis ait eſſe, ſi offerantur coronæ, molæ ſalſæ,

Inque mero mollita Ceres violæque ſolutæ.

Græci ſæpius τῶν ὡραίων ἀπαρχὰς *fructuum primitias*, inſignioribus viris offerebant; uti factum a Platæenſibus in eos Lacedæmonios, qui bello Medico occubuerant, apud THUCYD. *lib.* III: (γ) & a Trojanis Achilli apud PHILOSTRATUM *lib.* IV. *de Vit. Apollon.* (δ)

§. VI. Fiebant autem hæc ἐναγίσματα *exequiæ* in *tumulis* ſeu plenis, ſeu inanibus ac honorariis. Ibi heroibus plerumque *aræ ſtructæ*: ut ſepulcro Achillis

(α) *Æneid. V.* ℣. 101. (β) ℣. 533. *ſeq.* & 539. (γ) *pag.* 213. *A.* (δ) *c.* 16. *p.* 153.

Achillis apud PHILOSTRATUM, (α); & Pelopis apud PINDARUM *Olymp.* I. (β) In aliis fovea ſufficiebat. LUCIANUS *Charonte*: (γ) καὶ βόθρον τινὰ ὀρύξαντες, καίουσί τε ταυτὶ τὰ πολυτελῆ δεῖπνα, καὶ εἰς τὰ ὀρύγματα οἶνον καὶ μελίκρατον, ὥς γοῦν εἰκάσαι, ἐγχέουσιν. *Et fovea effoſſa, ſumptuoſas illas exurunt cœnas, & vinum mulſum, quantum ſaltem conjectura aſſequi poſſum, in ipſas foveas infundunt.* Nec abſimilis ritus in Inferorum Deorum ſacris. PHILOSTRATUS *lib.* VI: (δ) Θεοὶ μὲν γὰρ χθόνιοι βόθρους ἀσπάζονται καὶ τὰ ἐν τῇ κοίλῃ γῇ δρώμενα. *Siquidem dii terreſtres foveas amant, & quæ in terræ concavitate fiunt.*

CAPUT

(α) *l. c.* (β) *στρ. ά. v. 8. ſeqq.* (γ) *Tom. I opp. p.* 358. (δ) *cap. II, p.* 249.

Caput Decimum Tertium.

De Religione funerandi.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Mortuorum
Oculi clauſi §. I.
Cadaver lotum ac unctum §. II.
Compoſitum & collocatum §. III.
Luctus ſolennis, cujus Signa, ſcil:
Fletus & lamentatio §. IV.
Coma dempta §. V.
&
Cadaveri injecta §. VI.
Tempus & duratio luctus §. VII.

NOn alienum erit hoc loco ſubjungere ritum, quem in funerandis mortuis Græci obſervarunt; quando in eo non exiguam religionis partem poſuerunt.

§. I. Ac primum quidem obnixe curabant, ut ejus, qui animum agebat *oculi clauderentur*, & os reliquaque corporis decore componerentur. Queritur id ſibi per ſummum ſcelus ab uxore denegatum Agamemnon *Odyſ.* XI: (*α*) - οὐδέ

(*α*) ℣. 424. *ſeq.*

Digitized by Google

- - οὐδέ μοι ἔτλη ἰόντι περ εἰς Ἀΐδαο
Χερσὶ κατ᾽ ὀφθαλμοὺς ἑλέειν, σὺν τε στόμ᾽ ἐρεῖσαι,

- - *neque mihi voluit eunti in Ditis domum*
Manibus oculos comprimere, atque os componere.

Dolet etiam non factum Ulyſſi ab uxore Laërtes, eum exiſtimans peregre obiiſſe *Odyſſ.* XXIV: (α)

- - φίλον πόσιν, ὡς ἐπέοικεν,
Ὀφθαλμοὺς καθελοῦσα· τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων.

(Non ploravit in lectis) dilectum maritum, ſicut decebat,
Oculos claudens: hic enim eſt honos mortuorum.

Alias pater & mater hoc officio functi *Iliad.* XI: (β)

- - Οὐ μὲν σοί γε πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ
Ὄσσε καθαιρήσουσι θανόντι. - -

- - *non quidem tibi pater & veneranda mater*
Oculos compriment mortuo. - -

Sic mater Euryali *Æneid.* IX: (γ)

- - *Nec te, tua funera, mater*
Produxi, preſſive oculos; - -

G Hinc

(α) ℣. 294. *ſeq.* (β) ℣. 452. *ſeq.* (γ) ℣. 486. *ſeq.*

Hinc ille apud LUCANUM *lib.* III. *Pharſal.* (α)

- - Tacito tantum petit oſcula vultu;
Invitatque patris claudenda ad lumina dextram.

Cui conſentanea illa apud EURIPIDEM: (β)

Αἶ αἶ· κατ' ὄσσων κιχάνει μ' ἤδη σκότος.
Λαβοῦ, πάτερ, μου, καὶ κατόρθωσον δέμας.
Heu, heu! oculos jam tenebræ invadunt;
Accipe me pater, & compone corpus.

§. II. Exhalata anima *cadaver lotum ac unctum.* In eum uſum jubet Achilles λοετροχόον τρίποδα *aptum ad lavacra tripodem* ad ignem ſtatui, ut fervente aqua corpus Patrocli ablueretur & inungeretur: (γ)

Καὶ τότε δὴ λοῦσάν τε καὶ ἤλειψαν λίπ' ἐλαίῳ.
Tum ſtatim lavaruntque, & unxerunt pingui oleo.

Idem juſſit ancillas Hectori præſtare;

Δμῳὰς δ' ἐκκαλέσας λοῦσαι κέλετ' ἀμφί τ' ἀλεῖψαι.
Ancillas autem evocatas lavare juſſit, circumque ungere.

Iliad.

(α) ℣. 739. (β) *Hippol.* ℣. 1444. (γ) *Iliad.* XVIII. ℣. 345. *ſeqq.*

Iliad. XXIV. (α) Ipſique adeo Achilli mortuo Græci

- - κάϑηραντες χρόα καλὸν
Ὕδατί τε λιαρῷ, καὶ ἀλείφατι. -
- - purgantes corpus pulchrum
Aqua calida, & ungento. (β) -

Imitatus VIRGILIUS in funere Miſeni, *Æneid.* VI: (γ)

- *corpusque lavant frigentis & ungunt.*

Ubi SERVIUS ex ENNIO: (δ)

Tarquinii corpus bona fœmina lavit & unxit.

§. III. Tum linteo involutum *in lecto ferali deponebant. Iliad.* XVIII: (ε)

Ἐν λεχέεσσι δὲ θέντες, ἑανῷ λιτὶ κάλυψαν
Ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς· καθύπερθε δὲ φάρεϊ λευκῷ.

Inque lectis poſitum, peplo ſubtili texerunt
Ad pedes a capite: deſuper autem, palla candida.

Ubi alba veſtis; qua etiam amictum Arati corpus ex Ægeo in urbem intulerunt Sicyonii, teſte PLUTARCHO. (ζ) Solebant autem in hunc uſum peculiariter texere, uti agit Penelope

G 2 ſua

(α) v. 582. (β) *Odyſſ. XXIV.* v. 44. *ſeq.* (γ) v. 219. (δ) *ad l. c.* (ε) v. 353. (ζ) *in Vit. Arati Tom. I opp. p.* 1051. *E.*

Digitized by Google

ſua illa tantopere laudata tela *Odyſſ.* II: (α)

- - - - εἰσόκε φᾶρος
Ἐκτελέσω Λαέρτῃ ἥρωϊ ταφήϊον,
- - - - *donec textum*
Perfecero Laërti heroi ſepulchrale.

Sic mater illa Euryali *Æneid.* IX: (β)

Veſte tegens: tibi quam noctes feſtina dieſque
Urgebam, & telâ curas ſolabar anileis.

Collocabant in atrio domus, ita ut pedes eſſent in portam verſi. Sic Patroclus in tentorio Achillis (γ)

Κεῖται, ἀνὰ πρόθυρον τετραμμένος· - -
Jacet, in veſtibulum (pedibus) converſis.

Quo ſignificabatur vitæ exitus, ut ait EUSTATHIUS: (δ) οἷα ἔθους ὄντος οὕτω προτίθεσθαι τοὺς νεκροὺς, ὡς ἐπὶ ἐξόδῳ τοῦ βίου γεγονότας, *quare mortuos ita collocare mos erat, utpote qui vitæ exitum aſſecuti ſunt.* HESYCHIUS: (ε) Τοὺς νεκροὺς οὕτω, φασὶν, ἑδράζεσθαι, ἔξω τοὺς πόδας ἔχοντας πρὸς τὰς αὐλείους θύρας. *Mortuos, ajunt, hunc in modum fuiſſe propoſitos, ut ad exteriores aulæ portas pedes haberent protenſos.* Dicebant hæc Græci προτίθεσθαι

(α) ℣. 97. *ſeqq.* (β) ℣. 488. *ſeqq.* (γ) *Iliad. XIX.* ℣. 212. (δ) *ad l. m. cit. pag.* 1180. *l.* 22. *ſeqq.* (ε) *Vid. not.*

Digitized by Google

ἐκτιθέναι collocare, proponere. Uti LUCIANUS de *Luctu*: (α) Μετὰ ταῦτα δὲ, λούσαντες αὐτοὺς - - - καὶ μύρῳ τῷ καλλίστῳ χρίσαντες τὸ σῶμα - - - καὶ στεφανώσαντες τοῖς ὡραίοις ἄνθεσι προτίθενται λαμπρῶς ἀμφιέσαντες. *Poſt hæc lotos eos, - - - optimisque unguentis uncto corpore, - - - tum coronatos pulcherrimis floribus, proponunt ſplendide veſtitos.* PLATO *lib.* XII. *de Leg.* (β) πρόθεσιν vocat, multusque eſt in ea ſtatuenda. Romanis idem fuiſſe in more luculenter teſtatur PERSIUS: (γ)

- - tandemque beatulus alto
Compoſitus lecto, craſſisque lutatus amomis,
In portam rigidos calces extendit.

§. IV. Ita compoſito ac collocato cadavere circumfuſi *ordiebantur ſolennem luctum. Iliad.* XXI: (δ)

- - - οὐδέ σε μήτηρ
Ἐνθεμένη λεχέεσσι γοήσεται, - -

- - - *neque te mater*
Impoſitum lectis deflebit, - -

Odyſſ. XXIV: (ε)

 Κώκυσ

(α) *Tom. II opp. p.* 302. *fin.* (β) *Tom. II opp. pag.* 959. *fin.* (γ) *Sat. III.* v. 103. (δ) v. 123. *ſeq.* (ε) v. 294.

Digitized by Google

Κώκυσ᾽ ἐν λεχέεσσι φίλον πόσιν, - -

Ploravit in lectis dilectum maritum.

Sic & OVIDIUS: (α)

Depoſitum nec me qui fleat, ullus erit.

PHILO JUD. de *Joſepho*: (β) Τελευταίων ἀσπασμάτων ἐκοινώνησα, τοὺς ὀφθαλμοὺς συνέκλεισα, ἐπεδάκρυσα κειμένῳ τῷ νεκρῷ. *Suprema dedi oſcula, clauſi oculos, jacentem mortuum deploravi.* Adhibiti in hanc rem *cantores*, qui lugubri voce aliis præirent. *Iliad.* XXIV: (γ)

- - - Τὸν μὲν ἔπειτα
Τρητοῖς ἐν λεχέεσσι θέσαν, παρὰ δ᾽ εἷσαν ἀοιδοὺς
Θρήνων ἐξάρχους, οἵτε στονόεσσαν ἀοιδὴν,
Οἱ μὲν ἄρ ἐθρήνεον, ἐπὶ δὲ στενάχοντο γυναῖκες.

- - - eum quidem deinde
Tornatos in lectos poſuerunt, juxtaque collocarunt næniæ cantores,
Qui lugubria carmina auſpicarentur, hi quidem gemitibus miſtum cantum
Lugubre canebant, adgemebantque mulieres.

Quod non multum abludit a Præficis Romanorum, quæ *næniam cantabant ad tibiam*

(α) *Triſt. libr. III. Eleg. III.* v. 40. (β) *pag.* 360.
(γ) v. 719.

tibiam, ut ait VARRO. (α) Magnus utique tibiæ in funere uſus, non apud Græcos & Romanos ſolum, ſed & apud Hebræos; uti conſtat ex *Matthæi cap.* IX. (β)

§. V. Ad fletum ac lamentationem accedebant alia complura doloris ſigna, Græcis uſitata. In quibus præcipuum, quod *demebant ſibi comam*, *Odyſſ.* IV: (γ)

Τοῦτό νυ ϗ γέρας οἶον ὀϊζυροῖσι βροτοῖσι
Κείρασθαί τε κόμην, βαλέειν τ' ἀπὸ δάκρυ παρειῶν.

Hic nimirum honos eſt ſolus miſeris mortalibus,
Tonderéque comam, profundereque lachrymas a genis.

Obſervarunt hoc Achivi in Achillis προθέσει *collocatione*; (δ)

- - - Πολλὰ δέ σ' ἀμφὶς
Δάκρυα θερμὰ χέον Δαναοὶ κείροντό τε χαίτας.

- - - *multas autem te circum*
Lacrymas calidas fundebant Danai, tondebantque crines.

 Sic

(α) *de Vit. Pop. Rom. lib.* III. *in fragm. pag.* 65. *ſeq. cit.* a NON. MARCELL. *Cap.* I. §. 340. *apud* DIONYS. GOTHOFRED. *pag.* 521. & *p.* 566. §. 594. (β) v. 23. (γ) v. 197. (δ) *Odyſſ.* XXIV. v. 45. *ſeq.*

Digitized by Google

Sic apud BIONEM in *Adonide mortuo*: (α) *Amores* κειράμενοι χαίτας, *tondentes capillos.* ANTIPATER *in Epigramm.* (β) ait Græciam univerſam lugere Alcæum,

Ἄπλεκτον χαίταν ἐν χροῒ κειραμένα,
Crinibus vagis ad' cutem raſis.

Hinc XENOPHON *lib.* I. *Hellen.* (γ) ait, poſt occiſum Theramenem ſubornatos *homines pullatos*, καὶ ἐν χρῷ κεκαρμένους, ἵνα πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ἥκοιεν ὡς ξυγγενεῖς ὄντες τῶν δὴ ἀπολωλότων, *& ad cutem usque raſos, ut ii tanquam eorum, qui periiſſent propingui, hoc habitu ad populi cœtum accederent.* Atque adeo HERODOTUS (δ) refert, *ſolenne eſſe aliis omnibus*, ἅμα κήδεϊ κείρεσθαι τὰς κεφαλὰς τοὺς μάλιστα ἱκνέεται, *ſtatim in funere proximi capita deglabrare; contra quam factitabant Ægyptii, capillum in funeribus promittentes, raſo duntaxat mento.*

§. VI. Porro *crines* abſciſſos *cadaveri* ſolebant *injicere. Iliad.* XXIII: (ε)

Θριξὶ δὲ πάντα νέκυν καταείνυον, ἃς ἐπέβαλλον
Κειράμενοι. - - - -

Capillis

(α) *ſ. Idyll.* I. ℣. 81. (β) *lib.* III. *p.* 408. *epigram. ult.* ℣. 2. *coll. not. noſtr.* (γ) *p.* 350. *lin.* 9. *ſeqq.* (δ) *Euterp. ſ. lib.* II. *c.* 36. *pag.* 103. (ε) ℣. 135.

Digitized by Google

Capillis vero totum mortuum tegebant, quos injiciebant
Tondentes. - - - - -

Ipſeque Achilles *comam ſuam*, licet Sperchio devotam, *in Patrocli manus depoſuit.* (α) Quem imitatus Alexander Magnus in funere Hephæſtionis, apud PLUTARCHUM; (β) & Antoninus Imperator in fratris exſequiis apud HERODIANUM *lib.* IV. (γ) Quin etiam poſtea conſueverant *in tumulis offerre;* ſicuti EURIPIDIS (δ) Oreſtes noctu ad Agamemnonis patris ſepulcrum κόμης ἀπήρξατο *comæ primitias offerebat;* & (ε) Helena ad ſororis tumulum:

Κόμης ἀπαρχὰς καὶ χοὰς φέρουσα,
Comæ primitias & libamina ferens.

§. VII. *Luctus* illius domeſtici *tempus erat varium ac indefinitum.* In Achille lugendo ſeptem dies Achivi conſumpſerunt, decima octava combuſſerunt. *Odyſſ.* XXIV. (ζ) At Hectoris univerſa funeratio duodecim diebus a Trojanis peracta. (η) Apud

(α) *Iliad.* XXIII. ℣. 152. (β) *in Vit. Alex. Tom.* I *opp. pag.* 704. (γ) *cap.* 8. ℣. 13. *p.* 196. (δ) *Electr.* ℣. 91. (ε) *Oreſt.* ℣. 96. (ζ) ℣. 63. *ſeq.* (η) *Iliad.* XXIV. ℣. 781.

APOLLONIUM *lib.* I. *Argonaut.* (α) tres dies in hanc rem adhibiti:

Ἤματα δὲ τρία πάντα γόων, ἑτέρῳ δέ μιν ἤδη
Τάρχυον μεγαλωστί. - - -

Proinde per tres dies in luctu erant, in ſequenti vero ipſum
Tumulo intulerunt magnifice. - -

At PLATO XII. *de Leg.* (β) ſancit: τριταία πρὸς τὸ μνῆμα ἐκφέρεσθαι νεκρόν, *tertiâ poſt collocationem die funus eſſe efferendum.* Quod & Thracibus in more eſſe ſcribit HERODOTUS *Terpſichore.* (γ)

CAPUT

(α) v. 1057. *coll. not. noſtr.* (β) *Tom.* II *opp. pag.* 959. (γ) *s. lib.* V. *cap.* 8. *pag.* 291.

Digitized by Google

CAPUT DECIMUM QUARTUM.

De Cadaveris combuſtione.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Combuſtionis antiquitas §. I.
Ritus ante combuſtionem
Funus elatum §. II.
Victimæ mactatæ §. III.
Arma &c. in rogum conjecta §. IV.
Homines jugulati §. V
In combuſtione
Suprema compellatio §. VI.
Poſt combuſtionem
Rogus extinctus, oſſa lecta §. VII. *eademque*
In urnam repoſita §. VIII.

§. I.

ANtequam ſepelirent cadaver, in cineres redigere Græcis erat conſuetudo. Hanc illis peculiariter aſſignat LUCIANUS *de Luctu*: (α) Ὁ μὲν Ἕλλην ἔκαυσεν· ὁ δὲ Πέρσης ἔθαψεν· ὁ δὲ Ἰνδὸς ὑάλῳ περιχρίει· ὁ δὲ Σκύθης κατεσθίει, ταριχεύει δὲ ὁ Αἰγύπτιος. *Græcus exurit, Perſa defodit, Indus adipe ſuillo oblinit, Scytha devorat, condit Ægyptius.* Quam-

(α) *Tom.* II *opp. pag.* 300.

Digitized by Google

Quamquam nec ipſa omni tempore, nec ab omnibus obſervata. *Antiquiſſimum humandi ritum* refert CICERO, & jam inde a Cecropis apud Athenienſes temporibus uſitatum *lib.* II. *de Leg.* (α) Ita funeratus apud THUCYDIDEM *lib.* V (β) Braſidas: apud HERODOTUM *Terpſichore*, (γ) Periandri uxor, aliique quos recenſere longum. Ita quoque *ſero apud Romanos receptam cremandi conſuetudinem* tradit PLINIUS *Hiſtor. Natur. lib.* VII. *cap.* LIV. (δ) *nec adeo in multis familiis obtinuiſſe.* Apud HOMERUM tamen *omnia* Græcorum ac Trojanorum *cadavera* videmus *comburi*; uti *Iliados* VII. (ε) omnium vero ampliſſime *lib.* XXIII (ζ) & XXIV, (η) itemque *Odyſſ.* XXIV. (θ) ubi funera Patrocli, Hectoris, & Achillis fuſius deſcribuntur.

§. II. Poſtquam *cadaver* ſatis defleverant, *cum lecto* ſuo in locum, ubi erat comburendum, *efferebant*, & in edita lignorum ſtrue collocabant; πυρὴν *pyram* HOMERUS vocat, quam PINDA-

(α) *c.* XXII. *Vol.* IX *opp. p.* 3377. *coll. c.* XXV. *p.* 3385. (β) *p.* 350. *fin.* (γ) *c.* 92. *p.* 324. *fin.* (δ) *Tom.* I. *p.* 472. *ſeq.* (ε) ℣. 431. *ſeq.* (ζ) ℣. 165. (η) ℣. 787. (θ) ℣. 67.

Digitized by Google

PINDARUS *Pyth. Od.* III, (α) τεῖχος ξύλινον *ſtruem ligneam* dixit, loquens de funeratione Coronidis. *Iliad.* XXIII: (β)

Ποίησαν δὲ πυρὴν ἑκατόμπεδον ἔνθα καὶ ἔνθα,
Ἐν δὲ πυρῇ ὑπάτῃ νεκρὸν θέσαν ἀχνύμενοι κῆρ.
Struxerunt vero pyram centum pedum quaqua verſus,
Et in pyra ſumma cadaver poſuerunt dolentes corde.

Similiter *Iliad.* XXIV: (γ)

- ἐξέφερον θρασὺν Ἕκτορα δακρυχέοντες·
Ἐν δὲ πυρῇ ὑπάτῃ νεκρὸν θέσαν. - -
- *extulerunt audacem Hectora lacrymas fundentes:*
In pyra autem ſumma cadaver poſuerunt;

§. III. Ad pyram *mactatæ* complures *victimæ* ab Achille, *ac combuſtæ;* quod & in ejus exſequiis præſtiterunt Achivi: (δ)

- - - πολλὰ δέ σ' ἀμφὶς
Μῆλα κατεκτάνομεν μάλα πίονα καὶ ἕλικας βοῦς.
- - - *multasque circa te*
Oves occidimus valde pingues & nigras boves.

Sed hoc ſingulare, quod Achilles adipe ex cæſis animalibus ſumpto, cadaver

(α) *Epod.* β. ℣. 1. (β) ℣. 164. (γ) ℣. 786. (δ) *Odyſſ.* XXIV. ℣. 65. *ſeq.*

Digitized by Google

daver Patrocli oblevit, circumquaque excoriata corpora accumulans. Adjecit mellis & olei amphoras quatuor; uti & ipſe combuſtus fuit: (α)

- ἐν τ' ἐσθῆτι θεῶν καὶ ἀλείφατι πολλῷ
Καὶ μέλιτι γλυκερῷ. - - -
- *in veſte deorum, & unguento multo,*
Et melle dulci. - - -

§. IV. *Arma* quoque *in rogum conjecta;* quomodo Achilles Thebarum regem Eetionem a ſe bello interfectum

- - κατέκηε σὺν ἔντεσι δαιδαλέοισιν
- - *combuſſit cum armis artificioſe fabricatis;*

Iliados VI. (β). Et Elpenor perit ab Ulyſſe, ut ſe cum armis comburat *Odyſſ.* XI: (γ)

Ἀλλά με κακκῆαι σὺν τεύχεσιν ἅσσά μοι ἐστιν.
Sed comburas me cum armis, quæ habeo.

Sic apud Virgilium in funere Miſeni: (δ)

- *Decorantque ſuper fulgentibus armis.*

Omninoque *res quævis in vita caræ*, ſimul cum mortuo *cremabantur.* Inde quatuor equi ab Achille in rogum Patrocli

(α) *Odyſſ.* XXIV. v. 67. (β) v. 418. (γ) v. 74.
(δ) *Æneid.* VI. v. 217.

Digitized by Google

Patrocli immiſſi, canes etiam duo τραπεζῆες *menſarii.*

§. V. Hoc præterea in magnorum virorum funere obtinuit, ut *homines jugulati* in pyram conjicerentur. Sic Achilles Patroclo mactat duodecim lectiſſimos juvenes Trojanos a ſe captos: (α) & Græci in ejus funere idem obſervaſſe dicuntur apud QUINTUM SMYRNÆUM. (β) Similiter ille apud VIRGILIUM *Æneid.* XI: (γ)

Vinxerat & poſt terga manus, quos mitteret umbris
Inferias; cæſo ſparſuros ſanguine flammas.

§. VI. Interea *dum pyra ardebat*, lugubri voce *mortuum ſupremum compellabant;* uti Achilles Patroclum vino ſæpius libato: (δ)

Οἶνον ἀφυσσόμενος χαμάδις χέε, δεῦε δὲ γαῖαν,
Ψυχὴν κικλήσκων Πατροκλῆος δειλοῖο.
Vinum hauſtum in humum fundens rigabat terram,
Animamque vocavit Patrocli miſeri.

§. VII. Poſtquam flama deſævierat, *rogus extinguebatur vino*, & *oſſa*

(α) *Iliad.* XXIII. ℣. 171. *ſeqq.* (β) *l. m. cit.* ℣. 175. (γ) ſub CALABRI nomine notus *Troj. Exp. lib.* III. ℣. 715. (δ) ℣. 81.

oſſa quæ ſupererant *legebantur*. *Iliad.* XXIII. (α)

Πρῶτον μὲν κατὰ πυρκαϊὴν σβέσατ' αἴθοπι οἴνῳ
Πᾶσαν, ὁπόσσον ἐπέσχε πυρὸς μένος· αὐτὰρ ἔπειτα
Ος͂έα Πατρόκλοιο Μενοιτιάδαο λέγωμεν.

Primum quidem pyram extinguite nigro vino
Totam, quantum occupavit ignis vis: at deinde
Oſſa Patrocli Menoetiadæ legamus,

Idem in Hectore factum dicitur totidem pene verbis. (β) At Achillis oſſa lecta

Οἴνῳ ἐν ἀκρήτῳ καὶ ἀλείφατι, - -
In vino puro & unguento. (γ) - -

Præſtabant hoc officium maxime neceſſarii; ſicut apud PINDARUM *Pyth. Ode* VIII. (δ) Adraſtus,

- - θανόντος ὀς͂έα λέξαις
Υἱοῦ, - - -
- - *interfecti oſſa colligens*
Filii. - - - -

TIBULLUS: (ε)

- - - *Non hic mihi mater*
Quæ legat in mæſtos oſſa peruſta ſinus.

Cæterum

(α) ℣.237.*ſeqq.* (β) *Iliad.* XXIV. ℣.791. *ſeqq.* (γ) *Odyſſ.* XXIV. ℣. 73. (δ) *antiſtr.* γ. ℣. 7. (ε) *lib.* I. *Eleg.* III. ℣. 5. *ſeq.*

Digitized by Google

Cæterum *non erat difficile diſtinguere oſſa ac cineres cadaveris*, a reliquis pyræ aggeſtis; quandoquidem *hoc ſitu cremabatur, ut eſſet ab aliis omnibus ſeparatum*, ſicuti Achilles docet de Patroclo: (α)

Εὖ διαγινώσκοντες· (ἀριφραδέα δὲ τέτυκται·
Ἐν μέσσῃ γὰρ ἔκειτο πυρῇ, τοὶ δ' ἄλλοι ἄνευθεν
Ἐσχατιῇ καίοντ' ἐπιμὶξ ἵπποι τε καὶ ἄνδρες)

Bene diſcernentes: (cognitu facilia enim ſunt:
In media namque jacebat pyra, alii vero ſeorſum
In extrema ora cremabantur promiſcue equique & viri)

Quod æque clare notat in funere Achillis QUINTUS SMYRNÆUS *lib.* III. (β) *non permiſta videlicet illius oſſa cum aliis, qui*

Ἑαὸν ἄπωθε κέοντο περὶ νέκυν, ὃς δ' ἐνὶ μέσσοις
Ῥιπῇ ὑφ' Ἡφαίστοιο δεδμημένος, οἶος ἔκειτο.

Haud longe jacebant circa cadaver, quod in medio,
Vulcani æſtu conſumptum, jacebat ſeparatim.

§. VIII. Oſſa lecta *in urnam reponebantur*, uti de Hectore: (γ)

(α) *Iliad.* XXIII. ℣. 240. *ſeqq.* (β) *Troj. Exp. l. c.* ℣. 725. (γ) *Iliad.* XXIV. ℣. 795.

Καὶ τάγε χρυσείην ἐς λάρνακα θῆκαν ἑλόντες,
Πορφυρέοις πέπλοισι καλύψαντες μαλακοῖσιν.

Et hæc collecta in auream urnam poſuerunt,
Mollibusque purpureis peplis obtexerunt.

At Achilles Patrocli oſſa in auream phialam duplici adipe recondidit, ſubtili linteo contecta; & quidem in tentorio juſſit reponi, donec ſui mortui oſſibus conjuncta, eodem tumulo inferrentur. (α) Quod re ipſa effectum in Achillis funeratione dicitur *Odyſſ.* XXIV, (β) ubi ejus oſſa lecta

Ἐς χρύσεον ἀμφιφορῆα· - -
Μίγδα δὲ, Πατρόκλοιο Μενοιτιάδαο θανόντος.

In auream urnam, - -
Commixtis oſſibus Patrocli Menoetiadæ demortui.

CAPUT

(α) *Iliad.* XXIII. ℣. 243. *ſeqq.* (β) ℣. 74. & 77.

CAPUT DECIMUM QUINTUM.

De Sepultura.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Sepulturæ ratio §. I.
Sepulcrorum
Forma §. II.
Locus §. III.
Honos, *tum*
imaginarius §. IV.
tum realis §. V.
Sepulturam ſecuta
Convivia §. VI.
Ludi §. VII.

§. I.

HUnc in modum lecta ac depoſita *oſſa inferebantur in foſſam*, quam HOMERUS κάπετον vocat, loquens de Hectore: (α)

Αἶψα δ' ἄρ' ἐς κοίλην κάπετον θέσαν.

Statim vero in cavam foſſam intulerunt.

SCHOLIASTES: τάφρον. ὄρυγμα. *ſepulcrum, foſſa.* Tum complures *lapides ſuperſtrati*: (β)

\- - - - αὐτὰρ ὕπερθε
Πυκνοῖσιν λάεσσι κατεςόρεσαν μεγάλοισι.

\- - - - *& ſuperne*
Denſis lapidibus ſtraverunt magnis.

 At

(α) *Iliad.* XXIV. ℣. 797. (β) *loc. m. cit.* ℣. *eod. ſeq.*

At Patrocli ſepulcrum torno deſignatum, jactis circa pyram fundamentis: (α)

Τορνώσαντο δὲ σῆμα, θεμείλιά τε προβάλοντο
Ἀμφὶ πυρήν· - - - -
Circulo autem deſignarunt tumulum, fundamentaque jecerunt
Circa pyram. - - - -

Poſtremum *terra ſuperfuſa*, (β)

- - εἶθαρ δὲ χυτὴν ἐπὶ γαῖαν ἔχευαν,
- - *& ſtatim fuſilem terram aggeſſerunt.*

Qua in re præcipua apud Græcos poſita *ratio ſepulturæ*; quippe qui non cenſebant eam rite peragi, niſi injecta erat terra. Neſtor inde inſepultum notans,

- - οὐδὲ θανόντι χυτὴν ἐπὶ γαῖαν ἔχευαν,
- - *neque ei mortuo fuſilem terram infuderunt,*

Odyſſ. III. (γ) Contra Tydeus tumulatus *Iliad.* XIV, (δ)

- - ὃν Θήβῃσι χυτὴ κατὰ γαῖα κάλυψε,
- - *quem Thebis aggeſta terra cooperuit.*

Sic VIRGILIUS *Æneid.* VI: (ε)

- *aut*

(α) *Iliad.* XXIII. v. 255. *ſeq.* (β) *l. m. cit.* v. 256. (γ) v. 258. (δ) v. 114. (ε) v. 365.

- - - *aut tu mihi terram*
Injice. - - - -

HORATIUS *Carm: lib.* I. *Ode* XXVIII. (α)

Injecto ter pulvere curras.

Atque hoc pacto infuſam terram τύμβον & σῆμα HOMERUS vocat; (β) Latini *tumulum* a tumente terra.

§. II. *Impoſita huic* de more ϛήλη *columna*, ut *Iliad.* XVII: (γ)

Ἀλλ' ὥϛε ϛήλη μένει ἔμπεδον, ἥτ' ἐπὶ τύμβῳ
Ἀνέρος εἱϛήκει τεθνηότος, ἠὲ γυναικός.

Sed veluti cippus manet firmiter, qui ſuper tumulo
Viri ſtat mortui, aut mulieris.

Talis *Iliad.* XI: (δ)

Στήλῃ κεκλιμένος ἀνδροκμήτῳ ἐπὶ τύμβῳ
Ἴλου Δαρδανίδαο, - - -

Columna prætenſa viri defuncti in ſepulcro
Ili Dardanidæ. - - -

Et vero moris fuit Græcis *inſcribere elogium defuncti.* Alias *ſtatua poſita*, quæ mortuum referret; ut illa Midæ in *opuſculis* HOMERI; (ε) & Palamedis apud PHILOSTRATUM *lib.* IV. *de Vit. Apollon.* (ζ) Accedebant præterea & *arma*

H 3 aliaque

(α) *Verſ. ult.* (β) *ll. m. citt.* (γ) *v.* 434. (δ) *v.* 371. (ε) *Epigr.* III. *v.* 1. (ζ) *cap.* 13. *p.* 150.

Digitized by Google

aliaque *viventis inſignia;* ut patet de Elpenore ſocio Ulyſſis *Odyſſ.* XII: (α)

Τύμβον χεύαντες, καὶ ἐπὶ σήλην ἐρύσαντες,
Πήξαμεν ἀκροτάτῳ τύμβῳ εὐῆρες ἐρετμόν.

Tumulo congeſto, & inſuper columna erecta,
Fiximus in ſummo ſepulcro fabrefactum remum.

Similiter Æneas tumulato Miſeno, (β)

Imponit ſuaque arma viro, remumque tubamque.

Ita quoque apud PHILOSTRATUM *de Vit. Apollon. lib.* I. (γ) pervetuſta memorantur Eretriorum ſepulcra, in quibus ait ſcripta Græcis literis mortuorum nomina, & naves inſculptas; ὡς ἕκαστος ἐν Εὐβοίᾳ ἔζη πορθμεύων, ἢ πορφυρεύων, ἢ θαλάττιον, ἢ καὶ ἁλουργὸν πράττων, *ut quisque in Euboea vel nauticam, vel purpurarum mercaturam faciens vitam egerat.* Hæc HOMERO deſignatur ſepulcrorum antiquorum forma. Laudat vero illud Æpyti regis tanquam celeberrimum in *Boeotia*, (δ) quod ipſe vidiſſet, ait PAUSANIAS; (ε) qui illud ſtudioſe contemplatus ἔστι μὲν οὖν

(α) ℣. 14. (β) *Æneid.* VI. ℣. 233. (γ) *c.* 24. *p.* 31. *coll. not. noſtr.* (δ) *ſ. Catal. Nav.* ℣. 110. *ſeq.* (ε) *ſ. lib.* VIII. *c.* 16. *p.* 632.

Digitized by Google

ὤν, inquit, γῆς χῶμα οὐ μέγα, λίθου κρηπῖδι ἐν κύκλῳ περιεχόμενον. *Eſt vero terræ agger non utique magnus, lapidea crepidine in orbem circumſeptus.*

§. III. *Struebantur* autem ſepulcra fere *extra urbes*, ubi etiam cadavera comburebantur. Quod videmus a Trojanis factum in publica illa funeratione *Iliad.* VII. (α) atque adeo in Hectore; quem DARES PHRYGIUS (β) narrat ante portam more ſolito tumulatum. Sic erat ſitum antiquiſſimum illud Ili monumentum; cujus etiam meminit THEOCRITUS *Idyl.* XVI: (γ)

Ἐν πεδίῳ Σιμόεντος ὅθι Φρυγὸς ἠέιον Ἴλου.

In campo Simoentis, ubi ſepulcrum eſt Phrygii Ili.

IDEM ſimili ratione dicit in campo extitiſſe columnam Lyncei patris ſepulcro impoſitam, *Idyl.* XXII. (δ) ubi &

Ἄγαλμ' Ἀΐδαο, ξεστὸν πέτρου.

Statuam Plutonis, ex ſaxo polito (confectam)

collocat PINDARUS *Nem. Od.* X. (ε)

(α) v. 435. ſeq. (β) Vid. not. (γ) v. 75. (δ) v. 207. ſeq. (ε) Epod. 2. v. 2.

Digitized by Google

Virgilius quoque commemorat tumulum regis Latinorum extra urbem *Æneid.* XI. (α) Eoque pertinet, quod *in maris littore* ſubinde apud Homerum ſtatuuntur ſepulcra, uti Elpenoris, (β) Patrocli, (γ) Achillis, (δ) aliorumque. Ita vero apud poſteriores Græcos *in agris* quoque ſepulta conſtat cadavera. Quod ſimiliter obtinuiſſe apud Romanos indicat *lex* XII *Tabularum*, quam laudat Cicero, (ε) *Hominem mortuum in urbe ne ſepelito, neve urito.*

§. IV. Porro *inanes* quoque *tumuli & cadaveribus vacui* apud Græcos ſæpe ſtruebantur, quæ κενοτάφια dixerunt. Talis communiter ſtructus Græcis bello cæſis, *Iliad.* VIII. (ζ) ſiquidem oſſa ſeparatim locata, quo quisque domum reverſus transportaret. Et vacuus fuit ille Patrocli tumulus *Iliad.* XXIII, (η) quando ejus oſſa fuerunt repoſita in Achillis tentorio. Sed & abſentibus prorſus mos erat celebrare exſequias tumulis erectis. Id facere

(α) v. 184. *ſeq.* (β) *Odyſſ.* XII. v. 11. (γ) *Iliad.* XXIII v. 125. *ſeq.* (δ) *Odyſſ.* XXIV. v. 82. (ε) *lib.* II *de Leg. c.* XXIII. *Vol.* IX. *opp. p.* 3379. *ſeq.* (ζ) v. 491. (η) v. 254.

facere jubet Telemachum Pallas, ſi patrem audiat mortuum, *Odyſſ.* I: (α)

Σῆμα τέ οἱ χεῦσαι, καὶ ἐπὶ κτέρεα κτερεΐξαι.

Monumentum illi erige, & inferias infer.

Similiter Menelaus in Ægypto (*audita*) Agamemnonis fratris morte: (β)

Χεῦ' Ἀγαμέμνονι τύμβον, ἵν' ἄσβεστον κλέ-
os εἴη,

*Aggeſſi Agamemnoni tumulum, ut inex-
tincta gloria eſſet.*

Quod ipſum præſtitit Deïphobo Æneas *Æneid.* VI: (γ)

- - tumulum Rhetæo in littore inanem
*Constitui, & magna manes ter voce
vocavi,*
*Nomen & arma locum ſervant, te amice
nequivi*
*Conſpicere, & patria decedens ponere
terra.*

Omninoque moris erat, uni eidemque homini defuncto varios tumulos, variis ſtatuere in locis; præſertim ab iis, qui genere eſſent propinquiores, aut inſignioribus meritis obnoxii; uti luculenter docet DIONYSIUS HALICARNASSEUS *Antiq. Rom. lib.* I. (δ)

(α) ℣. 291. (β) *Odyſſ.* IV. ℣. 584. (γ) ℣. 505. *ſeq.* (δ) *pag.* 43. *lin.* 37. *ſeq.*

§. V. *Maximum* porro *honorem Græci ponebant in ſepultura.* Unde γέρας θανόντων *præmium defunctorum* ſubinde HOMERUS vocat. (α) Quare Agamemnon non videtur ſibi gravius Trojanis imprecari, quam ut pereant ἀκήδεστοι, καὶ ἄφαντοι, *inſepulti & inglorii*, *Iliad.* VI. (β) Similiter Dido Æneæ apud VIRGILIUM: (γ)

Sed cadat ante diem, mediaque inhumatus arena!

Et in ſummam contumeliam paſſim relicta hoſtium cadavera feris ac avibus devoranda. (δ) Quanquam etiam acceſſit ſuperſtitio; cenſentibus plerisque inſepultorum animas orco prohibitas, incertis ſedibus divagari; quod queritur umbra Patrocli, Achilli apparens, *Iliad.* XXIII. (ε) Inde Ulyſſi manes evocanti primus occurrit Elpenor, funerationem contendens, *Odyſſ.* XI. (ζ) uti apud VIRGILIUM Palinurus *Æneid.* VI, (η) apud SILIUM (θ) Appius. TERTULLIANUS *de Anima* (ι) illud ab HOMERO cenſet confictum,

(α) *Vid. not.* (β) v. 60. (γ) *Æneid.* VI. v. 620. (δ) *Iliad.* I. v. 4. *ſeq.* (ε) v. 71. *ſeqq.* (ζ) v. 72. (η) v. 365. (θ) *lib.* XIII. v. 465. *coll. præcedd.* (ι) *cap.* LVI. *p.* 503.

Digitized by Google

ctum, *ut inſtantia funeris & honor corporum ſervetur, & mœror affectuum temperetur.* Ut ut ſit, conſtat Græcos religioſiſſime mortuorum ſepulturam curaſſe; veluti injunctam a Diis, quorum indignationem gravem verebantur; ſi officio ſuo hac in parte deeſſent: ut liquet ex Elpenoris oratione; (α)

Μή μ' ἄκλαυτον ἄθαπτον ἰὼν ὄπιθεν καταλείπειν
Νοσφισθεὶς, μή τοί τι θεῶν μήνιμα γένωμαι.

Ne me indefletum inſepultum poſt te relinquas
Digreſſus, ne qua tibi deorum ira fiam.

§. VI. *Poſt funerationem* mortui, qui proxime attingebant, *convivium ſolemniter parabant*: ut a Priamo factum tumulato Hectore, *extrema Iliade.* (β) At Achilles ante Patrocli funerationem etiam *epulum ferale* inſtruit, quod τάφον vocat HOMERUS initio *Iliad.* XXIII. (γ) VETUS SCHOLIASTES: (δ) τὸ περίδειπνον interpretatur, τὸ ἐπὶ τοῖς τετελευτηκόσι παρασκευαζόμενον. *Epulum funebre, quod propter defunctos apparabatur.* Sed contra EUSTA-

(α) *Odyſſ.* XI. ℣. 72. *ſeq.* (β) *ſ. Iliad.* XXIV. ℣. 802. (γ) ℣. 29. (δ) *ad h. l.*

EUSTATHIUS, (α) Τάφος οὐ κατά τινας ἀ μετὰ τὸ ταφῆναί τινα περίδειπνος, ἀλλ' ἁπλῶς ὁ ἐπὶ νεκρῷ. *Τάφος non eſt, ut quidam opinantur, epulum poſt funerationem defunctorum celebratum, ſed ſimpliciter circa funus.* Sane & τάφον ait HOMERUS celebratum ab Oreſte, poſt interfectum Ægiſthum ac Clytæmneſtram, *Odyſſ.* III: (β)

Ἤτοι ὁ τὸν κτείνας δαίνυ τάφον Ἀργείοισιν
Μητρός τε συγερῆς καὶ ἀνάλκιδος Αἰγίσθοιο.
At illo occiſo dedit cœnam ſepulcralem Argivis
Matriſque inviſæ & imbellis Ægiſthi.

Proinde non modo *ante inhumationem*, ſed *& poſt epulæ factæ.* Quanquam hoc frequentius obtinuit; nec apud Græcos modo, ſed & apud Romanos, aliaſque gentes, ut quam plurimis conſtat exemplis.

§. VII. Accedebant poſtremo in funere inſigniorum virorum *ſolennes ludi, ac certamina* omnis generis. Quod toto *libro* XXIII *Iliados* (γ) ampliſſime narratur præſtitum Patroclo. Ibi (δ) & obtinuiſſe dicitur in funere Oedipi Regis

(α) *ad l. c. pag.* 1285. *l.* 40. (β) v. 309. *ſeq.* (γ) v. 274. *ſeqq.* (δ) v. 680.

Digitized by Google

Regis Thebani, quo primas tulit in certamine Euryalus. Achilli etiam ſepulto varios ludos exhibuerunt Achivi *Odyſſ.* XXIV: (α) & quidem majori pompa, quam ulla Heroum aut Principum virorum. Idem feciſſe Herculem mortuo Pelope ſcribit DIONYSIUS HALICARNASSEUS *lib.* V. (β) Conſecutus etiam hunc honorem Braſidas apud THUCYDIDEM, (γ) Miltiades apud HERODOTUM, (δ) Timoleon apud PLUTARCHUM, (ε) aliique infiniti. Primum vero omnium inſtitutos ludos funebres Azani defuncto tradit PAUSANIAS *Arcadicis*: (ζ) Ἐπὶ δὲ Ἄζᾶνι τῷ Ἀρκάδος τελευτήσαντι ἆθλα ἐτέθη πρῶτον· εἰ μὲν καὶ ἄλλα, οὐκ οἶδα· ἱπποδρομίας δὲ ἐτέθη. *Azani vero in Arcadia vita defuncto, ludi funebres primum facti, haud ſcio an & alii ludi, de equiriis certe affirmare poſſum.* Ritus hic, ut alii multi, a Græcis ad Romanos tranſiit, cujus plurima exempla extant, præſertim in hiſtoria Imperatorum.

CAPUT

(α) v. 85. *ſeqq.* (β) *p.* 291. *l.* 17. (γ) *lib.* V. *p.* 351. *A.* (δ) *Erato s. lib* VI. *c.* 38. *p.* 346. (ε) *Tom.* I *opp. p.* 235. *B.* (ζ) *s. lib.* VIII. *c.* 4. *p.* 605.

Digitized by Google

CAPUT DECIMUM SEXTUM.

De Divinationibus.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Divinationum aliæ
Immediatæ §. I. *aliæ*
Mediatæ, cujus generis
Auctores §. II.
Objectum, ſcil:
Aves §. III.
Somnia §. IV.
Exta §. V.
Sternutatio. §. VI.
Auctoritas §. VII.

EXplicatis Diis, eorumque ſolenni cultu, ſupereſt, ut aliquid dicamus de *Divinationibus*; quarum frequentiſſima apud HOMERUM mentio. Paſſim (α) enim μάντεις, οἰωνοπόλοι, ὀνειροπόλοι, *vates, auſpices, ſomniorum interpretes*, celebrantur; etiam apud Cyclopas *Odyſſ.* IX. (β)

§. I. Præſtantiſſima quidem *divinatio, quæ fiebat arcano Numinis inſtinctu*, plerumque cum furore, unde μάντεις *vates* nomen habuerunt, teſte PLATONE in *Phædro*, (γ) & CICERONE *lib.* I. *de Divin.* (δ) Quo in genere certa erant *loca quibus*

(α) *loca in ſeqq. obvia.* (β) v. 510. (γ) *Tom.* III. *opp. p.* 244. *C.* (δ) *c.* VI. *Vol.* IX *opp. p.* 3115.

Digitized by Google

quibus reddebantur oracula conſulentibus. Eorum omnium in Græcia *antiquiſſimum* Jovis Dodonæi ſcribit HERODOTUS *Euterpe.* (α) Quo etiam iviſſe conſultatum Ulyſſem ait HOMERUS *Odyſſ.* XIV (β) & XIX. (γ) Amphinomus quoque vult accedere procos Penelopes, antequam cædem Telemachi patrent, *Odyſſ.* XVI. (δ) *Alterum* celeberrimum Apollinis Pythii oraculum, quod conſuluiſſe Agamemnonem dicit HOMERUS *Odyſſ.* VIII. (ε)

§. II. Sed enim magis apud HOMERUM (ζ) celebratur ea divinatio, *quæ conſtabat arte; ac e ſignis* præcedentibus *fiebat.* Quam & PAUSANIAS *Atticis* (η) potiſſimum in uſu fuiſſe priſcis vatibus contendit: Χωρὶς δὲ πλὴν ὅσους ἐξ Ἀπόλλωνος μανῆναι λέγουσι τὸ ἀρχαῖον, μάντεών γ᾽ οὐδεὶς χρησμολόγος ἦν· ἀγαθοὶ δὲ ὀνείρατα ἐξηγήσασθαι καὶ διαγνῶναι πτήσεις ὀρνίθων, καὶ σπλάγχνα ἱερῶν. *Præter enim eos, quos Apollinis afflatu futura prædixiſſe antiquitas teſtata eſt, nemo omnium fatidicus fuit: nam reliqui aut ſomniorum interpretes*

(α) *ſ. lib.* II. *c.* 52. *pag.* 110. (β) v. 327. *ſeq.* (γ) v. 296. *ſeq.* (δ) v. 402. *coll. not. noſtr.* (ε) v. 79. *ſeqq.* (ζ) *loca in ſeqq. cit.* (η) *ſ. lib.* I. *c.* 34. *pag.* 84.

terpretes fuere, aut avium volatus & exta inſpiciendi peritiam profitebantur. Ipſum quoque Amphiaraum divinitate donatum vatem ſomniorum conjectatione maxime uſum affirmat. (α) CICERO (β) vero Eum & Tireſiam, tantopere HOMERO laudatum, avibus & ſignis admonitos futura dixiſſe refert. Et PLINIUS (γ) Tireſiam auſpiciorum auctorem celebrat.

§. III. Principem in hoc divinationis genere locum obtinuerunt *auſpicia ac auguria*; unde οἰωνιστικὴ *auguralis* tota hæc pars PLATONI (δ) appellata. Ea ſumebantur

Φωνῇ καὶ πτερύγεσσι τελήεντων οἰωνῶν·

(ex) *Voce ac alis perfectarum alitum,*

ait HOMERUS in *Hymno in Mercur.* (ε) quod VIRGILIUS *Æneid.* III, (ζ)

Et volucrum linguas & præpetis omina pennæ.

Qua in re *dextræ partes fauſtæ* a *Græcis* habitæ; unde toties HOMERO laudatus δεξιὸς ὄρνις *dextra avis*, quem advolantem feliciter interpretantur Achivi *Iliad.*

(α) *l. c.* (β) *lib.* I *de Divin. c.* XL. *Vol.* IX *opp. p.* 3160. (γ) *Hiſt. Nat. lib.* VII. *c.* LVI. *Tom.* I. *p.* 480. (δ) *Tom.* III. *opp. p.* 244. (ε) *v.* 541. (ζ) *v.* 361.

Digitized by Google

Iliad. XIII. (α) Telemacho Helena *Odyſſ.* XV. (β) Contra Hectori male ominatur Polydamas, quod adveniſſet

Αἰετὸς ὑψιπέτης ἐπ' ἀριστερὰ λαὸν ἐέργων,
Aquila altivolans ad ſiniſtram copias revocans:

Iliad. XII. (γ) Eſt autem *dextra* pars quæ *ortum ſpectat* habita, *ſiniſtra* quæ *occaſum*; ut *ibidem* (δ) exponit Hector,

Εἴτ' ἐπὶ δεξί' ἴωσι πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε,
Εἴτ' ἐπ' ἀριστερὰ τοίγε ποτὶ ζόφον ἠερόεντα.
Sive ad dextram vadant ad auroram ſolemque,
Sive ad ſiniſtram iſti ad occaſum obſcurum,

Atque ita ab HOMERO intelligi has partes, confirmat doctiſſimus PINDARI INTERPRES *in Prolegom.* (ε) Δέξια καλεῖ ὁ Ὅμηρος τὰ ἀνατολικὰ, ἀριστερὰ δὲ τὰ δυτικά. Et vero Philoſophorum præſtantiſſimi PYTHAGORAS, PLATO, ARISTOTELES dextram mundi plagam orientalem eſſe dixerunt, occiduam lævam, ut videre eſt apud PLUTARCHUM *de*

I *Plac.*

(α) ✓. 821. *ſeqq.* (β) ✓. 171. *ſeqq. coll.* ✓. 160. (γ) ✓. 201. (δ) ✓. 239. *ſeq.* (ε) *ſub tit.* περὶ κώλων τῶν στροφῶν κ. τ. λ. *fere ab init.*

Placit. Philoſ. lib. II. (*α*) Idem obſervatum in *tonitru Iliad.* IX. (*β*) Ajax querens de Trojanorum ferocitate ait:

Ζεὺς δέ σφιν Κρονίδης ἐνδέξια σήματα φαίνων
Ἀστράπτει. - - - -

Proſpera Jupiter his dextris fulgoribus edet,

uti vertit CICERO *lib.* II. *de Divinat.* (*γ*) At contra ENNIUS: (*δ*)

Quom tonuit lævum bene tempeſtate ſerena;

nimirum ex Romanorum conſuetudine, quos hoc nomine a Græcis diſſidere TULLIUS diſceptat: (*ε*) *Ita nobis*, inquit, *ſiniſtra videntur; Grajis & barbaris, dextra meliora.* Quam rem fuſius perſequitur PLUTARCHUS *Problemat. Rom.* LXXVIII. (*ζ*)

§. IV. Proxima eſt divinatio *ex ſomniis*, quam qui profitebantur ὀνειροπόλοι *ſomniorum interpretes* dicti. Talem advocari vult Achilles, qui iræ Apollinis cauſam ediſſerat,

- - καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν,

- - *etenim ſomnium quoque a Jove eſt*,

inquit,

(*α*) *c.* X. *Tom.* II *opp. p.* 888. *A.* (*β*) *v.* 436. (*γ*) *c.* XXXIX. *Vol.* IX *opp. p.* 3224. (*δ*) *Fragm. p.* 26. (*ε*) *l. m. c.* (*ζ*) *Tom.* II *opp. p.* 85.

Digitized by Google

inquit, (α) ut ei conſtet ſua auctoritas. Exemplum *Odyſſ.* XIX, (β) ubi Penelope petit ſibi dijudicari ab Ulyſſe ſomnium de anſeribus domeſticis, ab aquila diſcerptis; quod ille de futura procorum cæde interpretatus eſt.

§. V. Pervetuſta quoque apud Græcos divinatio *ex inſpectione victimarum*, quam *extiſpicium* Romani dixerunt. Ejus tamen nullum apud HOMERUM extat exemplum. Notare tantum videtur nomine ἱερῆος *ſacerdotis*, quem cum μάντεϊ *vate* conjungit *Iliad.* I: (γ)

Ἀλλ' ἄγε δή τινα μάντιν ἐρείομεν ἢ ἱερῆα,
Quare age, vatem aliquem conſulamus, aut ſacerdotem.

Atque ita interpretatur EUSTATHIUS *ad Iliad.* XXIV, (δ) ubi POETA:

– οἳ μάντιές εἰσι, θυοσκόοι, ἢ ἱερῆες,
Qui vates ſunt, aruſpices, vel ſacerdotes.

Ait enim *ex veterum ſententia duo genera* μάντεων *vatum conſtitui*, θυοσκόους *aruſpices*, *qui ex ſuffitu divinarentur*, τοὺς διὰ τῶν ἐπιθυμιωμένων μαντευομένους, *id eſt*: ἐμπυρομάντεις *ſeu* λιβανομάντεις, *ut alio nomine*

(α) *Iliad.* I. v. 63. (β) v. 535. *ſeqq.* (γ) v. 62. (δ) v. 221. *p.* 1346. *lin.* 3. *ſeqq.*

Digitized by Google

vocantur; *at* ἱερεῖς *ſacerdotes*, τοὺς διὰ σπλάγχνων, *qui ex viſceribus ac extis futura præviderent*; *quos alio nomine* ἱεροσκόπους refert *vocari*. APULEJUS *lib. de Deo Socr.* (α) etiam hoc extiſpicii titulo laudat Calchantem, quem in exercitu Græcorum vatum præſtantiſſimum celebrat HOMERUS. (β)

§. VI. Fuerunt & aliæ res ſuperſtitioſe obſervatæ, uti *ſternutatio*. PLINIUS *Hiſt. Nat. lib.* II. *cap.* VII: (γ) *Atque etiam, parva dictu, in auguriis ſternutamenta & offenſiones pedum*. Exemplum *Odyſſ.* XVII, (δ) ubi Penelope:

Οὐχ ὁρᾷας ὅ μοι υἱὸς ἐπέπταρε πᾶσιν ἔπεσσιν;
Non vides quod mihi filius adſternutavit omnibus verbis?

Hoc veluti omine proſperiori votum ſuum de procorum cæde confirmat. Sic THEOCRITUS *Idyl.* XVII: (ε)

Ὄλβιε γάμβρ', ἀγαθός τις ἐπέπταρεν ἐρχομένῳ τοι
Ἐς Σπάρταν. - - - -
Fortunate ſponſe, bonus tibi quiſpiam adſternutavit proficiſcenti
Ad Spartam, - - - -

Et

(α) *pag.* 52. *lin.* 4. *ſeqq.* (β) *Iliad.* I. v. 69. (γ) *Tom.* I. *p.* 11. (δ) v. 545. (ε) v. 16.

Et apud XENOPHONTEM *lib.* III. *Anabaſ.* (α) milites ſternutamento repente facto ſalutem ſibi promiſerunt. At enim in ſternutatione quoque aliquid infauſtum nonnunquam cogitarunt; ſicut illa apud eundem THEOCRITUM *Idyl.* VII: (β)

Σιμιχίδᾳ μὲν Ἔρωτες ἐπέπταρον· ἦ γὰρ ὁ δειλὸς
Τόσσον ἐρῇ Μυρτοῦς ὅσον εἴαρος αἶγες ἔρανται.

Simichidæ Amores ſternutaverunt: nam miſer
Tam amat Myrtonem, quam capræ ver amant.

Ubi SCHOLIASTES (γ) ſternutationum alias utiles, alias noxias eſſe dicit. EUSTATHIUS vero etiam *in Odyſſ.* XVII. (δ) affirmat, *in bonam partem accipi ſolitum, ſi quis dextrorſum ſternuiſſet:* Cujus rei exemplum apud PLUTARCHUM in *Vita Themiſtoclis.* (ε) Ut proinde ſiniſtræ ſternutationes male forte audierint.

§. VII. Atque hæc de Divinatione, apud priſcos Græcos uſitata, dicta ex HOMERO ſufficiant. Cujus

 etſi

(α) *p.* 236. *lin.* 39. *ſeqq.* (β) ℣. 96. (γ) *ad loc. ult. cit.* (δ) ℣. 545. *pag.* 1831. *lin.* 24. (ε) *Tom.* I *opp. p.* 119. *A.*

Digitized by Google

etſi magna extitit vulgo *auctoritas*; non tamen apud omnes fuit indubitata. Maxime utique celebrata fuit ea, quæ fiebat ex avibus aut ſomniis. At illam prorſus elevat Hector *Iliad.* XII, (α) & Eurymachus *Odyſſ.* II. (β) Hanc vero controvertit Penelope *Odyſſ.* XIX, (γ) Denique in univerſum EURIPIDES (δ) vatem definit virum,

Ὃς ὀλίγ' ἀληθῆ, πολλὰ δὲ ψευδῆ λέγει
Τυχών· ὅταν δὲ μὴ τύχῃ, διοίχεται.

Qui pauca vera, multa vero falſa dicit.
Si forte ſic acciderit: ſin minus, arte elabitur.

CAPUT

(α) v. 237. *ſeq.* (β) v. 181. *ſeq.* (γ) v. 560. *ſeqq.* (δ) *Iphig. in Aul.* v. 956. *ſeqq.*

CAPUT DECIMUM SEPTIMUM.

De Magicis artibus.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Magiæ
Periti §. I.
Locus, *vel*
Tumuli §. II. *vel*
Oracula mortuorum §. III.
Effectus, *in transmutandis*
Animis §. IV.
Corporibus §. V.
Remedium §. VI.
Uſus §. VII.

§. I.

DIvinationi cognata eſt *Magia*; quippe cujus magna pars in rerum abditarum inquiſitione poſita eſt, cum reliqua in rerum mirabilium effectione verſetur. Creberrimus hujus uſus in HOMERI *Odyſſea*, adeo ut totum opus non aliunde conſtare dicatur PLINIO *Hiſtor. Natur. lib.* XXX. *cap.* I. (*a*) *Siquidem*, inquit, *Protea & Sirenum cantus apud eum non aliter intelligi volunt; Circe utique & inferorum evocatione hoc ſolum agi.* Atque in hac

I 4 poſtrema

(*a*) *Tom.* III. *pag.* 294. *ſeq.*

Digitized by Google

poſtrema occupatur totus *liber undecimus Odyſſeæ*, quem inde Νεκύιαν, *evocationem mortuorum* priſci appellarunt. Ibi (α) *Ulyſſes, nigris pecudibus in ſcrobem jugulatis, poſt libamina quædam circumfuſa, invitat ad ſanguinem ebibendum animas defunctorum; peculiariter vero Tireſiæ vatis, & variis de rebus interrogat.* Idem factitaſſe hunc Tireſiam dum in vivis eſſet, tradit STATIUS; (β) Æſonem VALERIUS FLACCUS, (γ) PLINIUS (δ) Neronem; nec atri coloris pecudibus ſolum, ſed & immolatis hominibus. Quomodo & GREGORIUS NAZIANZENUS *in Julianum* (ε) meminit τῶν ἀνατεμνομένων παίδων τε καὶ παρθένων, ἐπὶ ψυχαγωγίᾳ καὶ μαντείᾳ, *puerorum & virginum, qui mactabantur in evocatione animarum.* At vero Apollonius Thyaneus apud PHILOSTRATUM *lib.* IV (ζ) ait, *ſe evocaſſe animam Achillis, non cæſa in foſſam victima; ſed puris precibus*: Ἀλλ' οὐχὶ βόθρον, εἶπεν, Ὀδυσσέως ὀρυξάμενος, οὐδ' ἀρνῶν αἵματι ψυχαγωγήσας ἐς διάλεξιν τοῦ Ἀχιλλέως ἦλθον, ἀλλ' εὐξάμενος ὁπόσα τοῖς ἥρωσι Ἰνδοί

εαση

(α) ℣. 24. *ſeqq.* (β) *Theb. lib.* IV. ℣. 409. *ſeqq.* (γ) *Argon. lib.* I. ℣. 62. (δ) *Hiſt. Nat. lib.* XXX. c. II. *Tom.* III. *p.* 298. *ſeq.* (ε) *Orat.* III. *p.* 91. C. (ζ) c. 16. p. 152.

φασι δεῖν εὔχεσθαι. *At ego, inquit, non ut Ulyſſes ſcrobem effodiens, neque agnorum ſanguine manes evocans ad Achillis colloquium admiſſus ſum: ſed precibus adhibitis, quibus invocandos heroës eſſe Indi præcipiunt.*

§. II. Factum hoc *ad tumulum* illius, ex conſueto ritu. Ibi enim animas corporum ſuorum ſtudio libentius credebant verſari. Inde VIRGILIUS *Eclog.* VIII (α) ait:

Mœrin, ſæpe animas imis excire ſepulcris.

Et Erichtho ſaga apud LUCANUM *lib.* VI, (β) magicam ſuam evocationem ad ſepulcrum provocat. Quæ cauſa cur ἐπιτυμβάδες, *buſtuariæ* ejusmodi mulieres dicantur. At Homericus Ulyſſes (γ) apud inferos id agit,

- - - - ἔνθά τε νεκροὶ
Ἀφραδέες ναίουσι, βροτῶν εἴδωλα καμόντων.
- - - - *ubi mortui*
Senſuum expertes habitant, umbræ hominum mortuorum.

§. III. Alioqui erant a primis inde temporibus in Græcia etiam *certa loca*, ubi de more animæ evocabantur. Cujusmodi Νεκυμαντήϊον *oraculum*

 mor-

(α) v. 98. (β) v. 526. (γ) *Odyſſ.* XI. v. 474.

mortuorum illud apud Theſprotos, ad quod *miſit nuntios Periander Corinthiorum Tyrannus ſciſcitatum de hoſpitis depoſito, apparuitque uxor Meliſſa, quæ negavit ſe reſponſuram, quod nuda algeret*, ut eſt ab HERODOTO proditum *Terpſichore*. (α) Apud eosdem Νεκυμάντιον laudat PAUSANIAS *Bœoticis*, (β) quo *Orpheus evocaſſe fertur Eurydicen, inde ad inferos dictus deſcendiſſe*. Tale ψυχοπομπεῖον *oraculum mortuorum* celebrat PLUTARCHUS (γ) apud Heracleam, ubi Pauſanias ἱλασμοῖς καὶ χοαῖς τισι *expiationibus quibusdam & libamentis* animam Byzantinæ puellæ a ſe interfectæ evocavit, quæ ei finem vitæ prædixit. CICERO idem refert factitatum apud lacum Avernum: *Inde* inquit, *Homeri tota* Νεκυία; *inde ea, quam meus amicus Appius* νεκρομαντία *faciebat; inde in vicinia noſtra Averni lacus, unde animæ excitantur obſcura umbra, aperto oſtio alti Acherontis; ſalſo ſanguine imagines mortuorum. lib.* I. *Tuſcul.* (δ) Denique tritiſſima fuit veteribus hæc Νεκυομαντεία adeo ut *Appion etiam Homeri animam evocarit, ſciſci-*

(α) *s. lib.* V. *c.* 92. *pag.* 324. (β) *s. lib.* IX. *c.* 30. *pag.* 769. (γ) *Cimon. Tom.* I. *opp. p.* 482. *B.* (δ) *c.* XVI. *Vol.* VIII. *opp. p.* 2584.

Digitized by Google

ſciſcitatus qua patria, quibusve parentibus eſſet genitus, teſte PLINIO. (α)

§. IV. Porro varii quoque & admirandi extant *magiæ effectus*, non in homines ſolum ac beſtias, ſed & in ipſamet mundi elementa, quæ carminibus magicis ope dæmonum nefarii homines varie afficiunt. Ἐπῳδὴν Græci dixerunt; Latini *Incantationem*, quæ ab HOMERO pellaci Sirenum cantu expreſſa eſt. Hac *mentem* hominum *alienari*, ac veluti de ſede ſua dejici, creditum eſt; uti liquet ex THEOCRITI *Idyl.* II. (β) & VIRGIL. *Eclog.* VIII. (γ)

§. V. Sed maxime admiranda poteſtas Magorum *in transformationibus*, cum *ſui*, tum *aliorum*, quam in PROTEO & Circe exhibuit HOMERUS. Familiare hoc Arcadibus fuiſſe narrat PLINIUS *Hiſtor. Natur. lib.* VIII. (δ) ut transnatato ſtagno in lupos, & viciſſim in homines permutarentur, quos λυκανθρώπους Græci dixere. Quod hodie de more obtinere apud Livonos Borea-

(α) *Hiſt. Nat. lib.* XXX. *cap.* II. *Tom.* III. *pag.* 299.
(β) §. 3. *coll. ſeqq. per tot. fere Idyll.* (γ) §. 66. *ſeq.* (δ) c. XXII. *Tom.* I. *p.* 517. *ſeq.*

Boreales populos, tradit ex teſtibus *ἀξιοπίστοις fide dignis* PEUCERUS. (α) Sic VIRGILIUS (β) refert,

> *Mærin illum ſæpe lupum fieri & ſe condere ſylvis.*

Et notum ex LUCIANI *Aſino*, (γ) quantum hæc *μεταμόρφωσις transformatio* uſitata fuerit apud Theſſalos, omnium Græcorum *μαγικωτάτους, artis magicæ ſtudioſiſſimos.*

§. VI. Verum enim vero, adverſus noxiam hanc Magorum vim, *ἀντίδοτα remedia* quoque nonnulla veteres habuerunt; qualis herba *μῶλυ* a Mercurio Ulyſſi adverſus Circes incantationes data. (δ) Quam & PLINIUS *Hiſt. Nat. lib.* XXV. *cap.* X. (ε) ait *valere contra incantationes.* Et APULEIUS *cap.* VII. (ζ) *libri de virtute herbarum*, agens de verbaſco: *Hanc herbam*, inquit, *dicimus Mercurium inveniſſe, & Ulyſſi dediſſe, cum deveniſſet ad Circen, ut nullæ maleficia ejus timeret. Herbæ verbaſci virgultum qui ſecum portaverit nullo metu terrebitur; neque beſtiæ, neque occurſus mali moleſtabunt hunc.*

§. VII.

(α) *De Divinat. p.* 279. *ſeq.* (β) *Eclog.* VIII. v. 97. (γ) *totus hic citand. Dial.* (δ) *Odyſſ.* X. v. 505. (ε) *Tom.* III. *p.* 40. (ζ) *vid. not.*

§. VII. Cæterum *adbibitæ* quoque *in ſalutem* incantationes, depellendis morbis; ut ab Autolyci filiis in Ulyſſis vulnere factum refert HOMERUS *Odyß.* XIX: (*α*)

> Δῆσαν ἐπισταμένως· ἐπαοιδῇ δ' αἷμα κελαινὸν
> Ἔσχεθον· - - - -
>
> *Ligaverunt ſcite: incantatione vero ſanguinem nigrum*
> *Cohibuerunt.* - - -

Quod & PLINIUS commemorat *Hiſt. Nat. lib.* XXVIII. *cap.* II. (*β*) etſi lapſus memoria, dum ait: *profluvium ſanguinis vulnerato femine Ulyſſem inhibuiſſe carmine. Sic Theophraſtus Iſchidiacos ſanari: Cato prodidit luxatis membris carmen auxiliari, Marcus Varro podagris, ut idem ſubjungit.* CAELIUS quoque AURELIANUS (*γ*) ait: *Philiſtionis fratrem ſcribere, quendam fiſtulatorem loca dolentia decantaſſe.* Sed hoc, ut & ſuperiora pleraque, referri poteſt ad arcánam muſici concentus vim, quam magnam in componendis animi corporisque affectibus a THEOPHRASTO *libro* περὶ ἐνθουσιασμῶν celebratam prodidit APOLLONIUS in *Hiſtoriis*

(*α*) v. 457. (*β*) *Tom.* III. *pag.* 165. (*γ*) *Vid. not.*

ſtoriis mirabilibus. (α) In aliis Magica fuit adhibita incantatio, quam antiquiſſimis Græciæ medicis familiarem fuiſſe liquet ex Chirone de quo PINDARUS *Pyth. Ode* III: (β)

- - λύσαις ἄλλον ἀλ-
λοίων ἀχέων
ἔξαγεν· τοὺς μὲν μαλακαῖς
ἐπαοιδαῖς ἀμφέπων,
τοὺς δὲ προσανέα πί-
νοντας, ἢ γυίοις περάπτων πάντοθεν
φάρμακα, τοὺς δὲ τομαῖς, ἔστασεν ὀρθούς.

- - *liberans alium* (*ex*) *ali-*
is doloribus
eduxit: alios quidem mollibus
incantationibus curans,
alios vero convenientia bi-
bentes, aut membris circum applicans undique
pharmaca, alios vero ſectionibus, reſtituit ſanos.

ANTI-

(α) *cap.* XLIX. *p.* 44. (β) *ſtr.* γ. v. 7. *ſeqq.*

ANTIQUITATUM HOMERICARUM LIBER SECUNDUS.

Caput Primum.

De Statu Imperii.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Imperii
Auctor & Origo §. I.
Conſtitutio §. II.
Collatio &
Succeſſio, quæ vel
Ordinaria §. III.
Minus ordinaria §. IV.

POſt ſacra, conſideranda veniunt *profana.* Ac primum quidem ea quæ publici ſunt juris & ad communem hominum ſocietatem pertinent.

§. I. Primis utique ſeculis ſparſim habitabant ſinguli, & ſuis familiis imperabant. Quod Cyclopum deſcri-

Digitized by Google

ſcriptione expreſſiſſe HOMERUM notat ARISTOTELES *lib.* I. *Polit. cap.* II. (α) ubi, θεμιστεύει δὲ ἕκαστος παίδων ἠδ᾽ ἀλόχων. *Quisque ſuis filiis & uxoribus jus dicit. Primus Phoroneus Inachi filius in unius civitatis jus homines compulit*, σποράδας πως καὶ ἐφ᾽ ἑαυτῶν ἑκάστοτε οἰκοῦντας, *diſperſos ante homines & ſeorſim habitantes*, ait PAUSANIAS *Corinthiacis.* (β) Qui ea de cauſa primus regnandi poteſtatem apud Græcos habuiſſe dicitur HYGINO. (γ)

§. II. Inde antiquitus in ſingulis Græciæ civitatibus conſtituti Reges, qui poſtea habuerunt gentes, uti confirmat ARISTOTELES: (δ) Διὸ καὶ τὸ πρῶτον ἐβασιλεύοντο αἱ πόλεις, καὶ νῦν ἔτι τὰ ἔθνη· ἐκ βασιλευομένων γὰρ συνῆλθον. *Itaque & principio civitates ſub regum poteſtate erant, & nunc etiam gentes, quia ex illis qui ſub regno vivebant, convenerunt.* Subſcribit DIONYSIUS HALICARNASSEUS *Antiq. Rom. lib.* V: (ε) Κατ᾽ ἀρχὰς μὲν γὰρ ἅπασα πόλις Ἑλλὰς ἐβασιλεύετο. *Etenim primis temporibus omnes Græciæ urbes ſub regum poteſtate fuerunt.* Quod Platæenſium

(α) *Tom.* III *opp. p.* 396. (β) *s. lib.* II. *c.* 15. *pag.* 145. *fin.* (γ) *Fab.* CXLIII. *coll.* CXXIV. (δ) *Polit. lib.* I. *c.* II. *Tom.* III *opp. p.* 395. *fin.* (ε) *p.* 336.

ſium exemplo conteſtatur PAUSANIAS *Bœoticis*: (α) Ὅτι μὲν δὴ καὶ οὗτοι τὸ ἀρχαῖον ἐβασιλεύοντο, δῆλά ἐστιν· βασιλεῖαι γὰρ πανταχοῦ τῆς Ἑλλάδος, καὶ οὐ δημοκρατίαι πάλαι καθεστήκεσαν. *Hos quoque priſcis temporibus in regum poteſtate fuiſſe, ſatis omnibus conſtat. Tota enim Græcia olim regibus paruit, quum nondum reſpublicæ conſtitutæ fuiſſent*: HOMERUS vero clariſſime omnium hoc probat, dum paſſim Græcarum civitatum βασιλεῖς καὶ ἄνακτας *reges & principes* collaudat. (β) Nec multorum imperium cenſet bonum, unico tantum admiſſo dominatu, præclara illa, & omnium ſermonibus celebrata ſententia, *Iliad.* II: (γ)

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω,
Εἷς βασιλεὺς, ᾧ ἔδωκε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω
Σκῆπτρόν τ' ἠδὲ θέμιστας, ἵνα σφίσιν βασιλεύῃ.

Nihil bonum multorum principatus: unus princeps eſto,
Unus rex, cui dedit filius Saturni verſuti
Sceptrumque & jura, ut ipſis dominetur.

K §. III.

(α) *l. lib.* IX. *c.* I. *p.* 712. (β) *Vid. not.* (γ) *v.* 204. *ſeqq.*

Digitized by Google

§. III. *Conferebat* autem *populus ſponte* hoc munus in eos, qui eximiis meritis eſſent illuſtres; & *in poſteros ſucceſſione* transmittebant. Sic enim regna heroicis temporibus conſtituta docet ARISTOTELES *lib.* III. *Polit. cap.* XIV: (α) Τέταρτον δ' εἶδος μοναρχίας βασιλικῆς, αἱ κατὰ τοὺς ἡρωϊκοὺς χρόνους ἑκούσιαί τε καὶ πάτριαι γιγνόμεναι κατὰ νόμον· διὰ γὰρ τὸ τοὺς πρώτους γενέσθαι τοῦ πλήθους εὐεργέτας κατὰ τέχνας ἢ πόλεμον, ἢ διὰ τὸ συναγαγεῖν, ἢ πορίσαι χώραν, ἐγίγνοντο βασιλεῖς ἑκόντων, καὶ τοῖς παραλαμβάνουσι πάτριοι. *Quartum autem genus monarchiæ regalis complectitur illas, quæ temporibus heroicis floruerunt, quibus populi ſua ſponte parebant, quæque erant avitæ, & patriæ, & legitimæ: quia enim primi de populo bene meriti fuiſſent, vel tradendis artibus vel bellis gerendis, aut quia diſperſos congregaſſent, aut quia ſolum agrumque præbuiſſent, reges a voluntariis creabantur, regnumque quod obtinuerant ſuis liberis ac poſteris tradebant.* THUCYDIDES quoque *initio* ſuæ *Hiſtoriæ*, (β) loquens de antiquo Græciæ ſtatu, πρότερον, inquit, ἦσαν ἐπὶ ῥητοῖς γέρασι πατρικαὶ βασιλεῖαι.

(α) *Tom.* III *opp. pag.* 476. *E.* (β) *s. lib.* I. *pag.* 10. *A.*

ἦσαν. *Prius regna hereditaria erant, & certis honoribus definita.* Id eſt, ut ait SCHOLIASTES, (α) ἀπὸ τῶν πατέρων παραλαμβανόμεναι κατὰ διαδοχὴν γένους, *quæ a parentibus tradita, ſucceſſione generis filii accipiebant.* Exempla hujus rei paſſim obvia ſunt in priſcis hiſtoriis; in ipſo adeo HOMERO. Uti cum Telemachus dicitur ab Antinoo jure hereditario habere regnum Ithacenſium *Odyſſ.* I: (β)

- - ὅ τοι γενεῇ πατρώϊόν ἐστιν,
- - *quod tibi genere paternum eſt.*

Et magnam habitam regii generis rationem liquet ex oratione Amphinomi *Odyſſ.* XVI: (γ)

- - δεινὸν δὲ γένος βασιλήϊόν ἐστι
Κτείνειν, - - - -
- - *arduum eſt regium genus*
Occidere. - - -

§. IV. Accidit tamen *nonnunquam*, ut *filii ad ſucceſſionem* paterni regni *non admitterentur*; utique *ob* aliquod *oraculum.* Quod obſervavit EUSTATHIUS ad *Odyſſ.* III, (δ) ubi Neſtor miratus

(α) *ad h. l.* (β) v. 387. (γ) v. 401. (δ) v. 215. *pag.* 1464. *lin.* 25.

Digitized by Google

Telemachum a procis rejectum rogat, num cum odio habeant populi

- - - ἑσπόμενοι θεοῦ ὀμφῇ,

- - - *ſequentes dei vaticinium.*

Idemque repetit Ulyſſes *Odyſſ. libr.* XVI. (α) Magnam profecto vim habuerunt apud priſcos oracula in conſtituendo imperio. Sic enim Pythia conſulta Medonti Codri filio arrogavit regnum Athenarum, repulſo Neleo fratre, qui cum eo de hac dignitate contendebat, ut eſt apud PAUSANIAM *Achaicis*, (β) & ÆLIANUM *lib.* VIII. *cap.* V. Eadem confirmavit Gygem imperio potitum cæde Candaulis, teſte HERODOTO *Clio.* (γ) Juſſit etiam utrumque Ariſtodemi filium Euryſthenem & Proclem reges a Lacedæmoniis agnoſci, EODEM referente *Erato.* (δ) Atque hæc cauſa, cur Amphinomus cenſeat conſulendam Jovis Dodonæi voluntatem, antequam Telemacho regis filio ac heredi necem inferant, *Odyſſ.* XVI. (ε) Nimirum quia a Jove regnum tribui credebant,

Σκηπ-

(α) ℣. 96. (β) *s. lib.* VII. *c.* 2. *pag.* 523. *ſeq.* (γ) *s. lib.* [illegible] *c.* 13. *p.* 6. (δ) *s. lib.* VI. *c.* 52. *p.* 350. (ε) ℣. 402. *ſeqq.*

Σκηπτοῦχος βασιλεὺς, ᾧτε Ζεὺς κῦδος ἔδωκεν, *Sceptriger rex, cui Jupiter gloriam dedit*, *Iliad.* I. (α) Indeque reges Homero paſſim (β) dicti Διογενεῖς, Διοτρεφεῖς, *a Jove geniti ac nutriti.* Quare apud Lacedæmonios etiam, quorum imperium antiquæ Græciæ maxime conforme, „ Ephori nono quoque anno, ſerena nocte, & luna obſcura, cœ- „ lum taciti inſpectare conſueverant: „ quodſi trajiciebatur ſtella, reges „ offendiſſe Deos judicabant, & im- „ perio privabant, donec Delphis vel „ Olympia aſſereretur oraculum, quod „ eos ſublevaret „ ut narrat Plutarchus *in Vita Achidis.* (γ)

(α) v. 279. (β) Vid. not. (γ) Tom. I opp. p. 800. B.

Digitized by Google

CAPUT SECUNDUM.

De regia poteſtate ac officio.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Regiæ poteſtatis Græcorum
Qualitas §. I.
Objectum & exercitium, in
Bello §. II.
Pace §. III.
Sacris §. IV.
Convenientia cum illa Romanorum §. V.

§. I.

NOn erat libera ac abſoluta priſcorum Græciæ regum *poteſtas;* ſed certis *legum terminis circumſcripta.* Ita namque DIONYSIUS HALICARNASSEUS *Antiquit. Rom. lib.* V. (α) cum dixiſſet ſingulis Græciæ civitatibus olim præfuiſſe: Πλὴν οὐκ, inquit, δεσποτικῶς, ἀλλὰ κατὰ νόμους τε καὶ ἐθισμοὺς πατρίους. *Non barbarica licentia dominabantur, ſed juxta leges ac mores patrios regnum exercebant.* Eratque optimus rex, qui eſſet juſtiſſimus & legum ſervantiſſimus, nusquam ab inſtitutis patriis diſcedens. Quod notat HOMERUS, (β) cum

(α) *pag.* 337. *lin.* 1. (β) *Vid. not.*

cum reges vocat δικασπόλους & θεμιστοπόλους, *juris tractatores.* Denique regnatum eſt ἐπὶ ῥητοῖς γέρασι *certis honoribus, & conditionibus*, uti apud Lacedæmonios.

§. II. Atque hunc in modum explicat ARISTOTELES *lib.* III. *Polit. cap.* XIV (α) regum ſtatum, qualis erat temporibus heroicis: Αὕτη δ' ἦν ἑκόντων μὲν, ἐπί τισι δ' ὡρισμένοις· στρατηγὸς γὰρ ἦν καὶ δικαστὴς ὁ βασιλεὺς, καὶ τῶν πρὸς τοὺς θεοὺς κύριος. Id eſt: *Dux belli erat rex, judex controverſiarum, & dominus ceremoniarum erga Deos.* Demonſtrat vero hoc e Republica Lacedæmoniorum, apud quos ait, (β) εἶναι βασιλείαν μάλιστα τῶν κατὰ νόμον, *eſſe regnum ex illorum numero, quæ maxume ſunt legitima.* Illic rex non habebat poteſtatem omnium; niſi cum gereret bellum, ſacrorum præterea princeps. Idemque apud antiquiores obtinuiſſe colligit ex HOMERO; qui Agamemnonem quidem ſcribit in concionibus aſperioribus verbis imperitum, at in prælio mortem fugacibus interminantem,

 - πὰρ

(α) *Tom.* III. *opp. pag.* 477. *B.* (β) *l. c. pag.* 479. *D.*

Digitized by Google

- - - πὰρ γὰρ ἐμοὶ θάνατος.
- - - *penes me enim mortis arbitrium.*

Inquit.

§. III. Ergo *prima* ac maxima fuit regum *poteſtas in bello*: *altera* ſtrictior quidem, ſed nobilior *in pace*, juſtitia adminiſtranda; unde θεμιστοπόλοι *juris tractatores* dicti. Nimirum hæc iis originem dedit; uti luculento exemplo patet apud HERODOTUM *Clio*, (α) ubi narrat Deïocem juris dicundi ergo, ad regnum a Medis eſſe evectum. Quod & apud Romanos antiquitus factum cenſet CICERO: *Mihi quidem non apud Medos ſolum, ut ait Herodotus, ſed etiam apud majores noſtros, ſervandæ juſtitiæ cauſa videntur olim bene morati reges conſtituti. Offic. lib.* II. (β)

§. IV. Poſtremo & *rebus ſacris* præerant: κύριοι θυσιῶν, ὅσαι μὴ ἱερατικαί. *poteſtatem habentes ſacrificiorum, modo non eorum, quæ ad Sacerdotes pertinebant*, ait ARISTOTELES. (γ) Quod adeo convenire cenſuerunt regiæ dignitati, ut ea

(α) *s. lib.* I. *c.* 96. *pag.* 42. (β) *cap.* XII. *Vol.* X *opp. p.* 3580. (γ) *loc. ſup. cit. p.* 476. *fin.*

Digitized by Google

ea remota in multis Græciæ civitatibus βασιλεῖς ἱερῶν *Reges ſacrorum* permanſerint; uti apud Athenienſes peculiariter factum docet DEMOSTHENES *in Neæram*, (α) & PLATO *in Politico*: (β) Τῷ γὰρ λαχόντι βασιλεῖ φασὶ τῇδε τὰ σεμνότατα καὶ μάλιστα πάτρια τῶν ἀρχαίων θυσιῶν ἀποδεδέσθαι. *Nam & apud vos, ajunt, creati regis fidei auguſtiſſima ſacra & maxime patrios antiquiſſimarum religionum ritus tribui, atque demandari.*

§. V. Idem inſtituerunt *Romani*, ut eſt apud DIONYSIUM HALICARNASSEUM *lib.* V, (γ) cum exactis regibus, ut eorum aliquod extaret ſimulacrum, deſignarunt aliquem ex ſenioribus quam maxime idoneum, ὃς οὐδενὸς ἤμελλεν ἕξειν ἑτέρου, πλὴν τῶν περὶ τὰ θεῖα σεβασμάτων τὴν προστασίαν, ἁπάσης λειτουργίας πολεμικῆς ἀφειμένος, ἱερῶν καλούμενος βασιλεύς. *Qui præter cultus divini curam nulli alii præeſſet muneri; is ab omnibus militaribus & civilibus muneribus immunis, vocabatur rex ſacrorum.* Omnino *ex Græco ritu;* qui etiam a Romulo in conſtituendis regibus antea erat obſervatus

(α) *pag.* 873. C. (β) *Tom.* II *opp. pag.* 290. *fin.* (γ) *p.* 278. *lin.* 9. *ſeqq.*

Digitized by Google

vatus. Triplex enim regis munus eſſe voluit. „ Primum, ut ſacrifi-
„ ciorum & reliquorum ſacrorum
„ penes eum eſſet principatus, per
„ eumque gereretur, quicquid ad pla-
„ candos pertinet Deos. Deinde, ut
„ legum ac conſuetudinum patriarum
„ haberet cuſtodiam, omniſque juris,
„ quod vel natura dictat, vel pacta &
„ tabulæ ſanciunt, curam ageret; ut-
„ que de graviſſimis delictis ipſe de-
„ cerneret, leviora permitteret ſena-
„ toribus, providendo interim, ne
„ quid in judiciis peccaretur, utque
„ ſenatum cogeret, populum in con-
„ cionem convocaret; primus ſenten-
„ tiam diceret; quod pluribus placu-
„ iſſet, ipſe ratum haberet. Deni-
„ que ſummum ei tribuit in bello
„ imperium. „ *Antiq. lib.* II. (*a*) Quæ quidem officia antiquis Græciæ regibus erant demandata.

CAPUT

(*a*) *pag.* 87. *lin.* 6. *ſeqq.*

Digitized by Google

CAPUT TERTIUM.

De Dominio regio.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Agri portio §. I. *ejusque Cultura* §. II.
Tributa §. III. *unde orta*
Aeraria §. IV.

§. I.

REgiæ dignitatis veluti auctoramentum fuit Τέμενος, *certa agri portio*, quam populus honoris ergo principi dicabat ac donabat. ARISTIDES *Orat. in Minervam:* (α) Τοῖς βασιλεῦσι καὶ τοῖς ἡγεμόσι τεμένη καὶ χώρους ἐξαιροῦσι. *Regibus & principibus loca certa definitaque excipi ſolent.* Unde & γέρας *præmium honorificum* vocat POETA *Odyſſ.* XI. (β) Sic Sarpedon Glaucum incitans ad pugnam, inter alia quibus primi apud Lycios reges inſigniebantur,

> Καὶ τέμενος, inquit, νεμόμεσθα μέγα Ξάνθοιο παρ' ὄχθας,
> Καλὸν, φυταλιῆς καὶ ἀρούρης πυροφόροιο.

Et

(α) *Tom.* I. *pag.* 22. *d.* (β) v. 184.

Et agri portionem colimus magnam Xanthi ad ripas,
Amoenam, vitifero ſolo & frugifero.

Iliad. XII. (α) Sed & Prœtus cum Bellerophontem poſt multa inſigniter geſta didiciſſet divino ſemine prognatum, & *ei dedit*

- - τιμῆς βασιληΐδος ἥμισυ πάσης,
- - *dimidium regii honoris;*

& Lycii

- - τέμενος τάμον ἔξοχον ἄλλων,
- - *portionem agri dederunt ſeparatam, præſtantem cæteris.*

Iliad. VI. (β) Nec abſimili modo Aſcanius præmium bellicæ virtutis pollicetur Niſo,

- - - *campi quod rex habet ipſe Latinus.*

Æneid. IX. (γ) Ubi SERVIUS: *Mos fuerat, ut viris fortibus ſive regibus pro honore daretur aliqua publici agri particula, ut habuit Tarquinius Superbus in campo Martio, quod ſpatium ab Homero* τέμενος *dicitur. Hoc ergo quod Latinus pro honore de Republica habuit ab Aſcanio, intelligamus eſſe promiſſum.* „ Et vero initio apud Romanos ager magnus & „ uber

(α) ℣. 313. *ſeq.* (β) ℣. 193. *ſeq.* (γ) ℣. 274.

Digitized by Google

liber erat peculiaris regum, ex cujus „ reditibus & ſacra diis faciebant, & „ domi victitabant ſplendide; quem „ Romulus armis paratum Numæ tra- „ didit poſſidendum; Tullus poſtea „ inopibus viritim diſtribuit „ uti eſt apud Dionysium Halicarnasseum *lib.* III. (α)

§. II. Atque hujus agri *culturæ Reges* ipſi ſtudioſe *erant intenti.* Sic enim *Iliad.* XVIII. (β) Τέμενος βαθυλήϊον, *ager profundæ ſegetis* quod famulis metentibus, Rex ipſe intererat &

Σκῆπτρον ἔχων ἑστήκει ἐπ' ὄγμου γηθόσυνος κῆρ,

Sceptrum tenens ſtabat ſuper manipulorum ſerie lætus corde.

De hoc etiam accipiendum quod *Odyſſ.* XXIV. (γ) Laërtem Regem Poeta dicit λιστρεύοντα φυτόν, *purgantem plantam.* Et quod toties Telemachus ruri eſſe dicitur apud oves ac boves aliaque, quæ ibi poſſidebat; quippe qui τεμένη νέμεται, *lucos colit; Odyſſ.* XI. (δ) Eodem egreditur Augias Rex apud Theocritum: (ε)

Κτῆσιν

(α) *p.* 137. *lin.* 5. *ſeqq.* (β) ℣. 557. *coll.* 550. (γ) ℣. 226. (δ) ℣. 184. (ε) *Idyll.* XXV. ℣. 57.

Κτῆσιν ἐποψόμενος, ἥ οἱ νήριθμος ἐπ' ἀγρῶν.
Inſpecturus opes, quæ illi innumerabiles ruri ſunt.

Erat hoc regum veluti patrimonium *non procul ab urbe ſitum*, ut liquet de illo Alcinoï *Odyſſ.* VII. (α)

§. III. Sed & *tributa* fuerunt Regibus *perſoluta*, ut conſtat ex *Iliad.* IX, (β) ubi Agamemnon Achilli pollicetur, ſe cum filia daturum ſeptem oppida, viris divitibus ac opulentis habitata, qui cum multis muneribus proſecuturi ſint,

Καί οἱ ὑπὸ σκήπτρῳ λιπαρὰς τελέουσι θέμιστας.
Et ejus ſub ſceptro opulenta ſolvent tributa.

SCHOLIASTES: (γ) Ὅσα δεῖ βασιλέα λαμβάνειν παρὰ τῶν ὑπηκόων, εὐκόλως δώσουσι· τοῦτ' ἔστι καὶ ὑποταγέντες αὐτῷ κατὰ τὸ δίκαιον, λαμπροὺς τελέσουσι φόρους. *Reditus, quoscunque regi debent ſubditi, haud ægre dabunt; ſeque hoc ipſo juſta ratione ipſi ſubditos eſſe profitentes, opulenta tributa ſolvent.* Ita jampridem apud antiquiſſimos etiam Reges certa onera fuerunt ſubditis ſuſtinenda. Quæ belli urgentis tempore ingravata fuiſſe colligitur ex *Iliad.* XVII, (δ) ubi Hector ait, *ſe donis ac commeatu*

(α) v. 112. *ſeqq.* (β) v. 156. (γ) *ad h. l.* (δ) v. 225.

meatu exhaurire Trojanos ad alendos milites auxiliares :

Τὰ φρονέων δώροισι κατατρύχω καὶ ἐδωδῇ
Λαούς. - - - - -

§. IV. Cæterum primus Rex Orchomeni Minyas, collecto ampliore theſauro, *ærarium* conſtruxit, teſte in *Bœoticis* PAUSANIA: (α) Πρόσοδοι δὲ ἐγίνοντο τῷ Μινύᾳ τηλικαῦτα μέγεθος, ὡς ὑπερβαλέσθαι τοὺς πρὸ αὐτοῦ πλούτῳ, θησαυρόν τε ἀνθρώπων, ὧν ἴσμεν, Μινύας πρῶτος ἐς ὑποδοχὴν χρημάτων ᾠκοδομήσατο. *Tributa tam ampla fecit Minyas, ut omnes, qui ante ipſum fuerunt opulentia facile ſuperaret; idemque hominum, quantum nobis ſcire datum eſt, primus fuit, qui ad reponendas opes ærarium exſtruxit.* Unde SCHOLIASTES HOMERI in *Odyſſ.* XI, (β) ἀσυλίας *ſanctitatis* nomine Orchomenon celebrat, *ubi* τότε καὶ οἱ κοινοὶ ἐτίθεντο τῶν πόλεων θησαυροί, *tum temporis publici urbium theſauri reponebantur.*

CAPUT

(α) *c. lib.* IX. *c.* 36. *p.* 783. (β) *v.* 458.

CAPUT QUARTUM.

De Regum inſignibus.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Sceptrum, cujus
Etymologia §. I.
Materia §. II.
Ornatus §. III.
Homonymia §. IV.
Uſus, in
Muneris publici functione §. V.
Jure dicendo §. VI.
Diadema, quo pertinent
Corona §. VII.
Purpura &c. §. VIII.

§. I.

INſigne regni antiquitus potiſſimum fuit *ſceptrum*, quod βασιλικὴν ῥάβδον, *regiam virgam* ſeu *baculum* interpretatur ETYMOLOGUS παρὰ τὸ σκήπτω τὸ ἐπικουμβίζω· ἀπὸ τοῦ σκήπτεσθαι καὶ ἐπερείδεσθαι αὐτῷ ſeu σκηρίπτεσθαι, *quod eo fulcirentur ac inniterentur;* ut aperte notat HOMERUS *Odyſſ.* XVII. (*a*) quemadmodum Agamemnon conſtitit

Τῷ ὄγ' ἐρεισάμενος, - - - -
(*Sceptrum tenens*) *quo ille innitebatur.*
Iliad.

(*a*) *in* voc. σκῆπτρον.

Iliad. II. (α) ſicuti apud OVIDIUM *Metamorph. lib.* I. (β) *Jupiter*

- - *ſceptroque innixus eburno.*

§. II. Ac HOMERUS (γ) quidem Agamemnonis ſceptrum maxime celebrat, a Vulcano fabrefactum, & jam inde a majoribus ſibi in manus traditum. Ait vero *ex arbore* demptis foliis reciſum; (δ) quem in modum VIRGILIUS *Æneid.* XII, (ε) illud regum Latinorum ſceptrum compoſuit.

Olim arbos, nunc artificis manus ære decoro
Incluſit, patribusque dedit geſtare Latinis.

Sic HESIODUS Θεογονία (ζ) ait, Muſas ſibi dediſſe ſceptrum

- - - δάφνης ἐριθηλέος ὄζον
- - - *virgultum viride lauri.*

PINDARUS *Olymp.* VII. (η) commemorat σκᾶπτον σκληρᾶς ἐλαίας, *ſceptrum duræ oleæ*, quo occiſus Licymnius.

§. III. Accedebat huic ligno *ornamentum* aurei clavi; unde

Χρυσείοις ἥλοισι πεπαρμένον·
Aureis clavis diſtinctum,

L HOMERO

(α) ℣. 109. (β) ℣. 178. (γ) *Iliad.* II. ℣. 102. *ſeqq.*
(δ) *Iliad.* I. ℣. 235. (ε) ℣. 210. (ζ) ℣. 30.
(η) ἀντίστρ. β. ℣. 4. *ſeq.*

HOMERO dicitur. (α) Aureo etiam ſceptro inſignitus Minos dicitur:

Χρύσεον σκῆπτρον ἔχοντα, θεμιστεύοντα νεκύεσσιν,

Aureum ſceptrum habens, jus dicere mortuis,

Odyſſ. XI. (β) Similiter Tireſias apud inferos

Χρύσεον σκῆπτρον ἔχων - -

Aureum ſceptrum habens, - -

(γ) & Chryſes

Χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ· - - -

Aurea cum ſceptro, - - -

Iliad. I. (δ)

§. IV. Porro JUSTINUS *Hiſt. lib.* XLIII (ε) dictat, ſceptra Regum antiquiſſimorum fuiſſe haſtas: *Per ea adhuc tempora Reges haſtas pro diademate habebant, quas Græci* σκῆπτρα *dixere. Nam & ab origine rerum, pro diis immortalibus veteres haſtas coluere.* Hoc utique nomine Agamemnonis illud avitum ſceptrum colebant Chæronenſes, ut eſt apud PAUSANIAM *Bœoticis.* (ζ) Τοῦτο τὸ σκῆπτρον σέβουσι δόρυ ὀνομάζοντες. *Hoc ipſum ſceptrum colunt,* δόρυ *illud, id eſt haſtam vocantes.*

(α) *Iliad.* I. ꝟ. 246. (β) ꝟ. 568. (γ) *l. c.* ꝟ. 91. (δ) *Iliad.* I. ꝟ. 15. (ε) *cap.* III. *comm.* 3. *ſeqq.* (ζ) *s. lib.* IX. *c.* 40. *p.* 795.

Digitized by Google

vocantes. Et eo trahit TURNEBUS, (α) quod ille apud EURIPIDEM *Hecuba* (β) dicitur,

. . λαῶν εὐθύνων δορὶ,
. . *haſta populum regens.*

Sed enim quo minus id ἁπλῶς *ſimpliciter* recipiatur, facit manifeſta diſtinctio, quam in utroque paſſim HOMERUS notat; peculiariter *Odyſſ.* II (γ) initio, ubi Telemachus in concionem abit, haſta in manus ſumpta; ac dein locuturus accipit a præcone ſceptrum. Ad minoris haſtæ ſeu ἀκοντίου *teli* formam, ſceptrum forte acceſſit, ut inde denominatum ſit.

§. V. Porro ſceptrum hoc *in manus ſumebant reges*, quoties *publico* aliquo *munere erant functuri.* Sic Neſtor *Odyſſ.* III. (δ) mane egreſſus domo conſedit præ foribus σκῆπτρον ἔχων *ſceptrum gerens*, circumſtantibus undequaque natis, uxore aliisque, cum ſolenne Palladi ſacrificium eſſet oblaturus. Agamemnon vero etiam populum ad concionem vocaturus,

(α) *Adverſ. lib.* XXII. *c.* XII. *Tom.* III *opp. p.* 719. (β) *Verſ.* 9. (γ) *ſ. v.* 10. *coll.* 37. (δ) *v.* 412.

Εἵλετο σκῆπτρον πατρώϊον, ἄφθιτον αἰεί,
Sumſit ſceptrum paternum, immortale ſemper.

Idque Ulyſſes ab eo ſumptum, velut regia poteſtate inſignis, Græcis diſcedentibus oſtendit, atque eos Agamemnonis nomine permanere in caſtris hortatus eſt, *Iliad.* II. (*α*)

§. VI. *Potiſſimum* vero *hoc uſi* Reges, *cum jus dicerent*, tanquam juſtitiæ ac veritatis inſigni; ut ejus erectio ſacramenti obtinuerit vim. ARISTOTELES *lib.* III. *cap.* XIV: (*β*) Καὶ πρὸς τούτοις, τὰς δίκας ἔκρινον· τοῦτο δ' ἐποίουν, οἱ μὲν οὐκ ὀμνύοντες, οἱ δ' ὀμνύοντες· ὁ δ' ὅρκος ἦν τοῦ σκήπτρου ἐπανάτασις. *Adhæc quæſtiones decidebant: hoc autem fecerunt tum jurati, tum non jurati. Jusjurandum vero fuit ſceptri elevatio.* Cujus rei exemplum luculentiſſimum *Iliad.* X: (*γ*) *

Ἀλλ' ἄγε μοι τὸ σκῆπτρον ἀνάσχεο, ἠδὲ ὄμοσσον,
Sed age, ſceptrum eleva, mihique jura.

Ab hoc ritu POETA ſcribit, (*δ*) Minoëm inferorum judicem

Χρύσεον σκῆπτρον ἔχοντα, θεμιστεύοντα νεκύεσσιν,
Aureum

(*α*) ℣. 46. & 186. ſeqq. (*β*) Tom. III opp. p. 477. A. (*γ*) ℣. 321. (*δ*) Odyſſ. XI. ℣. 568.

Aureum gerentem ſceptrum, manibus jus dicere.

Hinc apud PHILOSTRATUM *lib.* I. *de Vit. Apoll.* (α) Τὰ λεγόμενα ἠχὼ εἶχεν, ὥσπερ ἀπὸ σκήπτρου θεμιστευόμενα. *Quæ ab eo proferebantur ſonitum, velut regia edicta habebant.* Quare PINDARUS θεμιστεῖον vocat *Olymp.* I, (β) loquens de Hierone Siciliæ Rege,

θεμιστεῖον ὃς ἀμφέπει
σκᾶπτον, - -
Juſtum qui adminiſtrat
Sceptrum. - -

Ita vero etiam VIRGILIUS *Æneid.* VII: (γ)

Hoc Priami geſtamen erat, cum jura vocatis
More daret populis, ſceptrumque, ſacerque tiaras.

§. VII. *Diadema* etiam connotari vult SERVIUS, (δ) *faſciolam, qua Regum capita antiquitus redimita* conſtat. In eo *corona* maxime fuit conſpicua, quam cum ſceptro conjunxit in Æete Colchorum Rege ORPHEUS: (ε)

 Ἀμφὶ

(α) *c.* 17. *pag.* 22. (β) ἀντίστρ. α. *v.* 1. (γ) *v.* 246. (δ) *ad h. l. coll. not. noſtr.* (ε) *Argon. verſ.* 811. *ſeq.*

Digitized by Google

Ἀμφὶ δέ οἱ στεφάνην κεφαλὴ ἔχε θυσσανό-
εσσαν
Ἀκτῖσιν φλογέαις· σκῆπτρον δ' ἐν χερσὶν
ἐνώμα.
*Caput vero redimitus erat corona fim-
briata*
*Radiis ardentibus, ſceptrum vero in ma-
nibus movebat.*

HOMERUS tamen coronam Regibus non aſcribit, ad Deos ac cœleſtia magis referens, auctore PLINIO. (α)

§. VIII. *Veſtis* porro *regia*, non multum ab aliis diſtincta; uti videre eſt initio *Iliad.* II. (β) ubi Agamemnon ſurgens induit tunicam, pallio humeris circumpoſito, ſubligatis pedibus calceamentis, gladioque accinctus, ac ſceptro munitus egreditur. Idem Græcos ad prælium incitans in manu habuit

Πορφύρεον μέγα φᾶρος, – –
Purpuream magnam pallam; – –

(γ) ἕνεκα τοῦ εὐχερῶς ἑαυτὸν σημᾶναι τοῖς Ἕλλησιν, ait SCHOLIASTES, (δ) *ut ſe poſſet facilius Græcis indicare.* Alioqui notum

(α) *Hiſtor. Natur. libr.* XVI. *c.* IV. *Tom.* II. *pag.* 225. *Verba, vid. ſupr. pag.* 82. (β) *ſeu* v. 42. *ſeqq.* (γ) *Iliad.* VIII. v. 221. (δ) *ad h. l.*

notum purpuram antiquorum regum fuiſſe inſigne; atque adeo pugnæ ſignum, non apud Græcos modo, ſed & Romanos.

CAPUT QUINTUM.

De regiis Miniſtris.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Miniſtri privati §. I.
Publici, s. Præcones,
quorum munus in
Concione §. II.
Nuntiis perferendis §. III.
Comitatibus §. IV.
Sacris §. V.
Miniſterium proprium §. VI.

§. I.

UT omnia priſcorum illorum Regum tenuia fuerunt, & exigui apparatus; ita quoque non magnifico ſtipati erant ſatellitio ac comitatu. Certe Telemachus, ad quem pertinebat Ithacæ regnum, duobus

tantum ſequentibus canibus egreditur ad concionem *Odyſſ.* II: (α)

Οὐκ οἶος, ἅμα τῷ γε δύω κύνες ἀργοὶ ἕποντο,

Non ſolus, una illum duo canes albi ſequebantur.

Apud THEOCRITUM (β) etiam Augias agrum petit, Hercule ac filio comitatus:

Σὺν δ' υἱός τε, βίη τε πολύφρονος Ἡρακλῆος,

Cumque ipſo filius erat, ipſeque prudens Hercules.

Similiter apud VIRGILIUM *Æneid.* VIII. (γ) Euandro cum Ænea exeunte,

. . Gemini cuſtodes limine ab alto
Procedunt, greſſumque canes comitantur herilem.
Filius huic Pallas, olli comes ibat Achates.

In bello quidem adjuncti paſſim *θεράποντες miniſtri, tota Iliade:* qualis Patroclus Achillis, (δ) Meriones Idomenei, (ε) Lycophron Ajacis, (ζ) aliique permulti, quos veluti *ὁπλοφόρους armigeros* fuiſſe HESYCHIUS (η) cenſet. Hujus-

(α) ℣. 11. (β) *Idyll.* XXV. ℣. 110. (γ) ℣. 461. *ſqq.* (δ) *Iliad.* XVI. ℣. 279. (ε) *Iliad.* XXIII. ℣. 113. 124. 528. *&c.* (ζ) *Iliad.* XV. ℣. 430. (η) *Vid. not.*

Digitized by Google

Hujusmodi apud Virgilium (α) Acetes, qui

> - - *Parrhaſio Evandro*
> *Armiger ante fuit.* - -

§. II. Sed enim *in publico miniſterio* præcipue celebrati Κήρυκες *Præcones*, qui operam præſtabant Regibus in omni officii parte. Unde Hesychio (β) dicti οἱ διάκονοι, οἱ τὰς ὑπηρετικὰς ἐπιτελοῦντες πράξεις, *miniſtri, ſervilia officia ſubeuntes.* Hi populum Regis nomine in concionem convocabant; *Iliad.* II. (γ)

> Αὐτὰρ ὁ κηρύκεσσι λιγυφθόγγοισι κέλευε
> Κηρύσσειν ἀγορήνδε καρηκομόωντας Ἀχαιούς.
> *Sed is præcones canoros juſſit*
> *Convocare ad concilium comantes Achivos.*

Quod & repetitur *Odyſſ.* II. (δ) Silentium quoque indicebant, ut audientiam dicturis facerent, quibus ſceptrum tradebant; *Iliad.* II: (ε)

> Κήρυκες βοόωντες ἐρήτυον, εἴποτ' ἀϋτῆς
> Σχοίατ', ἀκούσειαν δὲ διοτρεφέων βασιλήων.
> *Præcones vociferantes cohibebant, ut aliquando a clamore*
> *Deſiſterent, & Jovis alumnos reges audirent.*

 Et

(α) Æneid. XI. v. 31. (β) h. voc. (γ) verſ. 50. (δ) v. 6. (ε) v. 97.

Et *Iliad.* XXIII: (α)

- - - - ἐν δ' ἄρα κῆρυξ
Χερσὶ σκῆπτρον ἔθηκε, σιωπῆσαί τ' ἐκέλευσεν,
- - - - *tunc autem præco*
In manus ſceptro poſito, ſilere juſſit.

Sic PLAUTUS *Pœnulo*: (β)

Exurge præco, fac populo audientiam.

Et APULEIUS III. *Mileſia*: (γ) *Jamque ſublimi ſuggeſtu magiſtratibus conſidentibus, jam præcone publico ſilentium clamante.* Soliti autem in Græcia dicere, Σιγῇ πᾶς ἔστω λεώς! Ἀκούετε λεώς! Εὐφημεῖτε, *Sileat omnis populus! audiat populus! favete linguis!* & ſimilia, quæ paſſim obvia.

§. III. *Mittebantur* & κήρυκες *præcones ad perferenda nuntia*, vel ad aliquem accerſendum. Sic Agamemnon mittit Talthybium & Eurybatem ad Briſeidem ab Achille traducendam, *Iliad.* I. (δ) *Odyſſ.* etiam VIII, (ε) præco abit ad accerſendum Demodocum,

- - κῆρυξ δὲ μετῴχετο θεῖον ἀοιδόν.
- - *præco vero cucurrit ad divinum muſicum.*

Porro ſocii Telemachi adventantis præmiſerunt κήρυκα *præconem*

Ἀγγε-

(α) ℣. 568. (β) *Prolog.* ℣. 11. (γ) *p.* 130. *l.* 6. (δ) ℣. 320. (ε) ℣. 47.

Digitized by Google

Ἀγγελίην ἐρέοντα περίφρονι Πηνελοπείῃ,
Nuncium dicturum perprudenti Penelopæ.

Odyſſ. XVI. (α) Sic PLUTARCHUS Theſeo: (β) Κήρυκα δ' ἐπέστειλε τῆς σωτηρίας ἄγγελον εἰς ἄστυ, Caduceatorem autem ſalutis nuncium in urbem miſit. In bello hæc officii pars maxime fuit uſitata, ubi κήρυκες præcones caduceatorum functi munere.

§. IV. Quin & comites erant viris principibus, aut iis quos ad obeundum aliquod munus ipſi mittebant. Odyſſ. XIX. (γ) Ulyſſem

- - κῆρυξ ὀλίγον προγενέστερος αὐτοῦ
Εἵπετο. - - - -
- - præco paulo major natu quam ipſe
Sequebatur. - - - -

Priamus etiam ad Achillem profectus jubetur unum tantum aſſumere κήρυκα præconem. (δ) At Agamemnon, legatis ad Achillem miſſis, addit Hodium & Eurybatem Iliad. IX. (ε) Et Ulyſſes mittens duos ex ſociis ad Læſtrygonas, κήρυκα præconem addit,

Ἄνδρε

(α) ℣. 329. (β) Tom. I opp. p. 9. E. (γ) ℣. 244. (δ) Iliad. XXIV. ℣. 149. (ε) ℣. 170.

Digitized by Google

Ἄνδρε δύω κρίνας, τρίτατον κήρυχ' ἅμ' ὀπάσ-
σας,

Viros duos eligens, tertium præconem una comitem dans.

Odyſſ. X. (α)

§. V. Cæterum erant quoque κηρύκων *præconum partes in ſacris.* Soliti enim *per urbem circumducere victimas*, ſolemniter immolandas, *Odyſſ.* XX. (β)

Κήρυκες δ' ἀνὰ ἄστυ θεῶν ἱερὴν ἑκατόμβην,
Ἦγον, - - - - -

Præcones autem per urbem deorum ſacram hecatomben
Duxerunt.

Idem factum *Iliad.* III. (γ) in ſanciendo fœdere, ubi κήρυκες *præcones* vinum ferunt & miſcent, affunduntque Regibus poſt manus ablutas; *Odyſſ.* VII: (δ)

- - - - σὺ δὲ κηρύκεσσι κέλευσον
Οἶνον ἐπικρῆσαι, ἵνα καὶ Διὶ τερπικεραύνῳ,
Σπείσομεν, - - - - -

- - - *tu vero præconibus impera*
Vinum infundere, ut Jovi fulminatori
Libemus. - - - -

Atque hoc primum fuiſſe Κηρύκων *præconum* munus dictat HERODOTUS, (ε) ut

(α) v. 102. (β) v. 276. (γ) v. 245. (δ) v. 163. (ε) Vid. not.

ut nimirum ſacris libationibusque præeſſent. Unde promanavit illa Κηρύκων *præconum* familia nobilis apud Athenienſes: Cujus quidem λειτουργίαν, *muneris functionem* potiſſimum in mactandis victimis fuiſſe ſcribit CLEIDEMUS *lib.* I. *Protogonia*: (α) Οἱ δὲ γὰρ μαγείρων καὶ βουτύπων ἐπεῖχον τάξιν. *Enimvero hi coquorum & lanionum vices ſubiere.* Quales fuere popæ ac victimarii apud Romanos. Omnino apud HOMERUM in epulis heroicis operam præſtant *Iliad.* XVIII: (β)

Κήρυκες δ' ἀπάνευθεν ὑπὸ δρυῒ δαῖτα πένοντο·
Βοῦν δ' ἱερεύσαντες μέγαν, ἄμφεπον. -

Præcones autem ſeorſim ſub quercu convivium apparantes,
Bovem mactatum magnum hinc inde curabant. - - -

Similiter Telemacho accumbenti κῆρυξ *præco* præbet μοῖραν *carnis portionem*, & vinum infundit *Odyſſ.* XVII. (γ)

§. VI. Quanquam & ipſorum regum hac in parte αὐτοδιακονίαν, *miniſterium*

(α) *apud* ATHENÆUM *Deipnoſ. lib.* XIV. *p.* 660. *A.* (β) ℣. 558. (γ) ℣. 334. *ſeq.*

Digitized by Google

ſterium proprium eſt videre. Sic enim Agamemnon:

- - ἀπὸ στομάχους ἀρνῶν τάμε νηλέϊ χαλκῷ,
- - *fauces agnorum abſcidit duro ferro.*

Iliad. III. (α) Thraſymedes quoque Neſtoris filius ſumpta ſeceſpita bovem ferit. *Odyſſ.* III: (β) nempe *quia pater ſenio præpediebatur*, ait ATHENÆUS *lib.* XIV. (γ) Ita quoque in ſupplicationibus publicis Patroclus & Achilles omnia, ut rite fiant, procurant *Iliad.* IX. (δ) Nuptias celebrante Menelao, Megapenthes ſponſis a poculis eſt. *Odyſſ.* XV. (ε) Atque adeo ἐπετήδευον τὴν αὐτοδιακονίαν, καὶ ἐκαλλωπίζοντο τῇ ἐν τούτοις εὐστροφίᾳ, *Sibi id miniſterium obibant, & ſua in ea re ipſis admodum placebat dexteritas*, ait CHRYSIPPUS. (ζ) Quod Theſſalibus antiquitus maxime fuiſſe ſolenne, ſcribit AUCTOR ἀνώνυμος *tecti nominis*, cujus extant *Dorici quidam ſermones de Moribus*: (η) Θεσσαλοῖσι καλὸν τὼς ἵππως ἐκ τᾶς ἀγέλας λαβόντι αὐτὼς δαμάσαι, καὶ τὼς ὀρέας βῶς τε λαβόντι, αὐτὼς σφάξαι καὶ ἐκδεῖραι καὶ κατακόψαι, apud

(α) *Verſ.* 292. (β) *V.* 443. *ſeq.* (γ) *pag.* 660. *B.* (δ) *Verſ.* 199. *ſeqq.* (ε) *Verſ.* 103. (ζ) *apud* ATHENÆUM *lib.* I. *p.* 18. *B.* (η) *Vid. not.*

Digitized by Google

apud Theſſalos moris erat, ut qui equos aut alia e grege montana acceperat, eos ipſe etiam domaret; ita boves quoque mactaret, excoriaret & diſſecaret.

CAPUT SEXTUM.

De Concionibus.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Concionum
Membra §. I.
Ritus §. II.
Locus §. III.
Objectum §. IV.

§. I.

ERant quoque priſcis regibus adjuncti viri ætate ac judicio præſtantes, quorum conſilio, domi militiæque rem publicam adminiſtrabant. Docet hoc luculenter ex HOMERO DIONYSIUS HALICARNASSEUS *lib.* II: (*a*) Τοῖς γοῦν βασιλεῦσιν, ὅσοι τε πατρίους ἀρχὰς παρελάβοιεν, καὶ ὅσους ἡ πληθὺς αὐτὴ κατεστήσατο ἡγεμόνας, βουλευτήριον ἦν ἐκ τῶν κρατίστων, ὡς Ὅμηρός τε καὶ οἱ παλαι-

(*a*) *pag.* 86, *lin.* 18. *ſeqq.*

παλαιότατοι τῶν ποιητῶν μαρτυροῦσι· καὶ οὐχ', ὥσπερ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις, αὐθάδεις καὶ μονογνώμονες ἦσαν αἱ τῶν ἀρχαίων βασιλέων δυνασεῖαι. *Reges qui hereditarium imperium ſumerent, quosve populus ſibi ipſe præficeret, concilium habebant ex optimatibus, ut Homerus & antiquiſſimi quique Poëtarum teſtantur: neque, ut fit noſtro ſeculo, veteres illi reges ex ſui tantum animi ſententia poteſtatem exercebant.* Atque ex hoc ritu tradit Romulum conſtituiſſe ſenatum ex Patribus, qui dicti *conſcripti*. HOMERUS vocat βουλὴν γερόντων, *concilium ſenum*, quo primum deliberabatur, quæ populo erant pro concione dicenda: ut videre eſt *Iliad.* II: (α)

> Βουλὴν δὲ πρῶτον μεγαθύμων ἷζε γερόντων,
> *Concilium autem primum juſſit ſedere magnanimorum principum.*

Ubi „ ſomnium principibus Græcorum Agamemnon enunciat, & „ conſilium de tentandis fuga propoſita Græcorum animis, ut cum „ optimatum aſſenſu in populum „ evulgentur, quod fit ſtatim coacta „ concione. „ Quod obſervavit etiam ARISTOTELES *Ethic. lib.* III. *cap.* V: (β) Δῆλον

(α) v. 53. (β) *Tom.* III *opp. pag.* 41. *A.*

Digitized by Google

Δῆλον δὲ τοῦτο καὶ ἐκ τῶν ἀρχαίων πολιτειῶν, ἃς Ὅμηρος ἐμιμεῖτο· οἱ γὰρ βασιλεῖς ἃ προέλοιντο ἀνήγγελλον τῷ δήμῳ. *Perſpici hoc etiam poteſt ex veteribus reipublicæ adminiſtrandæ formis, quas Homerus imitabatur. Nam quibus de rebus reges conſilium ceperant, eas populo renunciabant.*

§. II. In concionibus porro *cathedris* diſpoſitis *conſidebant* univerſi, *ſtante eo, qui verba facturus erat*, & quidem *in medio Iliad.* II: (α)

Σπουδῇ δ' ἕζετο λαὸς, ἐρήθυεν δὲ καθέδρας,
Παυσάμενοι κλαγγῆς· ἀνὰ δὲ κρείων Ἀγαμέμνων
Ἔστη, σκῆπτρον ἔχων. - - -
Vix tandem reſedit populus, tenebantque ſedes
Ceſſantes a clamore: at rex Agamemnon
Surrexit, ſceptrum tenens. - -

Sic *Iliad.* XIX. (β) in concione primi conſederunt Diomedes & Ulyſſes, poſteaque Agamemnon, etſi ille concionatus ſit

- - ἐξ ἕδρης, οὐδ' ἐν μέσσοισιν ἀναστάς,
- - *e ſede, neque inter medios prodiens*

certa de cauſa præpeditus. Similiter

 congre-

(α) Verſ. 99. (β) Verſ. 77.

congregatis Ithacenſibus *Odyſſ.* II: (α) Telemachus *conſedit in patris ſede,*

Ἕζετο δ' ἐν πατρὸς θώκῳ. - -

Et poſtea (β) concionaturus

Στῆ δὲ μέσῃ ἀγορῇ, - -

Stetit in media concione, - -

ſceptro tradito, ut & fit a Menelao *Iliad.* XXIII. (γ) Poſtquam eſſent *locuti, in ſedem ſe recipiebant, alio conſurgente;* quemadmodum *Iliad.* VII. (δ) in concione Trojanorum Antenor

- - ὅγ' ὣς εἰπὼν κατ' ἄρ' ἕζετο· τοῖσι δ' ἀνέστη

Δῖος Ἀλέξανδρος Ἑλένης πόσις ἠϋκόμοιο.

- - *ita locutus reſedit: inter hos autem ſurrexit*

Nobilis Alexander Helenæ maritus pulchræ comas.

§. III. Fiebat hoc *in arce, ubi forum* Trojanorum diſerte collocatur *Odyſſ.* VIII. (ε) In aliis etiam urbibus *celebriore* erat *loco*, ut videre eſt e veteris Græciæ monimentis. Formam vero luculenter deſcribit PHILOSTRATUS *lib.* VI. *de Vit. Apollon.* (ζ) Τὸ δὲ χωρίον ἐν ᾧ ἵδρυται, φασὶ μὲν προσεοικέναι ἀγορᾷ ἀρχαίᾳ·

(α) v. 14. (β) v. 37. (γ) v. 566. *ſeq.* (δ) v. 354. (ε) v. 16. (ζ) *c.* IV. *p.* 283.

Digitized by Google

χεῖα· οἷαι τῶν ἀγορῶν ἐν πόλεσί ποτε οἰκηθείσαις λείπονται στηλῶν περιεχόμεναι τρύφη, καὶ τοιχῶν ἴχνη, καὶ θάκους καὶ φλιάς. Ἑρμῶν τε ἀγάλματα, τὰ μὲν ὑπὸ χειρῶν διεφθορότα τὰ δὲ ὑπὸ χρόνου. *Locus vero ubi poſitus eſt, antiquo foro dicunt ſimilem eſſe. Extant ejusmodi fora quædam in vetuſtiſſimis civitatibus, ubi & columnarum viſuntur rudera, & parietum veſtigia. Præterea ſedes & limina, & Hermæ ſimulacra partim manu, partim vetuſtate conſumpta illic etiam conſpiciuntur.*

§. IV. *Habebantur* autem conciones non ſolum *de iis rebus quæ ad reipublicæ ſtatum pertinebant*, ſed etiam *quæ ſpectabant ad privatos.* Ita namque concione Telemachus queritur de procorum violentia ac injuria *Odyſſ.* II. (α) & ipſi metuunt, ne de cæde ſibi intentata, referat ad concionem. *Odyſſ.* XVI. (β)

(α) *Verſ.* 50. *ſeqq.* (β) *Verſ.* 376. *ſeqq.*

CAPUT SEPTIMUM.

De Judiciis.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Judiciorum
Locus §. I.
Ritus §. II.
Præſides §. III.
Judicandi modus §. IV.

§. I.

OMnino vero quævis *controverſiæ diſceptabantur* ſolenni ritu *in foro; judicibus* in hanc rem *conſidentibus*, qui ſuum cuique jus redderent. Sic *Odyſſ.* XII: (α)

- - ἦμος δ' ἐπὶ δόρπον ἀνὴρ ἀγορῆθεν ἀνέστη,
Κρίνων νείκεα πολλὰ δικαζομένων αἰζηῶν.

- - *quando autem ad coenam vir e foro ſurgit,*
Judicans lites multas litigantium juvenum;

Et *Iliad.* XVI. (β) Judices

- - ἐν ἀγορῇ σκολιὰς κρίνωσι θέμιστας,
- - *in foro perverſa edunt judicia.*

Eaque de cauſa eodem apud naves loco dicuntur Achivis fuiſſe ἀγορή τε θέμις τε *forum & judicium*, *Iliad.* XI. (γ)

Locus

(α) ℣. 439. (β) ℣. 387. (γ) ℣. 806.

Digitized by Google

Locus vero τοῦ δικαστηρίου *judicii* peculiariter indicatur *circulo* fuiſſe *comprehenſus Iliad.* XVIII, (α) ubi ἱερὸς κύκλος *ſacer circulus* dicitur, nempe διὰ τὸ πολυχώρητον τοῦ τοιούτου σχήματος, *propter ſpatioſam hujus formæ capacitatem*, ait EUSTATHIUS (β) Unde & SOPHOCLES (γ)

Κυκλόεντα θρόνον ἀγορᾶς,

Orbicularem judicii conſeſſum,

dicit. Ibi *in ſedibus lapideis* θρόνοις λιθίνοις collocantur judices, quos γέροντας POETA (δ) vocat *Senes*, (ε) ἢ τῷ χρόνῳ, οἳ συνέσει καὶ πολυπειρίᾳ πραγμάτων προέχουσιν, ἢ καὶ ἁπλῶς ἄλλως ἔντιμοι, κἂν μὴ τῇ ἡλικίᾳ γέροντες ὦσιν· *vel temporis ratione, qui rerum intelligentia & experientia excellunt, vel ſimpliciter viri inſignes, etiamſi ætate ſenes haud ſint.* Inſigniti quoque ſceptris, ſicuti Reges: ἐστι γὰρ τὸ σκῆπτρον οὐ μόνον βασιλείας, ἀλλὰ καὶ θέμιδος σύμβολον. *Sceptrum enim non regum modo, ſed & judicum inſigne eſt.* Quare *Iliad.* I. (ζ)

 νῦν

(α) *Verſ.* 504. (β) *ad loc. cit. p.* 1158. *lin.* 2. (γ) *apud.* EUSTATHIUM *loc. eod.* (δ) *Verba ſunt* EUSTATHII *ad l. m. c. pag.* 1157. *lin.* 63. (ε) IDEM *ait p.* 1158. *lin.* 1. (ζ) *V.* 237.

Digitized by Google

\- - - νῦν αὖτέ μιν υἷες Ἀχαιῶν
Ἐν παλάμῃς φορέουσι δικασπόλοι, οἵτε θέμιστας
Πρὸς Διὸς εἰρύαται· - - -
\- - - *& nunc id Achivi*
In manibus portant judices, quique jura
A Jove tuentur. - - -

§. II. Obtinuit vero hic *mos* perpetuo apud Athenienſes, *ut judices geſtarent baculos*, quorum deſcriptionem videre eſt apud Aristophanis Interpretes, (α) alioſque veteres Grammaticos. (β) Hodieque etiam apud pleraſque gentes obſervari eandem conſuetudinem conſtat. *Dabantur* autem hæc σκῆπτρα *illis a præconibus in manus; eaque inter dicendum* ſubinde *commovebantur*, ὡς τὰ σκῆπτρα τοῖς λόγοις συνδιαφέροντες· (γ) *quaſi ſceptra ſimul cum ſermone agitarent.* Unde Ulyſſes imperitiæ ac dementiæ arguebatur a Trojanis, quod immoto ſceptro diceret,

Φαίης κεν ζάκοτόν τινα ἔμμεναι, ἄφρονά θ' αὔτως·
Dixiſſes iracundum aliquem eſſe, & itidem dementem.

Iliad. III. (δ) Singulare vero eſt, quod duo

(α) *Vid. in Plut.* v. 277. *& in Veſp.* v. 1105. (β) *Vid. not.* (γ) Eustathius *ait ad Iliad. loc. c. pag.* 1158. *lin.* 5. (δ) v. 220.

Digitized by Google

duo auri talenta propoſita in præmium ac mercedem illis perſolvendam, qui quam rectiſſime ſententiam dicerent. *Cauſam* vero *ipſi*, inter quos erat controverſia, *agebant; teſtibus utrinque* ſui juris collaudatis.

§. III. Atque *hac in parte* illuſtre fuit quoque *Regum munus. Forum* namque & *ipſi frequentabant*, & *jura* ſingulis *dicebant*. In foro utique Rex Læſtrygonum fuiſſe dicitur *Odyſſ.* X. (α) Illic etiam Crœſi filius apud HERODOTUM *Clio*: (β) Τεοῖσί με χρὴ ὄμμασι ἔς τε ἀγορὴν, καὶ ἐξ ἀγορῆς φοιτέοντα φαίνεσθαι; *Quibus me oculis cum ingreſſus judicium, tum & egreſſus conſpici oportet? Thronus variis ornamentis inſignis* hunc in finem regibus erat ſtratus. Ejusmodi laudatur a PINDARO *Od.* IV. *Pyth.* (γ)

- - ᾧ ποτε Κρηθεΐδας
Ἐγκαθίζων, ἱππόταις
Εὔθυνε λαοῖσι δίκας.

- - *cui olim Cretheïdes*
Inſidens, equeſtribus
Dirigebat populis jura.

HERODOTUS *Clio* (δ) quoque narrat, Midam

(α) v. 114. (β) s. *lib.* I. c. 37. *pag.* 15. (γ) ἀντίστρ. ζ. v. 11. (δ) s. *lib.* I. c. 14. *p.* 6.

Midam dedicaſſe Delphis τὸν βασιλήϊον θρόνον ἐς τὸν προκατίζων ἐδίκαζε, *thronum regium, cui olim inſidens jus dicere ſolitus erat.* Idem Athenæus ſcribit de rege Perſarum, Alexandro Magno, Gelone Syracuſarum rege, aliisque *lib.* XII. (α) Usque adeo vero regia antiquitus habita fuit juris tractatio, ut ipſæ *etiam reginæ litibus dirimendis vacaverint;* quod de ea Phæacum ait Homerus *Odyſſ.* VIII: (β)

- - ἀνδράσι νείκεα λύει,
- - *viris lites ſolvit.*

§. IV. Cæterum *ex æquitate rationis ac conſuetudine* potiſſimum *dijudicabantur controverſiæ;* quando raræ aut nullæ priſcis erant leges. Unde & Homero nuſpiam celebres νόμους *leges* obſervarunt Critici; ſed θέμιστας *jura.*

Caput

(α) *pag.* 530. *ſeqq. coll. not. noſtr.* (β) v. 74.

Digitized by Google

CAPUT OCTAVUM.

De Homicidiis.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Homicidii pœna Exilium, quod vel Fuga ſuſceptum §. I. *vel Irrogatum* §. II. *cujus Duratio* §. III. *Redemptio* §. IV.

§. I.

FRequentiſſimum eſt apud HOMERUM crimen *homicidii*; cujus *pœna* exilium. Solum enim paſſim vertunt, qui ei ſe obſtrinxerunt. Medon utique Ajacis frater habitavit in Phylace,

- - *γαίης ἄπο πατρίδος, ἄνδρα κατακτάς,*

- - *procul a patria terra, virum cum occidiſſet.*

Iliad. XV. (α) Apud eundem degebat Lycophron, (β)

- - *ἐπεὶ ἄνδρα κατέκτα Κυθήροισι ζαθέοισι,*
- - *quoniam virum interfecerat Cytheris divinis.*

 Omni-

(α) *Verſ.* 335. (β) *Iliad.* XV. *Verſ.* 432.

Omninoque ſoliti patrata cæde *in præpotentis* alicujus *viri domum ſupplices ſe recipere*, ut dicit POETA *Iliad.* XXIV: (α)

- - - ὅς' ἐνὶ πάτρῃ
Φῶτα κατακτείνας, ἄλλον ἐξίκετο δῆμον
'Ανδρὸς ἐς ἀφνειοῦ, - -
- - - *qui in patria*
Homine interfecto, ad aliam pervenit civitatem
Viri ad divitis domum. - -

Sic Epigeus, occiſo conſobrino, dicitur veniſſe ſupplex ad Achillem *Iliad.* XVI. (β) Theoclimenus in fidem ſe dat Telemachi, fugiens ob cædem contribulis, a cujus conſanguineis ſibi metuit vindictam *Odyſſ.* XV. (γ) Ita vero & Ulyſſes anxie dubitat, quid facturus ſit, tot interfectis procis; cum is etiam qui unum interemit hominem cui pauci auxiliares, aufugiat

- - πηοὺς τε προλιπὼν καὶ πατρίδα γαῖαν,
- - *affinesque relinquens & patriam terram.*

Odyſſ. XXIII. (δ)

§. II.

(α) Verſ. 480. (β) V. 574. (γ) Verſ. 256. ſeqq. (δ) Verſ. 120.

§. II. Ac HOMERUS quidem ait, (α) *concione hac de re habita interfectorum cognatos armis Ulyſſem fuiſſe inſecutos; quibus poſtea Minervæ ſtudio depoſitis pacate regnavit.* At alii pervetuſti Hiſtorici narrant, *eum hac de cauſa exactum fuiſſe Cephallenia, Ithaca & Zacyntho*, uti memoriæ prodidit PLUTARCHUS *Probl. Hellan.* XIV. (β) Et ſane Adraſtus Phrygiæ regis filius, interempto per imprudentiam fratre, ab ipſomet patre ejectus fuit in exilium & omnibus rebus privatus, apud HERODOTUM *Muſa* I. (γ) Unde ad Crœſum confugit, qui eum priſco ritu expiatum in ædes recepit. Id vero maxime *obtinuiſſe in cædibus involuntariis* ſcribit HOMERI SCHOLIASTES in *Iliad.* XXIV: (δ) Ἔθος ἦν παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὸν ἀκούσιον φόνον ἐργασάμενον φεύγειν ἐκ τῆς πατρίδος, καὶ παραγίγνεσθαι εἰς τινος οἰκίαν ἀνδρὸς πλουσίου, καὶ καθίζειν ἐπὶ τῆς οἰκίας συγκεκαλυμμένον καθαρσίων δεόμενον. *Apud veteres mos erat, ut qui cædem involuntariam patraverat, e patria terra fugiens in divitis*

(α) *Odyſſ.* XXIV. v. 420. *ſeqq.* 495. *ſeqq.* 515. *ſeqq.* (β) *Tom.* II *opp. pag.* 294. C. (γ) *ſ. Clio. c.* 35. *p.* 14. (δ) *Verſ.* 480.

divitis cujusdam viri domum ſe reciperet, & obtectus in ejus domo ſe contineret expiationem expetens. Notat hunc morem PAUSANIAS *Eliacis prioribus* (α) in Ætolo Rege, quem ait ἐκ Πελοποννήσου φυγεῖν, ὅτι αὐτὸν οἱ Ἄπιδος παῖδες ἐφ' αἵματι ἀκουσίῳ δίκῃ εἷλον, *ex Peloponneſo aufugiſſe, quoniam Apidis filii ipſum ob cædem involuntariam in jus vocaverant.* Et paulo poſt (β) in Oxylo viro etiam principe cui accidit φυγάδι ἐξ Αἰτωλίας εἶναι· δισκεύοντα γάρ φασιν ἁμαρτεῖν αὐτὸν καὶ ἐξεργάσασθαι φόνον ἀκούσιον, *ut in exilio degeret extra Ætoliam: ajunt enim, ipſum cum diſco luderet a meta aberraſſe & cædem involuntariam patraſſe.* Ita vero etiam in ludo talorum occidit Patroclus Amphidamantis filium νήπιος οὐκ ἐθέλων, *imprudens invitus*, eoque exulare apud Achillem coactus *Iliad.* XXIII. (γ) Quod in hanc rem notavit Juriſconſ. CLAUDIUS SATURNINUS *Digeſt. de pœnis*: (δ) *Apud Græcos*, inquit, *exilio voluntario fortuiti caſus luebantur, ut apud præcipuum Poëtarum ſcriptum eſt Iliad.* Ψ.

§. III.

(α) *l. lib.* V. *c.* 1. *p.* 376. (β) *l. c. cap.* III. *p.* 381.
(γ) ℣. 88. (δ) *l. lib.* XLVIII. *tit.* IX. §. 16.

§. III. Cæterum, exilii hujus tempus fuiſſe annum, tradit SCHOLIASTES EURIPIDIS *Hyppolito*: (α) Ἔθος γὰρ τοῖς ἐφ' αἵματι φεύγουσι ἐνιαυτὸν ποιεῖν ἐκτὸς τῆς πατρίδος. *Moris enim fuit, ut qui ob cædem aufugiſſent, anni tempus extra patriam degerent.* Antiquiſſima utique homicidii pœna quæ haud dubie a primo ejus auctore Caino in cæteros divino jure derivata eſt.

§. IV. Sed enim *redempta* quoque *pretio* pœna illatæ cædis a cognatis occiſi. Sic enim *Iliad.* IX. (β) Ajax obſtinatum Achillis animum ex eo arguit, quod alius pro fratris cæde, etiam accepta ſatisfactione, interfectorem ſinat domi remanere:

- - καὶ μὲν τίς τε κασιγνήτοιο φόνοιο
Ποινὴν, ἢ οὗ παιδὸς ἐδέξατο τεθνειῶτος·
Καί ῥ' ὁ μὲν ἐν δήμῳ μένει αὐτοῦ πολλ' ἀποτίσας,
Τοῦ δέ τ' ἐρητύεται κραδίη καὶ θυμὸς ἀγήνωρ,
Ποινὴν δεξαμένου. - - -
- - *atqui aliquis etiam pro fratris cæde*
Pretium, vel pro ſuo filio accipit occiſo:
Et

(α) *ad* V. 35. (β) V. 628. *ſeqq.*

Et is quidem in civitate manet ibi multis perſolutis,
Alterius autem ſedatur cor & animus elatus,
Pretio accepto. - - -

Ita quoque accipiendum eſt, quod *Iliad.* XVIII. (α) duo litigantes

- - εἵνεκα ποινῆς
Ἀνδρὸς ἀποφθιμένου. - -
- - *mulctæ gratia*
Propter virum interfectum. -

quam alter perſoluiſſe ſe ait, alter negat. Eustathius: (β) Ἦν δὲ παλαιὸν ἔθος, καὶ τὸ ποινὴν ἐστὶν ὅτε δίδοσθαι ὑπὲρ φόνου, καὶ μὴ ἀνάγκην εἶναι φεύγειν ἀεὶ τὴν πατρίδα τὸν πεφονευκότα. *Moris antiquitus erat, etiam pretium ſolvere pro cæde patrata, quo non neceſſe haberet is, qui alterum interfecit, ut ſemper a patria terra exularet.* Scholiastes autem (γ) ὑποφόνια *pecuniam ob cædem ſolutam* interpretatur *ab Atticis dicta*, ἃ ἐδίδοσαν τοῖς οἰκείοις τῶν ἀνῃρημένων οἱ ἀνελόντες, *quam dederunt ſanguinarii cognatis interfecti.* Mulcta utique hujus redemptionis monumenta extant apud Demosthenem (δ) aliosque oratores Græcos. Et mos idem

(α) v. 498. *ſeq.* (β) *ad h. l. p.* 1158. *lin.* 12. *ſeqq.* (γ) *ad eund. loc.*

idem hodieque paſſim obtinet apud ſeptentrionales nationes; uti olim Longobardis fuiſſe in uſu ex multis quæ ſuperſunt legibus apparet.

CAPUT NONUM.

De Furtis ac Rapinis.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Furtorum
Origo & Frequentia §. I.

De iis
Opinio §. II.
Actiones §. III.

§. I.

C*Reberrima* quoque erant antiquitus in Græcia *furta ac rapinæ*; non terra modo, ſed & mari. Teſtantur complures boum abactiones, hominum plagia, urbium ac agrorum direptiones, quibus *tota* HOMERI *Poëſis* (*a*) referta. Factitarunt hoc viri non ignobiles, ipſi adeo heroës, *non probro ſed laudi rem ducentes*: Οὐκ ἔχοντός πω αἰσχύνην τούτου τῦ ἔργου, φέροντος δέ τι

(*a*) *loca in ſeqq. obvia.*

τι καὶ δόξης μᾶλλον, ait THUCYDIDES *initio* ſuæ *Hiſtoriæ.* (α) Id vero ex eo confirmat, *quod multis ſuô etiamnum tempore decori ſit, hoc exercēre; tum quod apud vetuſtiſſimos Poëtas qui aliquo appellunt, interrogantur ſubinde an latrones ſint,* ὡς οὔτε ὧν πυνθάνονται ἀπαξιούντων τὸ ἔργον, οἷς τ' ἐπιμελὲς εἴη εἰδέναι, οὐκ ὀνειδιζόντων· *tanquam non inficiaturos opus ut turpe, quod ſcire ſtuderent.* Exemplum luculentum *Odyſſ.* III, (β) ubi Neſtor Telemachum ac ſocios e mari adventantes hunc in modum excipit:

Ὦ ξεῖνοι, τίνες ἐστέ; πόθεν πλεῖθ' ὑγρὰ κέλευθα;
Ἤ τι κατὰ πρῆξιν, ἢ μαψιδίως ἀλάλησθε
Οἷά τε ληϊστῆρες ὑπὲρ ἅλα; τοί γ' ἀλόωνται
Ψυχὰς παρθέμενοι, κακὸν ἀλλοδαποῖσι φέροντες.

O hoſpites, quinam eſtis? unde navigatis humidas vias?
An ob aliquod negotium, aut temēre erratis
Tanquam prædones per mare? qui errant
Animas exponentes, malum alienis ferentes.

Hinc apud ORPHEUM (γ) Jaſon Regi Æetæ

(α) *s. lib.* I. *pag.* 4. *B.* (β) *Verſ.* 71. *ſeqq.* (γ) *Verſ.* 827.

Digitized by Google

Æetæ dubitanti, quinam eſſent Argonautæ, reſpondet,

Οὔτι νυ λῃϊςῆρες ἱκάνομεν, - -

Neque tanquam prædones ad te venimus. Et in univerſum teſtatur PHILOSTRATUS *lib.* II. *de Vit. Apollonii* (α) in omnibus aliis hoc obtinuiſſe: οἱ μὲν παλαιοὶ τὰς ἐρωτήσεις τῶν καταπλεόντων ἐποιοῦντο, εἰ λῃσαί εἰσιν. *Veteres hac interrogatione navigantes allocuti ſunt: an prædones ſint?*

§. II. Itaque τὸ λῃςικὸν *ſtudium prædandi* antiquitus ex frequenti more non erat in vitio. Inde forte eſt, quod ab HOMERO (β) laudatur Autolycus.

- - Ὃς ἀνθρώπους ἐκέκαστο
Κλεπτοσύνῃ θ' ὅρκῳ τε. - -

- - *Qui homines ſuperabat*
Furto ac perjurio. - -

Quod ab Mercurio dicitur edoctus, quem priſci Græci furibus præſidere ac præire cenſuerunt. Hinc & Samii Mercurio Charidotæ rem divinam facientes, furari ac latrocinari permittebant volenti: Quia oraculo relicta inſula cum Mycalen migraſſent, ex

 rapto

(α) *c.* 29. *p.* 81. (β) *Odyſſ.* XIX. *verſ.* 395.

rapto decem annis vixiſſent, teſte PLUTARCHO *Problem.* (α) At enim major furti laus habita, ſi ita caute fieret, ut non deprehenderetur auctor. Unde SUIDAS: (β) Τὸ παλαιὸν οὐ διεβέβλητο ἡ κλοπὴ, εἰ μὴ φωραθεὶς ὁ κλέπτων ὑπῆρχεν. *Furtum olim non erat infame, niſi fur in ipſo furto deprehenſus fuiſſet.* Atque hac re potiſſimum laudatus Autolycus, (γ) Siſyphus, (δ) aliique vetuſtiores; ut in Lycurgi inſtitutis apud Lacedæmonios etiam hic mos poſtea celebratus.

§. III. Cæterum, etſi furta ac rapinæ in more erant illius temporis, atque adeo in laude; *de iis* tamen *actiones* fuerunt intentæ *repetundis.* Cum enim Meſſenii Ithacenſibus trecentas boves abſtuliſſent, Ulyſſes communi Senum conſilio ac auctoritate, pro legatione eas ivit repetitum, μετὰ χρεῖος; *ac ſi rerum ablatarum dominium non eſſet ad eos tranſlatum voluntate poſſidentium, ſed veluti a repetituris ad tempus commodatum: Odyſſ.* XXI. (ε) Alioquin etiam

(α) *Græc. Tom.* II *opp. pag.* 303. *D.* (β) *voc.* Κλέπτης. (γ) *Odyſſ.* XIX. *v.* 395. *ſeq.* (δ) *Iliad.* VI. *v.* 153. (ε) *v.* 17.

etiam *pari rapina ſibi ſatisfaciebant*: uti Neſtor *Iliad.* XI (α) ait, *Pylios, ab Epeïs injuria affectos, magnam ex illorum agro egiſſe prædam, quam expeditionis principes diviſerunt;*

- - πολέσιν γὰρ Ἐπειοὶ χρεῖος, ὄφειλον,

- - *multis enim Epeï debitum debebant*:

ea quidem lege, ut quibus plus erat ab hoſtibus ablatum, majorem ſortirentur partem; quemadmodum Neleus rex, pro abreptis ſibi quatuor equis ἀθλοφόροις *curſu præcellentibus, habuit armentum boum, gregem ovium cum paſtoribus.* (β) Inde Antinoi pater inſequutus prædones Taphios, rapinis infames, *Odyſſ.* XVI: (γ) etſi idem iram Ithacenſium ſubiit, quod ſocios Theſprotos læſiſſet, parumque abfuit, quin facultatibus ſuis omnibus mulctaretur. *Primus vero prædones mari perſecutus* dicitur *Minos Cretenſium rex* apud THUCYDIDEM *lib.* I. (δ)

(α) ℣. 687. (β) *Iliad.* XI. ℣. 695. *ſeqq.* (γ) ℣. 426. *ſeqq.* (δ) *s. lib.* I. *pag.* 6. *D.*

CAPUT DECIMUM.

De Emptionibus ac Venditionibus.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Commerciorum Antiquitas & Origo §. I.
Pretium, quod conſtabat
Permutatione, §. II.
Nummis, quorum Species §. III.
Antiquitas §. IV.

§. I.

PRimis temporibus nulla erat inter Græcos negotiatio, ſingulis ex agro ſibi in diem parantibus, quæ ad cottidianum victum pertinebant, ut teſtatur *initio* ſuæ *Hiſtoriæ* THUCYDIDES. (α) Poſt, inſtituto commercio ac mari aperto, navigationes lucri cauſa ſuſceptæ. Unde nautæ πρηκτῆρες *negotiatores* dicti *Odyſſ.* VIII: (β) & *navigantes* ἐπὶ πρῆξιν καὶ χρήματα *ad negotia, ac pecuniarum gratia*, in *Hymn. Apollin.* (γ) Præive-

(α) *s. lib.* I. *pag.* 2. *A.* (β) *Verſ.* 162. (γ) *Verſ.* 397.

Præiverunt iis Phœnices, qui ut canit DIONYSIUS *lib. de ſitu orbis*, (α)

- - πρῶτοι νήεσσιν ἐπειρήσαντο θαλάσσης,
Πρῶτοι δ' ἐμπορίης ἁλιδινέος ἐμνήσαντο.
- - *primi navibus periculum fecerunt maris,*
Primi item mercaturam marivagam excogitarunt.

Inde CICERO *lib.* III. *de Republica* (β) ait: *Eos primos mercatores mercibus ſuis avaritiam, magnificentiam & inexplebiles cupiditates primum in Græciam intuliſſe.* Quare iidem *Odyſſ.* XV. (γ) dicti

- - - ναυσίκλυτοι ἄνδρες,
Τρῶκται, μυρί' ἄγοντες ἀθύρματα νηῒ μελαίνῃ.
- - - *navibus inclyti viri*
Vafri, infinita agentes ludicra nave nigra.

Atque ideo piratica maxime olim celebrati, teſte PHILOSTRATO *lib.* III. *de Vit. Apollon.* (δ)

§. II. *Conſtabant* autem *commercia* fere *permutatione*, ſicut apparet *Iliad.* VII: (ε) ubi e Lemno in Græcorum

 caſtra

(α) *Verſ.* 907. *ſeq.* (β) *Vid. Fragm.* CICER. *Vol.* X. *opp. p.* 3956. (γ) *V.* 414. *ſeq.* (δ) *locum ab Authore intentum nec auguror, nec aſſequor. Vid. interim* PHILOSTR. *Heroic. Proleg. p.* 660. *ſeq.* & *plur. in not. noſtr.* (ε) *V.* 472.

Digitized by Google

caſtra appellunt naves onuſtæ vino, quod illi ære, ferro, pellibus, bobus ac ſervis coëmunt:

Ἔνθεν ἄρ' οἰνίζοντο καρηκομόωντες Ἀχαιοὶ,
Ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αἴθωνι σιδήρῳ,
Ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτοῖσι βόεσσιν,
Ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσι. - -

Inde vinum emebant comantes Achivi,
Alii ære, alii ſplendido ferro,
Alii pellibus, alii ipſis bobus,
Alii mancipiis: - -

Quem locum in hanc ſententiam laudat Juriſconſultus *Digeſt. de contrahend. empt. & vend.* (α) Plinius etiam *Hiſt. Natur. lib.* XXXIII. *cap.* I. (β) *Quantum,* inquit, *feliciore ævo, cum res ipſæ permutabantur inter ſe, ſicut & Trojanis temporibus factitatum Homero credi convenit. Ita enim, ut opinor, commercia victus gratia inventa. Alios coriis boum, alios ferro captivisque rebus emptitaſſe tradit.* Ejusmodi permutatione uſus αἰπόλος *caprarius* Theocriti, cum nautæ pro poculo dedit ὦνον *pretii loco* capram *Idyl.* I. (γ) Lacones etiam Polydori regiam poſt ejus mortem ab uxore bobus coëme-

(α) *lib.* XVIII. *Tit.* I. *leg.* 1. (β) *Tom.* III. *pag.* 417. (γ) v. 57. *ſeq.*

Digitized by Google

coëmerunt: unde Βοώνητα *Booneta* dicta, teſte PAUSANIA *Laconicis.* (α) Addit autem ideo factum, quod necdum obtineret numiſma aureum, vel argenteum: Ἀργύρου γὰρ οὐκ ἦν πω τότε, οὐδὲ χρυσοῦ νόμισμα· κατὰ τρόπον δὲ ἔτι τὸν ἀρχαῖον ἀντεδίδοσαν βοῦς, καὶ ἀνδράποδα, καὶ ἀργὸν τὸν ἄργυρον καὶ χρυσόν. *Nondum enim tunc erat nummus argento aurove ſignatus: ſed priſcus fuit mos, ut ſibi quæ quisque vellet, per commutationem, bubus, ſervitiis, rudi argento & auro ultro citroque datis & acceptis, compararet.* Atque hoc Indorum exemplo confirmat, qui ejus ætate, pro rebus a Græcis comportatis, merces ſuas reponebant, nummum ignorantes, etſi auri ac æris affatim haberent. Ita vero & LIVIUS *lib.* XXIX. (β) narrat, Maſſylos Africæ populos pecudibus non nummis contraxiſſe. Sed & Lycurgus hoc inter leges, quas Spartanis tulit, obtinere voluit: *Emi ſingula non pecunia, ſed compenſatione mercium juſſit,* auctore JUSTINO. (γ)

(α) *s. lib.* III. *c.* 12. *pag.* 235. (β) *cap.* 31. *Tom.* II *app. pag.* 878. *Verba nota habent.* (γ) *lib.* III. *cap.* 2. *comm.* 11.

§. III. Quanquam & *nummorum* in commerciis *uſum* fuiſſe, ex ipſomet HOMERO videatur colligi; cum meminit ἑκατομβοίων *centum boves valentium*, uti in permutatione armorum Glauci ac Diomedis,

Χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων.
Aurea æneis, centum boves valentia novem boves valentibus.

Iliad. VI; (α) & alibi. SCHOLIASTES (β) enim ait *nomismata fuiſſe, quæ ex veteri ritu ab una parte haberent bovis imaginem, ab altera regis.* POLLUX vero *lib.* IX. *cap.* VI. (γ) etiam ſcribit, *Athenienſibus fuiſſe antiquitus nomisma, quod* Βοῦς *Bos vocaretur,* ὅτι βοῦν εἶχεν ἐντετυπωμένον, *eo quod bovem inſculptum haberet; idque ab* HOMERO *intellectum loco citato pleriſque cenſeri.* Additque *in Draconis legibus eſſe repertum* δεκάβοιον *decaboeum; &* ἐν τῇ παρὰ Δηλίοις θεωρίᾳ *in Deli profectione præconem inclamare ſolitum, cum donum aliquod conferebatur,* ὅτι δοθήσονται αὐτῷ τοσοῦτοι βόες· καὶ δίδοσθαι καθ' ἕκαστον βοῦν δύο δραχμὰς Ἀττικάς, *tot illi tradentur boves: & dari pro ſingulis bobus binas drachmas Atticas;* ut proinde Βοῦς *Bos* valuerit

(α) ℣. 236. (β) *ad h. l.* (γ) *S.* 60. *p.* 1029.

ſit didrachmum. Sed enim PLUTARCHUS quoque in *Theſeo* (α) ait, *hunc cudiſſe primum nummum bovis figura, vel ob Marathonium taurum, vel ob memoriam ducis Minois, vel quod ad agriculturam cives vellet vocare.* A quo nummo & nomen ἑκατόμβοιον *pretium centum boum*, & δεκάβοιον *decem boum pretium* EIDEM deductum. Auri quoque talenta ſæpius HOMERUS (β) collaudat, quæ ſignata apud Græcos fuiſſe, ſatis notum. Quanquam pondere potius quam figura, apud illum videntur cenſa; eoque non ita magno: uti liquet ex ludis habitis in funere Patrocli; (γ) ubi *ultimi præmii loco ponuntur* δύο χρυσοῖο τάλαντα *duo auri talenta.* Quod poſt SCHOLIASTEM HOMERI (δ) etiam notavit SERVIUS *ad Æneid. lib.* V. (ε)

§. IV. Ut ut ſit, *certum eſt, priſcis temporibus non magnam fuiſſe nummorum copiam*, unde illorum ἀχρηματίαν *pecuniæ inopiam* queritur THUCYDIDES. (ζ)

 Etiam

(α) *Tom.* I *opp. p.* 11. *D.* (β) *Vid. præter loc. mox alleg. etiam Iliad.* IX. *Verſ.* 122. *&* 264. *Iliad.* XVIII. *V.* 507. *&c.* (γ) *Iliad.* XXIII. *V.* 269. (δ) *ad l. c.* (ε) *V.* 112. (ζ) *lib.* I. *p.* 8. *D.* *& in ſeqq. paſſim.*

Digitized by Google

Etiam apud principes viros, ut teſtatur HERODOTUS *Urania*: (α) Ἦσαν γὰρ τὸ πάλαι καὶ αἱ Τυραννίδες τῶν ἀνθρώπων ἀσθενέες χρήμασιν, οὐ μόνον ὁ δῆμος. *Veteres enim hominum principatus pecuniæ copia haud multum valebant; ſimiliter & populus.* Omnes vero *divitiæ in pecudibus* etiam *poſitæ*, maxime bobus; qua ratione χρήματα *opes* dicti in *Hymno Mercurii.* (β) Cujus rei infinita apud HOMERUM extant teſtimonia; quæ collaudans PAUSANIAS *Meſſeniacis*, (γ) Ἐσπουδάκεσαν δὲ, inquit, ἄρα οἱ τότε πλοῦτόν τινα συλλέγεσθαι τοιοῦτον ἵππων καὶ βοῶν ἀγέλας. *Fuit hoc præcipuum illis temporibus divitiarum ſtudium, luculenta habere equorum & boum pecuaria.*

CAPUT

(α) *Vid. not.* (β) *V.* 400. (γ) *s. lib.* IV. *c.* 36. *pag.* 372.

Caput Undecimum.

De Donationibus.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Donationum aliæ
Inter vivos ; ſcil: munera
Hoſpitalia §. I.
Sponſalia , ubi Donatores & Donatarii §. II.
Species §. III.
Elocatio ſine ſponſalibus §. IV.
aliæ
Mortis cauſa §. V.

§. I.

DOnationes apud Juriſconſultos aliæ ſunt inter vivos , aliæ mortis cauſa. Utriusque apud Homerum non pauca vel obſcura extant exempla. (α) Ad eam , quæ *inter vivos* fit potiſſimum , pertinent *munera* illa *hoſpitalia*, quæ ξεινήϊα paſſim vocat. Ea varia ſunt , ſæpius vaſa ac veſtes ; ut Telemacho abeunti dat cratera aureum , Helena veſtem nuptialem *Odyſſ.* XXIV. (β) Ulyſſi diſcedenti a Phæacibus dati *tripodes*, *lebetes*, *aurum*, *veſtes textæ. Odyſſ.* XIII. (γ) *Arma* etiam

(α) *in ſeqq.* [illegible] (β) v. 272. (γ) v. 217. *ſeq.*

etiam ſoliti donare; ut Amphidamas Molo galeam *Iliad.* X. (α) Cinyres Agamemnoni thoracem *Iliad.* XI. (β) Iphitus arcum patris dedit Ulyſſi; qui viciſſim ei donavit enſem ac haſtam *Odyſſ.* XXI. (γ) Simili quoque compenſatione Oeneo danti baltheum Bellerophon reddidit craterem, *Iliad.* VI. (δ) Moris hujus quam plurima extant apud alios ſcriptores indicia, veluti cum ORPHEUS *Argonaut.* (ε) ait, *Chironem ſibi dediſſe*

Νεβρὴν παρδαλέην ξεινήϊον· - -

Pellem pardi, hoſpitale donum. - -

Cyzicum Regem Argonautis (ζ)

Χλαίνας τ' ἠδὲ τάπητας, ἐϋκνήτους τε χιτῶνας,

Veſteſque & tapetes, pictaſque tunicas.

Sic Pollux apud THEOCRITUM *Idyl.* XXII. (η) muneribus invitat Amycum Regem in ædes ſuas:

Ἔλθοις, καὶ ξείνων γε τυχὼν, πάλιν οἴκαδ' ἵκοιο.

Venias, & acceptis hoſpitalibus donis domum repetas.

Jaſon

(α) Verſ. 269. (β) Verſ. 19. ſeq. (γ) Verſ. 131. ſeqq. (δ) Verſ. 218. ſeqq. (ε) Verſ. 447. (ζ) Verſ. 507. (η) Verſ. 60.

Digitized by Google

Jaſon quoque apud PINDARUM *Ode* IV. *Pyth.* (α) fratribus ac cognatis

Ξείνι' ἁρμόζοντα τεύχων,

Decentia hoſpitii munera præparans.

PLUTARCHUS (β) vero etiam ſcribit Amazonas Theſeo adventanti ξένια *munera hoſpitalia* miſiſſe. Ita XENOPHON de Lacedæmoniis *Hellan.* VII: (γ) Ἄλλως τε ἐτίμων αὐτοὺς, καὶ βοῦν ξένια ἔπεμψαν. *Quum aliis eos honoribus ornarent, tum bovem etiam ipſis hoſpitalis doni loco miſerunt.*

§. II. Ad donationem inter vivos referenda etiam ea, *quæ fiebat propter nuptias*, Ἕδνα HOMERUS vocat, φερνὴ, τὰ ὑπὸ τῶν μνηστήρων ταῖς μνηστευομέναις διδόμενα *dotem, quam ſponſi virginibus deſponſatis dederunt*, ait HESYCHIUS. (δ) Ita Ulyſſes beatum fore ait, qui Nauſicaam

- - ἐέδνοισι βρίσας οἶκόνδ' ἀγάγηται·

- - *dote gravis domum duxerit.*

Odyſſ. VI. (ε) Polymelam duxit Echecleus,

- - - ἐπεὶ πόρε μυρία ἕδνα,

- - - *poſtquam dederat infinita ſponſalia.*

Iliad.

(α) ἀντ. ε. Verſ. 10. (β) *Tom.* I *opp. p.* 12. *B.* (γ) *p.* 489. *lin.* 1. (δ) Voc. Ἕδνα. (ε) Verſ. 159.

Iliad. XVI. (α) Quomodo & Hector Andromachen habuiſſe dicitur *Iliad.* XXII. (β) & Neleus Chlorin *Odyſſ.* XI. (γ) Hinc proci Penelopes dona certatim conferebant, ut is conſequeretur,

- - ὅς κεν, πλεῖστα πόροι καὶ μόρσιμος ἔλθοι,

- - *qui plurima daret. & - fatalis veniret.*

Odyſſ. XVI. (δ) *Patri* vero *tradere* erat *moris*, ut liquet ex eo quod *Odyſſea* VIII, (ε) Vulcanus vult ſibi reſtitui a patre uxoris adulteræ dona,

Εἰσόκε μοι μάλα πάντα πατὴρ ἀποδώσει ἔεδνα
Ὅσσά οἱ ἐγγυάλιξα κυνώπιδος εἵνεκα κούρης.
Donec mihi prorſus omnia pater reddat dotalia,
Quæcunque illi præbui impudentem ob puellam.

Ita quoque Ctimenen ſororem Ulyſſis parentes acceptis donis elocarunt,

- - Σάμην δ' ἔδοσαν, καὶ μυρί' ἕλοντο·

- - *in Samum nuptum dederunt, & infinita acceperunt.*

Odyſſ.

(α) Verſ. 190. (β) Verſ. 472. (γ) Verſ. 280. ſeq. (δ) Verſ. 392. (ε) Verſ. 318. ſeq.

Digitized by Google

Odyſſ. XV. (α) Sic ſpecies quædam emptionis ac venditionis in nuptiis Græcorum fuit; quæ hodie aperte fit apud Turcas, ubi numerato pretio a parentibus, filiæ quaſi divenduntur. Et vero THUCYDIDES, (β) itemque ARISTOTELES in *Politicor. lib.* II. *cap.* VIII. (γ) non verentur dicere, *uxores antiquitus in Græcia ſolitas emi.* Cujus moris veſtigium apud Romanos veteres non obſcure apparet.

§. III. Potiſſimum vero hæc donatio, poſt *muliebria ornamenta*, conſtabat *ex pecoribus*, præcipue bobus; unde puellæ ἀλφεσίβοιαι *bobus donatæ*, *i. e. formoſæ* dictæ. (δ). Exemplum luculentum in Iphidamante (ε) qui ſponſæ Theano

> Πρῶθ' ἑκατὸν βοῦς δῶκεν, ἔπειτα δὲ χίλι' ὑπέστη
> Αἶγας ὁμοῦ καὶ ὄϊς τά οἱ ἄσπετα ποιμαίνοντο.
>
> *Primum centum boves dedit, deinde & mille promiſit*
> *Capras ſimul & oves, quæ ei multæ admodum paſcebantur.*

Simi-

(α) *Verſ.* 366. (β) *Vid. not.* (γ) *Tom.* III *opp. p.* 436. *C.* (δ) *Iliad.* XVIII. *V.* 593. & *Hymn. in Vener.* I. *V.* 119. (ε) *Iliad.* XI. *V.* 244.

Similiter apud Theocritum *Idyl.* XXVII. (α) puella a Daphni petente nuptias poſtulat:

Καὶ τί μοι ἕδνον ἄγεις γάμου ἄξιον, ἢν ἐπινεύσω;

Sed quam mihi dotem affers nuptiis dignam, ſi annuero?

Is vero reſpondet:

Πᾶσαν τὰν ἀγέλαν, πάντ' ἄλσεα καὶ νόμον ἑξεῖς.

Univerſum gregem, omnia nemora & paſcua habebis.

§. IV. Cæterum & ἀνάεδνοι *filiæ fuerunt* elocatæ certo privilegio, *ſine donatione* ejusmodi, *propter nuptias.* Sicuti Agamemnon pollicetur, ſe daturum Achilli filiarum unam ἀνάεδνον *ſine ſponſalibus*, *Iliad.* IX. (β) Et Othryon ſtipulatur a Priamo Caſſandram ἀνάεδνον, ſervandæ Trojæ conditione *Iliad.* XIII. (γ) Ita vero moris fuit, ut certaminibus præclare ſuſceptis ac peractis, filiæ in matrimonium darentur, quemadmodum Pelops curuli ad Elinem victoria Hippodamiam a Piſate obtinuit, poſt tredecim alios perditos

(α) *Verſ.* 32. *ſeq.* (β) *Verſ.* 288. (γ) *Verſ.* 366.

perditos amantes, ut eſt apud PINDARUM *Olymp.* I. (α) In eundem modum Icarius Penelopen filiam, vocatis ad curſum procis, deſpondit vincenti, qui fuit Ulyſſes. Quod imitatione Danaï factum refert PAUSANIAS *Laconicis;* (β) qui cum nanciſci non poſſet, qui ejus filias duceret, parricidio pollutas, promiſit ſe ἕδνων ἄνευ *ſine dote* daturum cui forma placeret. Multis vero convenientibus, non ita multis curſus certamen inſtituit, quo qui ſuperiores eſſent, ordine omnes elocavit.

§. V. Supereſt donatio *mortis cauſa*, ea facta conditione, ut ſi obeat donator, res donata poſſeſſione perpetua a donatario retineatur; ſin ſuperſtes ſit, reſtituatur: ut videre eſt Telemachi & Piræi exemplo *Odyſſeæ* XVII: (γ)

Πείραι᾽, οὐ γάρ τ᾽ ἴδμεν ὅπως ἔσται τάδε
ἔργα,
Εἴ κεν ἐμὲ μνηστῆρες ἀγήνορες ἐν μεγάροισι
Λάθρη κτείναντες, πατρώϊα πάντα δάσονται,

O Αὐτὸν

(α) ἀντιστρ. γ. 101. (β) *s. lib.* III. *c.* 12. *p.* 23
(γ) *Verſ.* 78. *ſeqq.*

Αὐτὸν ἔχοντά σε βούλομ' ἐπαυρέμεν, ἤ τινα
τῶνδε·
Εἰ δέ κ' ἐγὼ τούτοισι φόνον καὶ κῆρα φυ-
τεύσω,
Δὴ τότε μοι χαίροντι φέρειν πρὸς δώματα
χαίρων.

Piræe, non enim ſcimus quomodo erunt
hæc opera:
Si me proci ſuperbi in domibus
Clam interfecto, paterna omnia divident,
Ipſum habentem te malo frui quam ali-
quem horum:
Sin ego his cædem & mortem patravero,
Tunc mihi gaudenti portato ad domos
gaudens;

quod in hanc ſententiam laudat JUSTINIANUS *Inſtitut. de Donationibus* (α) & MARTIANUS JCtus *Digeſtis de mortis cauſa Donationibus*: (β)

CAPUT

(α) *lib.* II. *Tit.* VII. (β) *1. lib.* XXXIX. *Tit.* VI.

Digitized by Google

CAPUT DUODECIMUM.

De Hereditatibus.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Hereditatum
Fundamentum §. I.
Diſtributio inter
Liberos §. II.
Cognatos remotiores §. III.

§. I.

NAturæ jus poſtulat, ut liberi bona a genitoribus relicta conſequantur. Illuc etiam feruntur parentum deſideria ac ſtudia, *cum omnia quæ noſtra ſunt, liberis noſtris ex voto paremus*, ait TRYPHONIUS l. 50. *de bon. libertat.* (α) Εἰς τίνας γὰρ ἂν τις ἀναγκαιοτέρους εὔξαιτο πλειονάζειν, γυναικὸς ἢ παιδὸς οὐκ ἐπιμεληθείς. *Quibus enim magis opibus ſuis aliquis proſpiciat, niſi uxori ac liberis?* inquit PHALARIS *epiſtola* LXIX, (β) *ad Erythiam uxorem.* Grave nimirum extraneis ſpes a ſe partas relinquere, ut affirmat PINDARUS *Olymp. od.* X. (γ)

(α) *Digeſt. lib.* XXXVIII. *Tit.* IV. §. *Sed numquid Prætor.* (β) *pag.* 65. (γ) *ſpe.* 4. & 6. *ſeq.*

- - πλοῦτος ἢ λα-
χὼν ποιμένα ἐπακτὸν ἀλλότριον,
θνάσκοντι ἐχθρότατος·
- - *divitiæ ſorti-*
turæ diſpenſatorem adſcititium alienum,
morienti odioſiſſimæ ſunt.
Itaque Ulyſſes inter alia quæ Phæacum proceribus optat, addit
- - καὶ παισὶν ἐπιτρέψειαν ἕκαστος
Κτήματ' ἐνὶ μεγάροισι· - -
ut quisque liberis ſuas poſſeſſiones relinquant domi, Odyſſ. VII. (α)

§. II. Fiebat autem bonorum patriorum *diſtributio* æqualiter, jacta ſorte *inter liberos*, uti videmus factum *Odyſſ.* XIV. (β) a Caſtoris Hylacidæ filiis,
- - - τοὶ δὲ ζωὴν ἐδάσαντο
Παῖδες ὑπέρθυμοι καὶ ἐπὶ κλήρους ἐβάλοντο·
- - *victum autem diviſerunt*
Filii magnanimi, & ſortes jecerunt.
Ulyſſi tamen, qui ſe etiam in eorum numero ponit, pauca data; quod eſſet natus e pellice. *Sortes* autem *factæ* potiſſimum apud antiquos *ligno*; unde HERODIANUS GRAMMATICUS (γ) κλῆρον *ſortem* deducit παρὰ τὸ κᾶλον, *a voce*
κᾶλον

(α) v. 149. (β) v. 208. (γ) *Vid. not.*

ξύλον *i. e. lignum.* In eo *ſymbolum* ſuum vel teſſeram *inſcribebant*: ut liquet ex *Iliade* VII, (α) ubi optimates Græcorum ſortituri pugnam cum Hectore ineundam,

- - κλῆρον ἐσημήναντο ἕκαστος,

- - *ſortem ſignavit unusquisque.*

Conjecerunt autem *in galeam*, & poſtquam nonnihil concuſſiſſent, *extrahebant*: quod etiam factum a ſociis Ulyſſis in adeunda Circe *Odyſſ.* X. (β) Et ſic VIRGILIUS:

- - *dejectamque ænea ſortem*
Accepit galea. - - -

Alias κάλπη, ſeu *urna* fuit in hanc rem adhibita.

§. III. Quod ſi carerent liberis, ad *remotiores* devolvebatur ſucceſſio; ſicut apparet ex *Iliad.* V, (γ) ubi Phœnops, occiſis duobus filiis, nullum generaſſe dicitur

- - ἐπὶ κτεάτεσσι λιπέσθαι,
- - χηρωσταὶ δὲ διὰ κτῆσιν δατέοντο·
- - *quem heredem relinqueret,*
- - *ſed orbi illius heredes bona partiti ſunt.*

O 3 EUSTA-

(α) *Verſ.* 175. (β) *Verſ.* 206. (γ) *Æneid.* V. *Verſ.* 490.

Digitized by Google

EUSTATHIUS (α) *apud Græcos*, refert, *extitiſſe quoddam* τάγμα ἐν ταῖς πόλεσιν οἱ χηρωσταὶ διοικοῦν τοὺς ἀκληρονομήτους, ἤγουν τοὺς χηρεύοντας διαδόχων, *corpus* χηρωστῶν, *quod adminiſtrabat bona eorum, qui heredibus carebant, aut eorum quorum uxores manebant viduæ & indigebant tutoribus.* Sed non videtur convenire, ut ad magiſtratus quosdam ejusmodi bona, ſuis heredibus carentia, reciderent, non ad cognatos: quando præſertim hic mentio fit *diviſionis.* Itaque rectius, opinor HESYCHIUS, (β) cui χηρωσταὶ ſunt οἱ μακρόθεν συγγενεῖς, οἱ μακρόθεν κατὰ γένος προσήκοντες, *cognati remotiores, qui longinqua propinquitate generi conjuncti ſunt.* Et POLLUX: (γ) οἱ τῷ ἐρήμῳ γένει προσήκοντες. *Qui generi alicui & familiæ ſuis heredibus viduatæ ſanguine ſunt juncti.* Ita vero etiam HESIODUS in *Theogonia* (δ) loquens de vita cælibe, in qua quis a re familiari ſatis paratus, tamen adventante ſenecta, caret eo, qui opem ac fomentum adhibeat:

Ὅς κε γάμον φεύγων καὶ μέρμερα ἔργα γυναικῶν,

Μὴ

(α) *ad Iliad.* V. *Verſ.* 158. *pag.* 533. *lin.* 30. *ſeq.* (β) *Voc.* Χηρωσταί. (γ) *lib.* III. *c.* IV. *§.* 47. *p.* 290. (δ) *Verſ.* 603. *ſeqq.*

Μὴ γῆμαι ἐθέλῃ, ὀλοὸν δ' ἐπὶ γῆρας ἵκηται,
Χήτει γηροκόμοιο, ὁ δ' οὐ βιότου ἐπιδευὴς
Ζώει, ἀποφθιμένου δὲ διὰ κτῆσιν δατέονται.
Χηρωσταί. - - - -

Qui nuptias refugiens, & laborioſa opera mulierum,
Non uxorem ducere velit, gravem vero attigerit ſenectam,
Carens ſenectutis ſuæ fomento, ſi non ſine opibus
Vivat, mortui poſſeſſionem inter ſe dividunt
Remoti cognati. - - -

Quæ verba enarrans SCHOLIASTES, (a) χηρωσταὶ, inquit ἀλλότριοι, ἢ οἱ πόῤῥωθεν συγγενεῖς· διότι χηρεύοντος τοῦ οἴκου καὶ ἐρήμου ὄντος τέκνων, αὐτὴν κληρονομοῦσι. Χηρωσταὶ *ſunt heredes adſcititii & cognati remotiores, eaque propter domus orbatæ & filiis deſtitutæ hereditatem ſibi vindicant.* Quanquam fieri poteſt, ut magiſtratus certi conſtituti fuerint, qui ejusmodi bona proximis genere diſtribuerunt. Alioqui non eſt novum ac inuſitatum, ut bona ἀδέσποτα ac ἀκληρονόμητα *poſſeſſore proprio & heredibus carentia* fisco principis addicantur.

(a) *pag.* 289.

Digitized by Google

CAPUT DECIMUM TERTIUM.

De Nuptiis.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Gradus conſanguinitatis §. I.
Pubertas §. II.
Conſenſus parentum §. III.
Dos, cujus Erogatio §. IV.
Repetitio §. V.

§. I.

NUptiæ apud veteres Græcos inter quasvis perſonas contrahebantur, præterquam parentes ac liberos. Hanc enim conjunctionem nefariam habitam, vel unius Oedipi & Epicaſtæ tragica hiſtoria oſtendit, quam POETA attingit *Odyſſ.* XI. (α) In aliis *exigua aut nulla habita ratio conſanguinitatis.* Sic enim *initio Odyſſ.* X. (β) Æoli ſex filii cum totidem filiabus matrimonio ſociati dicuntur. Tyro quoque fratri Cretheo nupſit, *Odyſſeas* XI. (γ) Iphidamas duxit amitam, Ciſſei

(α) *Verſ. 270. ſeqq.* (β) *Verſ. 7. ſeq.* (γ) *Verſ.* 236.

ſei materni avi filiam, uti & Diomedes *Iliad.* XI. (α) Alcinous Aretam neptem ex fratre *Odyſſ.* VII. (β) Similiter Deiphobus habuit uxorem fratris demortui Helenam: (γ) Helenus Andromachen, Hectori nuptam. (δ)

§. II. In nuptiis rite obeundis ab HOMERO laudatur *pubertas.* Ita namque (ε). Æoli filii dicuntur ἡβώοντες, *pubeſcentes.* Iphidamanti etiam Ciſſes dedit filiam,

- - Ἐπεὶ ῥ' ἥβης ἐρικυδέος ἵκετο μέτρον,
- - *poſtquam ad glorioſæ pubertatis menſuram pervenerat.* (ζ)

EUSTATHIUS: (η) Καίριον γάμον, *tempeſtivas nuptias* ſignificari docet, ὅτι δηλαδὴ φίλτατος ἂν εἴη τῇ νύμφῃ ὁ γαμέτης, καὶ ἡδὺς ἐν τοῖς ςρώμασιν· οὕπερ κατὰ τὸν Ὅμηρον χαριεςάτη ἡ ἥβη καὶ ἡδεῖα. *Videlicet quoniam tunc ſponſus chariſſimus eſt ſponſæ, & in lecto ſuaviſſimus. Unde ſuaviſſimam Homerus dicit pubertatem, maximeque jucundam.* Hinc SAPPHO (θ) puellam vocabat

 ἄχαριν

(α) *Verſ.* 226. *coll. antec.* (β) *Verſ.* 66. (γ) *Vid. Schol. ad Iliad.* XXIV. *Verſ.* 251. (δ) *Vid. not.* (ε) *Odyſſ.* X. *Verſ.* 6. (ζ) *Iliad.* XI. *Verſ.* 225. (η) *ad h. l. pag.* 840. *lin.* 37. *ſeq.* (θ) *apud* FULV. URSINUM *in Carmin. Novem Illuſtr. Famin. pag.* 13. *Verſ.* 10.

ἄχαριν deformem, quæ nondum eſſet apta conjugio: contra Daphnis *χαρίεις formoſus* dictus THEOCRITO *Idyl.* VIII. (α) Sic apud PINDARUM Olymp. I. (β) florente prima lanugine, nuptias Pelops cogitavit,

Πρὸς εὐάνθεμον δ᾽ ὅτε φυὰν
Λαχναί νιν μέλαν γένειον ἔρεφον,
Ἕτοιμον ἀνεφρόντισεν γάμον.
In florida autem quando ætate
Lanugo ipſum quoad nigrum mentum coronabat,
Paratas animo revolutavit nuptias.

Similiter *Pyth.* IX: (γ) multi proci ambientes puellam Libyſſam,

- - χρυσοστεφάνου οἱ ἥβας
Καρπὸν ἀνθήσαντ᾽ ἀποδρέψαι ἔθελον·
- - *auro coronatæ pubertatis ei*
Fructum floreſcentem decerpere volebant.

In hanc ſententiam quoque Romanorum legibus cautum, ne ante *pubertatis tempus* matrimonia contraherentur, quod *in maribus decimoquarto anno* definitum, *in mulieribus duodecimo*: etſi plena pubertas decem & octo annis etiam deſcribatur a MODESTINO *l.* 40. *Digeſt.*

(α) Verſ. 1. (β) ſt. γ. Verſ. 15. ſeqq. (γ) ἀντιστ. ε. Verſ. 1. ſeq.

Digeſt. de Adoption. (α) Quod PHILOSTRATUS quoque apud Græcos habitum docet *lib.* II. *de Vit. Apollon.* (β) Ita vero etiam apud THEOCRITUM, celebratur

Ὀκτωκαιδεκέτης, ἢ ἐννεακαίδεκ᾽ ὁ γαμβρός·

Gener octodecim aut novendecim annorum.

Idyl. XV. (γ)

§. III. *Contrahebantur* matrimonia *parentum voluntate.* Sic Achilles recuſat filiam Agamemnonis, quia pater Peleus domi aliam ſibi ſit adſciturus,

Πηλεὺς θήν μοι ἔπειτα γυναῖκα γαμέσσεται αὐτός,

Peleus mihi tunc uxorem deſponſabit ipſe.

Iliad. IX. (δ) Briſeïs maritum occiſum deflens inquit:

Ἄνδρα μὲν ᾧ ἔδοσάν με πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ,

Virum ſane cui collocarant me pater & veneranda mater.

Iliad. XIX. (ε) Nauſicaa ait, *ſe ſuccenſere ei quæ*

- - ἀέκητι φίλων πατρὸς καὶ μητρὸς ἐόντων

Ἀνδράσι μίσγηται - - -

- *invitis*

(α) *lib.* 1. *Tit.* VII. (β) *c.* 30. *p.* 82. (γ) *Verſ.* 129. (δ) *Verſ.* 394. (ε) *Verſ.* 291.

Digitized by Google

- - *invitis charis patre & matre viventibus*
Viris miſceretur. - - -

Odyſſ. VI. (α) Antimachus denique jubet Telemachum matrem dimittere, ut nubat,

Τῷ ὅτεῳ τε πατὴρ κέλεται, καὶ ἀνδάνει αὐτῇ.
Illi cuicunque pater juſſerit, & placuerit ipſi.

Odyſſ. II. (β) Ita vero apud MUSÆUM *Hero*: (γ)

Ἀμφαδὸν οὐ δυνάμεθα γάμοις ὁσίοισι πελάσσαι,
Οὐ γὰρ ἐμοῖς τοκέεσσιν ἐπεύαδεν. -
Manifeſte non poſſumus juſtis potiri nuptiis,
Quandoquidem parentibus meis non placet.

Idem apud XENOPHONTEM Cyrus *lib.* VIII. *Pæd.* (δ) Τό, τε γένος ἐπαινῶ καὶ τὴν παῖδα, καὶ δῶρα· βούλομαι δὲ σὺν τῇ τοῦ πατρὸς γνώμῃ καὶ τῇ τῆς μητρὸς ταῦτά σοι συναινέσαι. *Tum genus laudo, tum puellam, tum munera. Sed in his annuere tibi de patris ac matris ſententia volo.* TERTULLIANUS *lib.* II. *ad Uxorem*: (ε) *Nec in terris*

(α) *Verſ.* 287. (β) *Verſ.* 114. (γ) *Verſ.* 179. *ſeq.* (δ) *p.* 179. *fin.* (ε) *c.* X. *p.* 282. F.

terris filii ſine conſenſu patrum rite & jure nubent. Quamobrem Imperator JUSTINIANUS *Inſtit. de Nuptiis* (α) pronunciavit: *Rationem civilem & naturalem hoc ſuadere in tantum; ut parentis juſſus præcedere debeat.*

§. IV. Porro ut ſponſus ἕδνα *munera ſponſalia* dabat ſponſæ, ita viciſſim illa huic afferebat a parentibus προῖκα *dotem.* Ejus nomine Andromacha dicta πολύδωρος *bene dotata*, quod magnam attulerit Hectori dotem *Iliad.* VI. (β) Hecuba quoque ait, patrem multa dediſſe, *Iliad.* XXII: (γ)

Πολλὰ γὰρ ὤπασε παιδὶ γέρων ὀνομακλυτὸς
Ἄλτης.

Multa enim dedit filiæ ſenex fama inclytus Altes,

Sic Alcinous optat Ulyſſem ſibi generum, & ſpondet *ſe daturum domum ac poſſeſſiones.*

- - Οἶκον δὲ ἐγὼ καὶ κτήματα δοίην,

Odyſſ. VII. (δ) Agamemnon vero etiam Achilli pollicetur filiam ampliſſime dotatam,

- Ἐγὼ

(α) *lib.* I. *Tit.* X. (β) *Verſ.* 394. (γ) *Verſ.* 51. (δ) *Verſ.* 314.

- - - Ἐγὼ δ᾽ ἐπιμείλια δώσω
Πολλὰ μάλ᾽, ὅσσ᾽ οὔπω τις ἑῇ ἐπέδωκε θυγατρί.

- - - *Ego vero dotalia dona dabo*
Permulta, quot adhuc nemo ſuæ dedit filiæ:

nempe *ſeptem pulcras ac bene cultas urbes*. (α) SCHOLIASTES (β) προῖκα *dotem* intelligit, & τὰ μείλια exponit οἷς μειλίσσονται τοὺς ἄνδρας, *quibus ſponſi bonum affectum alliciunt.* At HESYCHIUS (γ) interpretatur τὸ ἐπίπροικον *dotem adventitiam, dotisque acceſſionem, præter dotem profectitiam*, ut loquitur ULPIANUS. (δ) Et videtur hoc poſtulare τὸ Ἐπὶ quod in compoſitione habet vim amplificandi. Proinde hæ urbes erunt τῆς προικὸς ἐπίβλημα, καὶ προσθήκη, *dotis acceſſio & ſupplementum*. Græci παράφερνα vocant, quæ vox in Jus Romanum tranſlata *leg.* 9. §. 11. *Digeſt. de jure dotium.* (ε) Cujus rei illuſtre exemplum apud LIVIUM *lib.* XXVI, (ζ) ubi Scipio, capta Carthagine,

(α) *Iliad.* IX. *Verſ.* 147. *ſeq.* (β) *ad h. l.* (γ) *in Voc.* Ἐπίπροικα. (δ) *leg.* 5. *ff. de Iur. Dot. lib.* XXIII. *Tit.* III. (ε) *l. lib.* XXIII. *Tit.* III. *leg.* 9. *Cæterum.* (ζ) *c.* 50. *Tom.* II *opp. p.* 600.

Digitized by Google

gine, virginem nobilem Allucio principi deſponſatam, ita reddit, ut τὰ λύτρα *pretium ſolutionis* a parentibus accepta doti adjiciat. *Super dotem*, inquit, *quam accepturus a ſocero es, hæc tibi a me dotalia dona accedent*, *aurumque tollere ac ſibi habere juſſit.*

§. V. Atque hanc dotem ſoluto matrimonio referre ſolitæ uxores, uti patet ex *Odyſſ.* II; (α) ubi Telemachus inter alia incommoda, quæ a matris dimiſſione metuit, hoc etiam ponit, quod cogatur Icario ejus patri reſtituere,

- - Κακὸν δέ με πόλλ' ἀποτίνειν
Ἰκαρίῳ, αἴκ' αὐτὸς ἑκὼν ἀπὸ μητέρα πέμψω.

- - *Enimvero durum me multa luere*
Icario, ſi ipſe ego matrem dimiſero.

Quod Imperatorum ſanctionibus cautum apud Romanos *lib.* V. *Codicis tit. Soluto matrimonio, quemadmodum dos petatur.* (β)

CAPUT

(α) *Verſ.* 132. (β) *Vel potius Digeſt. lib.* XXIV. *Tit.* III.

CAPUT DECIMUM QUARTUM.

De Ritu Nuptiarum.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Sponſa ad Sponſum deducta §. I.
Domus extructa nova §. II.
Lampades ac faces §. III.
Hymenæus §. IV.
Saltatio §. V.
Convivium §. VI.
Veſtis nuptialis §. VII.
Zona ſoluta §. VIII.

§. I.

S*Ponſam in ædes ſuas* ſolenni ritu *ducebat ſponſus.* Sic Ægyſthus Clytæmneſtram,

- - Ἐθέλων ἐθέλουσαν ἀνήγαγεν ὅνδε δόμονδε·

- - *Volens volentem duxit domum ſuam,*

Odyſſ. III. (α) Et quod *Odyſſ.* VI. (β) de Nauſicaa,

Ὅς κέ σ' ἐέδνοισι βρίσας οἶκόνδ' ἀγάγηται.
Quicunque te dote gravis domum duxerit.

Inde HESIODUS *in Scuto Herculis*, (γ)

- τοὶ

(α) Verſ. 272. (β) Verſ. 159. (γ) Verſ. 273. ſeq.

- - τοὶ μὲν γὰρ ἐϋσσώτρου ἐπ' ἀπήνης
Ἤγοντ' ἀνδρὶ γυναῖκα· - -

- - *alii ſiquidem fabrefacto in curru*
Ducebant viro uxorem. - -

In curru nimirum *vehi* potiſſimum ſolebant, uti etiam obſervavit POLLUX *lib.* III. *cap.* III. (α)

§. II. *Domus* plerunque *nova* in hanc rem a marito *extruebatur. Odyſſ.* XV: (β)

Ἔνθάδ' ἔγημε γυναῖκα καὶ ὑψιρεφὲς θέτο δῶμα,

Ibi autem duxit uxorem & altam poſuit domum.

Sic *Iliad.* II: (γ) καὶ δόμος ἡμιτελὴς, & *domus imperfecta*, de Proteſilao, recens conjugato. SCHOLIASTES: (δ) ἔθος γὰρ ἦν τοῖς γήμασι θάλαμον οἰκοδομεῖσθαι. *Mos enim erat, ut nuptis thalamus exſtrueretur.* Ita etiam apud THEOCRITUM nova nupta:

Τεύχεις μοι θάλαμον, τεύχεις καὶ δῶμα καὶ αὐλάς;

Extrues mihi thalamum, extrues & domum & ſtabula?

Idyl. XXVII. (ε)

P §. III.

(α) §. 40. *p.* 286. (β) *Verſ.* 241. (γ) *Verſ.* 701. (δ) *ad l. m. c.* (ε) *Verſ.* 36.

§. III. *Præferebantur* de more *lampades ac faces*, cum duceretur ſponſa; *Iliad.* XVIII: (α)

Νύμφας δ' ἐκ θαλάμων, δαΐδων ὑπολαμ-
πομενάων,
Ἠγίνεον ἀνὰ ἄςυ· - - -
Sponſas autem ex thalamis, tædis adlu-
centibus,
Ducebant per urbem: - -

Sic HESIODUS: (β)

Τῆλε δ' ἀπ' αἰθομενάων δαΐδων σέλας εἰλύ-
φαζε
Χερσὶν ἔνι δμώων. - - -
Et procul ab ardentibus facibus fulgor
reſplendebat
In manibus famulorum. - -

Apud EURIPIDEM (γ) quoque mater queritur, ſe filio non accendiſſe facem nuptialem,

Ἐγὼ δ' οὔτε σοι πυρὸς ἀνῆψα φῶς,
Νόμιμον ἐν γάμοις, ὡς πρέπει ματρὶ μα-
καρείᾳ.
Ego ne ignis quidem accendi faces
In nuptiis ſolennes, ut matrem beatam
decet.

Similiter Agave apud NONNUM *Dionyſ. lib.* XLVI: (δ)

Οὔπω

(α) Verſ. 492. (β) *Scut. Herc.* v. 257. *ſeq.* (γ) *Phœniſſ.* Verſ. 376. *ſeq.* (δ) Verſ. 304.

Digitized by Google

Οὔπω σοῖς θαλάμοισιν ἐκούφισα νυμφοκόμον πῦρ.

Nondum tuis thalamis elevavi ignem ſponſos ornantem.

§. IV. *Cantus* etiam accedebat ὑμέναιος *hymenæus* dictus; ſicuti *locis citatis* ab HOMERO & HESIODO ſubjungitur,

- - πολὺς δ' ὑμέναιος ὀρώρει,

- - *multusque hymenæus excitabatur.*

Sic Agave, (α)

Οὐ ζυγίων ἤκουσα τεῶν ὑμέναιον ἐρώτων.

Non audivi jugalium tuorum hymenæum amorum.

POLLUX: (β) Τὸ δὲ ᾆσμα, τὸ γαμήλιον, ὑμὴν, καὶ ὑμέναιος. *Carmen vero nuptiale vocatur hymen & hymenæus.* Quæ vox cum ipſa re ad Romanos tranſiit, ut pleraque alia ſolennia nuptiarum. TERENTIUS, *Adelphis*: (γ)

Hymenæum, turbas, lampadas, tibicinas.

Puellæ vero ſociæ potiſſimum cantitabant, ut notat PINDARUS *Ode* III. *Pyth.* (δ)

(α) *apud* NONNUM *Dionyſ. lib. cit.* v. 305. (β) *lib.* III. *c.* III. *ſ.* 37. *pag.* 384. (γ) *Act.* V. *Scen.* VII. *Verſ.* 9. (δ) *in ωδ.* *n.* v. 2. *ſeqq.*

Οὐκ ἔμειν' ἐλθεῖν τράπεζαν νυμφίαν,
οὐδὲ παμφώνων ἰαχὰν
ὑμεναίων, ἅλικες
οἷα παρθένοι φιλέοισιν ἑταῖραι
ἑσπερίαις ὑποκου-
ρίζεσθ' ἀοιδαῖς. - - -

Non expectavit dum veniret menſa ſponſalis,
neque omniſonorum clamor
hymenæorum, coætaneæ
uti virgines ſolent ſociæ
veſpertinis juveniliter ludere cantibus. - - -

Cujus rei luculentum exemplum in *Helenæ epithalamio* apud THEOCRITUM. (α)

§. V. *Saltatio* quoque Muſicis conſonantibus organis in nuptiis uſitata. *Iliad.* XVIII: (β)

Κοῦροι δ' ὀρχηστῆρες ἐδίνεον, ἐν δ' ἄρα τοῖσιν
Αὐλοὶ φόρμιγγές τε βοὴν ἔχον·

Adoleſcentes autem ſaltatores in orbem agebant ſe, interque eos
Tibiæ citharæque ſonum edebant.

Sic in nuptiis Megapenthis *Odyſſea* IV: (γ)

- δοιὼ

(α) *ſ. Idyl.* XVIII. *v.* 7. *ſeq.* (β) *verſ.* 494. *ſeq.* (γ) *verſ.* 18. *ſeq.*

Digitized by Google

- - δοιὼ δὲ κυβιστητῆρε κατ' αὐτοὺς
Μολπῆς ἐξάρχοντες ἐδίνευον κατὰ μέσσον·
- - *duoque ſaltatores inter eos*
Cantum auſpicantes ſaltabant in medio.

Ulyſſes etiam cum ſimulare in ædibus nuptias vellet, cantorem accerſi juſſit, qui deſiderinm curet

Μολπῆς τε γλυκερῆς καὶ ἀμύμονος ὀρχηθμοῖο,
Cantus dulcis & inculpatæ ſaltationis;

Odyſſ. XXIII. (α) Atque ita etiam apud HESIODUM (β) in nuptiarum deſcriptione

Τοὶ μὲν ὑπαὶ λιγυρῶν συρίγγων ἵεσαν αὐδὴν,
Αἱ δ' ὑπὸ φορμίγγων ἄναγον χορὸν ἱμερόεντα.
Atque hi quidem canoris tibiis emittebant cantum,
Illæ autem ad modulationem ducebant chorum amabilem.

§. VI. Fiebant hæc *convivio* magnifice parato, quod γάμον etiam HOMERUS vocat, ſicuti Latini *nuptias.* POLLUX: (γ) Ὅμηρος μέντοι, οὐ τὸ ἔργον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἑστίασιν, γάμον καλεῖ. *Homerus ſane non modo rem ipſam, ſed & convivium, nuptias vocat. Odyſſ.* I: (δ)

P 3 Εἰλα-

(α) *Verſ.* 145. (β) *Scut. Herc. Verſ.* 278. & 280. (γ) *lib.* III. *c.* III. *§.* 44. *pag.* 288. (δ) *Verſ.* 226.

Digitized by Google

Εἰλαπίν', ἠὲ γάμος; ἐπεὶ οὐκ ἔρανος τάδε γ' ἐστίν·

Convivium, an nuptiæ? quoniam non ſymbolum i. e. cœna collatitia hæc ſunt.

Ita Telemachus Spartam appellens, invenit Menelaum

- - δαινύντα γάμον πολλοῖσιν ἔτῃσιν
Υἱέος ἠδὲ θυγατρὸς ἀμύμονος, ᾧ ἐνὶ οἴκῳ·

- - *celebrantem nuptias multis civibus,*
Filii atque filiæ inculpatæ ſua in domo.

Odyſſ. IV. (α) Briſeïs quoque deflens Patroclum mortuum, ait eum ſibi pollicitum Achillis nuptias,

- - δαίσειν δὲ γάμον κατὰ Μυρμιδόνεσσι·

- - *inſtructurum epulas nuptiales inter Myrmidonas.*

Iliados XIX. (β)

§. VII. *Veſtis* etiam ad nuptias celebrandas *mutata*, adhibita lavatione. Jubet hoc Ulyſſes *Odyſſ.* XXIII: (γ)

Πρῶτα μὲν ἂρ λούσασθε, καὶ ἀμφιέσασθε χιτῶνας,
Δμωὰς τ' ἐν μεγάροισιν ἀνώγετε εἵμαθ' ἑλέσθαι.

Primum quidem lavamini & induimini veſtes,

Famu.

(α) *Verſ.* 3. *ſeq.* (β) *Verſ.* 299. (γ) *Verſ.* 131. *ſq.*

Famulasque in domibus jubete veſtimenta capere.

Hinc Minerva ad Nauſicaam *Odyſſeæ* IV: (α)

Σοὶ δὲ γάμος σχεδόν ἐςιν, ἵνα χρὴ καλὰ μὲν αὐτὴν

Ἕννυσθαι, τὰ δὲ τοῖσι παρασχεῖν οἵ κε σ᾽ ἄγωνται.

Tibique nuptiæ inſtant, ubi oportet pulchras te ipſam

Induere, talesque illis præbere qui te ducent.

Morem hunc orientis populis patrium fuiſſe, docet clare *Hiſtoria Evangelica*, (β) ubi e convivio ejicitur, qui veſte nuptiali haud erat accinctus. Cæterum *ſoliti ſponſæ dari a ſponſo veſtes nuptiales*, ut liquet ex ea quam dat Helena Telemacho in hunc uſum,

- - πολυηράτου ἐς γάμου ὥρην

Σῇ ἀλόχῳ φορέειν - -

- - *optatarum in nuptiarum tempus*

Tuæ uxori geſtandum: - -

Odyſſ. XV. (γ)

§. VIII. Poſtremum lecto geniali in thalamo parato, *ſolvebat ſponſus ſponſæ zonam.*

(α) *Verſ.* 27. *ſeq.* (β) *Matth. cap.* XXII. *comm.* 12. *ſeq.* (γ) *Verſ.* 126.

Digitized by Google

Zonam. Eo pertinet quod Neptunus, rem habens cum Tyro,

Λῦσε δὲ παρθενίην ζώνην

Solvit autem virgineam Zonam,

Odyſſ. XI. (α) Et in *Hymno Veneris* (β) Anchiſes,

Λῦσε δέ οἱ ζώνην, ἰδὲ εἵματα σιγαλόεντα·

Solvit autem illi cincturam, & veſtes ſtupendas.

Sic apud THEOCRITUM puella compreſſa a Daphni *Idyl.* XXVII: (γ)

Φεῦ, φεῦ, καὶ τὰν μίτραν ἀπέχισας, ἐς τί δ' ἔλυσας;

Hei, hei, & mitram amoviſti, quare vero ſolviſti?

MOSCHUS de Europa abvecta *Idyl.* II: (δ)

Οὐδ' ἄρα παρθενίην μίτρην ἄχραντον ἔρυσθαι·

Nec virginalem zonam impollutam conſervatura.

Sic vero & illa apud OVIDIUM *in Epiſt.* (ε)

Cui mea virginitas avibus libata ſiniſtris,
Caſtaque fallaci zona revincta manu.

CAPUT

(α) *Verſ.* 244. (β) *Verſ.* 165. (γ) *Verſ.* 54. (δ) *Verſ.* 73. (ε) *Epiſt.* II. *Verſ.* 115.

CAPUT DECIMUM QUINTUM.

De ſecundis Nuptiis.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Nuptiæ ſecundæ ſæpius Religioſe omiſſæ §. I.
Iure non prohibitæ §. II.
Ad certum tempus reſtrictæ §. III.

§. I.

ITa ſancte conjugalis thori caſtitas a priſcis obſervabatur, ut *alii viro, ſecundo voto, ſe addicere mulieres haberent religioni.* Exemplum luculentum in Penelope, quæ ad ſecundas nuptias a multis ſollicitata procis, ſtrenue reſtitit,

Εὐνήν τ' αἰδομένη πόσιος, δήμοιό τε φῆμιν·
Lectumque reverens mariti, populique famam.

ut ipſa ait *Odyſſ.* XIX. (α) Ex voto hoc eſt maritorum, qui a morte etiam crediti veteribus integras ſibi cupere uxores. Quemadmodum JUSTINIANUS pronunciavit: *animam mariti defuncti ſecundis nuptiis contriſtari.* §.

 Qua

(α) Verſ. 527.

Digitized by Google

Quæ vero. Authent. de Nupt. (α) Hinc illa apud VIRGILIUM *Æneid.* IV: (β)

Ille meos primus qui me ſibi junxit, amores
Abſtulit; ille habeat ſecum, ſervetque ſepulcro.

Maxime vero hoc obtinuit cum relinquebantur liberi, quibus cenſebant non perinde favere mulieres, iterum conjugatas, ut eſt *Odyſſ.* XV: (γ)

Κείνου βούλεται οἶκον ὀφέλλειν ὅς κεν ὀπυίοι,
Παίδων δὲ προτέρων καὶ κουριδίοιο φίλοιο
Οὐκέτι μέμνηται τεθνηότος, οὐδὲ μεταλλᾷ.

Illius vult domum augere quicunque duxerit,
Filiorum autem priorum & mariti primi
Non amplius recordatur mortui, neque inquirit.

Intemperantiæ quoque ac laſciviæ opinionem præbebant, quæ ad ſecunda vota convolarent. Unde VALERIUS MAXIMUS (δ) dicit: *multorum matrimoniorum experientiam quaſi illegitimæ cujuſdam intemperantiæ ſignum eſſe.* QUINTILIANUS vero, *nubendi quandam eſſe impudicitiam, Declamat.* CCCVI. (ε)

§. II.

(α) *Vid. Nov.* XXII. *cap.* XLIII. (β) *Verſ.* 28. *ſeq.* (γ) *Verſ.* 21. *ſeq.* (δ) *lib.* II. *c.* I. *n.* 3. *p.* 132. (ε) *pag.* 545.

Digitized by Google

§. II. *Jure* tamen *non fuiſſe prohibitas* ſecundas nuptias liquet ex eo, quod parentes ac amici Penelopes, rati Ulyſſem demortuum, denuo nubere jubent, *Odyſſ.* XIX. (*α*) Atque hac re cæteris apud Græcos præiiſſe fertur Achis Perſeï neptis, *quæ Periere Æoli filio, quicum virgo nupta fuerat, mortuo, alteri viro Oebalo nupſit; πρότερον δὲ καθεστήκει ταῖς γυναιξὶν ἐπὶ ἀνδρὶ ἀποθανόντι χηρεύειν, cum antea ſanctum ac ſolenne fœminis eſſet, priore viro mortuo, ſecundis nuptiis abſtinere: ut eſt apud* PAUSANIAM *Corinthiacis.* (*β*)

§. III. Cæterum illud ſingulare, quod HOMERUS (*γ*) ait, Ulyſſem ad expeditionem Trojanam diſcedentem uxori Penelope dixiſſe, incertum ſibi eſſe, an rediturus ſit, an captivus ad Trojam permanſurus; itaque ſervaret domum ad filii uſque pubertatem, tum nuberet, cui vellet,

Γήμασθ᾽ ᾧ κ᾽ ἐθέλησθα, τεὸν κατὰ δῶμα λιποῦσα.

Nubito cui voles, tuam domum relinquens.

JULIA-

(*α*) *Verſ.* 158. *ſeq.* (*β*) *s. lib.* II. *cap.* 21. *pag.* 159. *coll. not.* (*γ*) *Odyſſ.* XVIII. *v.* 264. *ſeqq.*

Digitized by Google

JULIANUS quidem reſpondet, *donec certum eſt, maritum vivere in captivitate conſtitutum, nullam habere licentiam uxores eorum migrare ad aliud matrimonium, niſi mallent ipſæ mulieres cauſam repudii præſtare. Sin autem in incerto eſt, an vivus apud hoſtes teneatur, vel morte præventus; tunc, ſi quinquennium a tempore captivitatis exceſſerit, licentiam habet mulier ad alias migrare nuptias. l. 6. Digeſt. de Divort. ac Repud.* (α) At vero JUSTINIANUS *Novell.* CXVII. *cap.* XI. (β) decrevit, *ob quantumvis longam mariti abſentiam, uxorem alteri nubere non poſſe, niſi audierit eum certo mortuum.* Eo pertinet illud PETRONII: (γ) *Si abſente per aliquot annos marito patiri non licebat, amare certe licebat.* Atque hac de cauſa Penelope noluit, licet juſſa, alteri in matrimonium ſe tradere, variis artibus procorum vota ad prioris mariti reditum ſuſpendens; eoque nomine ab omnibus ſcriptoribus celebrata:

Penelope poterat bis denos ſalva per annos,
Vivere, tam multis fæmina digna procis,

ait

(α) *s. lib.* XXIV. *Tit.* II. (β) *coll. Nov.* XXII. *c.* VII. (γ) *Vid. not.*

Digitized by Google

ait PROPERTIUS *lib.* II. *Elegia* VII. (α) Cæterum non videtur omittendum, quod PAUSANIAS *Arcadicis* (β) apud Mantineos vulgo jactatum refert: Πηνελόπην ὑπὸ Ὀδυσσέως καταγνωσθεῖσαν, ὡς ἐπισπαστοὺς εἰσαγάγοιτο ἐς τὸν οἶκον, καὶ ἀποπεμφθεῖσαν ὑπ' αὐτοῦ, *Penelopen damnatam ac repudiatam fuiſſe ab Ulyſſe, quod procos ultro allexiſſet & invitaſſet in ædes ſuas.*

CAPUT DECIMUM SEXTUM.

De Adulterio.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Criminis hujus
Qualitas §. I.
Pœna, *cujus* *Irrogatio* §. II.
Redemptio §. III.

§. I.

GRave comprimis *& animadverſione dignum crimen* patrare exiſtimati, qui alienum thorum violaſſent. Exemplo Ægyſthus, qui Agamemnonis abſentis uxorem Clytæmneſtram nefario

(α) *Verſ.* 41. *ſeq.* (β) *ſ. lib.* VIII. *c.* 12. *pag.* 624.

Digitized by Google

nefario conjugio ſibi junxit, eumque advenientem trucidavit. Sed & idem cum ipſa filii Oreſtis vindicem manum expertus eſt, quem ideo rei bene geſtæ laudavit in Deorum concilio Jupiter & Pallas *Odyſſ.* I. (α) Sic ejusdem pater Thyeſtes, cum Atreï fratris uxorem Europam ſtupraſſet, ita vehementer eum irritavit, ut ultionis vice & proprios liberos in convivio appoſuerit edendos. (β)

§. II. Imo cum Phœnix matris impulſu pellicem patris iniiſſet, Furias, quas ille imprecabatur habuit ultrices *Iliad.* IX. (γ) Sed omnium clariſſimum exemplum Paridis, qui cum Helenam Menelaï uxorem e Sparta abduxiſſet, univerſam Græciam adverſus ſe ac Trojanos concitavit, a quibus ipſe cum ſuis internecione deletus. Et quidem Hector eum *lapidea tunica induendum* cenſuit, *tam immanis ſceleris nomine*

Λάϊνον ἕσσο χιτῶνα κακῶν ἕνεχ' ὅσσα ἔοργας.

Iliad.

(α) *Verſ.* 32. *ſqq.* (β) *Vid.* SENECA *Thyeſt.* V. 680. *ſeqq.* HORATIUS *Lib.* I. *Od.* I. V. 17. SERVIUS *ad Virgilii Æneid.* I. *Verſ.* 572. (γ) *Verſ.* 454.

Digitized by Google

Iliad. III. (α) Quæ adulterii pœna apud orientales populos perantiqua; ut conſtat ex lege Dei *Deuteronomii cap.* XXII. (β) & *Johann. cap.* VIII. (γ) Ac omnium pene gentium moribus *pœna capitalis impoſita adulteris;* quam deprehendens maritus ipſe poterat inferre, ut liquet ex DEMOSTHENE *in Ariſtocr.* (δ) & *Digeſt. ad legem Juliam de Adulter.* (ε)

§. III. Alioquin & *pecunia quandoque* apud Græcos *redempta adulterii pœna*: quo pertinent μοιχάγρια *mulctæ adulterii*, quas HOMERUS celebrat *Odyß.* VIII. (ζ). Quas SCHOLIASTES (η) interpretatur μοιχόλητα· τὰ ὑπὲρ τῆς ἀγρεύσεως καὶ συλλήψεως τῶν μοιχῶν ἐκτιννύμενα, *mulctas, quæ pro captiva comprehenſione mœchorum perſolvuntur.* Loquitur ibi de furtivo Martis ac Veneris concubitu; Illum cum uxore deprehenſum Vulcanus cupit detinere in vinculis, donec ſibi perſolvat χρέος *debitum.* Pro quo Neptunus, cum ſe obtuliſſet fidejuſſorem, ſolvit. Poſtulat

(α) Verſ. 57. (β) V. 22. ſeqq. (γ) Verſ. 5. ſeqq. (δ) pag. 733. (ε) 5. lib. XLVIII. tit. V. §. de jure occidendi. (ζ) V. 332. (η) ad h. l.

lat autem omnia ſibi reddi ἕδνα *dona ſponſalia*, quæ patri dederat ob puellam. Apud Romanos utique etiam maritos ſolitos lucrari dotes adulterarum uxorum, & contra uxores donationes propter nuptias adulterorum conſtat ex ſanctione Theodoſii & Valentiniani *leg.* 9. COD. *de Repudiis;* (α) §. *Quæ ſimul facta.* Imo nec licuit marito retinere in adulterio deprehenſam uxorem, *leg.* 2. *Cod. ad leg. Jul. de Adulter.* (β) Cui conſentanea illa lex Attica apud DEMOSTHENEM *in Near.* (γ) Ἐπειδὰν δὲ ἕλῃ τὸν μοιχὸν, μὴ ἐξέστω τῷ ἑλόντι συνοικεῖν τῇ γυναικὶ, ἐὰν δὲ συνοικῇ, ἄτιμος ἔστω. *Poſtquam autem adulterum deprehenderit, ei qui deprehendit, porro in matrimonio habere mulierem eam ne liceat. Quam ſi retinuerit, ignominioſus eſto.*

CAPUT

(α) *lib.* V. *Tit.* XVII. (β) *Vid. Cod. lib.* IX. *Tit.* IX. §. *Crimen lenocinii. coll. ff. leg.* 2. *Lenocinii crimen. lib.* XLVIII. *Tit.* V. (γ) *pag.* 875. *B.*

CAPUT DECIMUM SEPTIMUM.

De Concubinis.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Concubinarum
- *Exempla* §. I.
- *Admiſſio*, *apud Græcos* §. II.
- *Barbaros* §. III.
- *ubi de Polygamia* §. IV.

Nothorum conditio §. V.

§. I.

PRæter legitimas uxores fuerunt antiquioribus Græcis etiam in uſu aliæ fœminæ quibuſcum cubabant. Talis Achilli Briſeïs, quam lecti ſui gratia ſe ſervaturum pronunciat *Iliad.* I: (α)

Ἱστὸν ἐποιχομένην καὶ ἐμὸν λέχος ἀντιόωσαν,
Telam percurrentem & meum lectum inſternentem.

Ἄλοχος *uxor* inde dicta *Iliad.* IX. (β) Ibi quoque abſente Briſeïde cubat cum Diomeda Lesbia muliere, uti Patroclus cum Iphi. (γ) Ita etiam Neſtori ac Phœnici ſuæ ſunt fœminæ, lecti

Q ſociæ.

(α) *Verſ.* 31. (β) *Verſ.* 336. (γ) *Verſ.* 660. *ſeqq.*

Digitized by Google

ſociæ. *Erant illæ plerunque ſervæ in bello captæ, aut pretio coëmptæ*: cujusmodi illæ mulieres Lesbiæ, quæ dicuntur fuiſſe in tentoriis Agamemnonis, *Iliad.* IX. (α) Serva idem ex qua Menelaus ſuſcepit Megapenthem, cum non amplius eſſet pariendo Helena, *Odyſſ.* IV. (β) Similiter ea qua ſe natum fingit Ulyſſes *Odyſſ.* XIV: (γ)

- - Ἐμὲ δ' ὠνητὴ τέκε μήτηρ,
Παλλακίς. - - -
- - *Me autem empta peperit mater,*
Pellex. - - -

Poſtremum hoc genus παλλακίδες *pellices*, Hebræa voce dixerunt, quæ legitimis uxoribus ſuperinducebantur.

§. II. Quanquam *apud Græcos ægre admittebantur* ejusmodi ſociæ: uti videmus factum a matre Phœnicis, quæ pellicem exoſam ſtuprare filio ſuaſit. *Iliad.* IX. (δ) Indeque Ulyſſes noluit cum ſerva Euryclea rem habere, metu uxoris,

Εὐνῇ δ' οὔποτ' ἔμικτο, χόλον δ' ἀλέεινε γυναικός.
Sed lecto nunquam mixtus ei eſt, iram ſcilicet vitabat uxoris.

Odyſſ.

(α) Verſ. 129. ſeq. (β) Verſ. 11. ſeq. (γ) Verſ. 202. ſeq. (δ) Verſ. 447. ſeqq.

Odyſſ. I. (α) Hac de cauſa quoque irritata Clytæmneſtra, Agamemnoni ac Caſſandræ manus cruentas intulit, quod hanc ille lecti ſociam feciſſet. Medea Jaſoni parem ſtruxit interitum, liberis interfectis, quod Creüſam ſibi ſuperinduxiſſet; uti notatum ab ATHENÆO *lib.* XIII. (β)

§. III. At *apud Barbaros facilius* ab uxoribus pellices illæ *tolerabantur*, ſicuti videre eſt in Priamo, cui præter Hecubam aliæ mulieres quam plurimæ; quod ipſe dictat *Iliad.* XXIV. (γ) filios nempe ſibi fuiſſe quinquaginta, ex quibus novendecim uno ventre editi ſint, cæteri ex aliis mulieribus. Eorum alii γνήσιοι *legitimi* HOMERO dicti, alii νόθοι *ſpurii;* uti diſtinguuntur *Iliad.* XI: (δ)

Υἷε δύω Πριάμοιο, νόθον καὶ γνήσιον, ἄμφω
Εἰν ἑνὶ δίφρῳ ἐόντας· - -
Filios duos Priami, nothum & legitimum, ambos
In uno curru exiſtentes: - -

Et quidem Νόθους interpretatur SCHO-

(α) *Verſ.* 433. (β) *pag.* 556. *C. coll. ibid. not.* (γ) *Verſ.* 495. *ſeqq.* (δ) *Verſ.* 102. *ſeq.*

Digitized by Google

LIASTES (α) τοὺς ἐκ παλλακίδος, *qui e pellice eſſent editi.*

§. IV. Quanquam revera πολυγαμία in Priamo videtur fuiſſe, *ut multas habuerit uxores matrimonio legitimo junctas.* Etenim magnorum Principum filiæ illi ſociatæ, & quidem allata dote; qualis Laothoë, Altæ Lelegum Regis filia, ex qua natus Lycaon *Iliad.* XXI. (β) Ita vero etiam ab antiquiſſimis Græcis factum, exemplo eſt Ægeus Theſeï pater, qui, ut teſtatur ATHENÆUS, (γ) primum Opletis filiam duxit: poſt unam ex natis Chalcodontis, quas cum amicis dediſſet, multas alias ſine nuptiis inivit; dein' Pitheï filiam Æthram connubio junxit, ac poſtremo Medeam. Ipſe quoque Theſeus, complures habuit uxores, partim rapto, partim amore, partim legitimis nuptiis ſibi ſociatas, ut ſcribit ISTER *lib.* XIV. *Rer. Attic.* (δ) Idem conſtat factum ab Hercule; unde numeroſa illa proles enata.

§. V.

(α) *ad Iliad.* II. ꝟ. 727. *s. Boeot.* ꝟ. 234. & *ad Iliad.* IV. ꝟ. 499. (β) *Verſ.* 85. & 88. (γ) *lib.* XIII. *p.* 556. *F.* (δ) *apud* ATHENÆUM *lib.* XIII. *p.* 557. *A.*

§. V. Cæterum, *etſi non eodem ordine cenſerentur nothi apud priſcos, accurate tamen cum aliis filiis legitimis a parentibus educabantur.* Quemadmodum comprobatur exemplo Pedæi, qui nothus erat Antenoris, *Iliad.* V. (α) & Teucri, qui Telamonis *Iliad.* VIII. (β) Quinimo & in partem aliquam venerunt paternæ hereditatis; uti Ulyſſes ſibi ait obtigiſſe *Odyſſ.* XIV. (γ) Megapenthes vero, ut & Nicoſtratus a regno Spartæ, quod pater poſſederat Menelaus, ab Oreſte fuerunt excluſi, quia ἐκ δούλης *ex ſerva* eſſent ſuſcepti, ut ait PAUSANIAS *Corinthiacis.* (δ) At Neoptolemus, quem ex Deïdamia furtim ſuſtulerat Achilles, patrium regnum ſuſcepit. Sed matris conditione hoc forte factum, quæ rege Lycomede erat prognata. (ε)

(α) *Verſ.* 68. *ſeq.* (β) *Verſ.* 284. (γ) *Verſ.* 210. (δ) *ſ. lib.* II. *c.* 18. *pag.* 151. (ε) *Vid. Schol. ad Iliad.* XIX. *V.* 332.

Digitized by Google

CAPUT DECIMUM OCTAVUM.

De Liberorum educatione.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Educationis curam geſſerunt Parentes §. I. *præcipue Matres* §. II. *ſæpe etiam Præceptores adhibiti* §. III.

§. I.

SIngularis cura veterum Græcorum paſſim apud HOMERUM elucet in liberis domi educandis. *Iliad.* XVI: (α)

Τὸν δ' ὁ γέρων Φύλας εὖ ἔτρεφεν ἠδ' ἀτίταλλεν,
Ἀμφαγαπαζόμενος ὡσεὶ θ' ἑὸν υἱὸν ἐόντα.

Hunc autem ſenex Phylas magna cura nutrivit & educavit,
Vehementi amore proſequens tanquam ipſius filius eſſet.

Odyſſ. XIV: (β)

Υἷες ἐν μεγάροις ἠμὲν τράφον, ἠδὲ γένοντο.
Filii in ædibus & educati & nati ſunt.

Odyſſ. XI: (γ)

καὶ

(α) Verſ. 191. ſeq. (β) Verſ. 201. (γ) Verſ. 67.

- - καὶ πατρὸς, ὅς ἔτρεφε τυτθὸν ἐόντα,
- - *& patrem, qui nutrivit parvulum.*

Matris præcipue commendata diligentia, *Odyſſ.* II: (α)

Ἥ μ' ἔτεχ', ἥ μ' ἔθρεψε, -
Quæ me peperit, quæ me nutrivit. -

Odyſſ. XI: (β)

- - σὺ δὲ τοὺς κομέειν, ἀτιταλλέμεναί τε,
- - *tu vero hos cura enutrique,*

ait Neptunus ad Tyro gravidam. Sic apud HESIODUM ἔργοις (γ) puer,

- - παρὰ μητέρι κεδνῇ
Ἐτρέφετ' ἀτάλλων, - -
- - *apud matrem ſedulam*
Nutriebatur creſcens. - -

Similiter Hercules apud Matrem nutritus

- - νέον φυτὸν ὡς ἐν ἀλωᾷ,
- - *ſicut tenera planta in viridario,*

ut ait THEOCRITUS *Idyl.* XXIV. (δ) Atque ab hoc officio eidem γυνὴ *mulier* dicitur τεκέων τροφὸς *liberorum nutrix Idyl.* XXVII. (ε)

§. II. Et quidem hac parte *ita defungebantur matres, ut ſuo potiſſimum lacte*

(α) Verſ. 131. (β) Verſ. 249. (γ) Verſ. 129. ſeq. (δ) Verſ. 101. (ε) Verſ. 65.

lacte liberos alerent; cujus rei exempla in illuſtribus fœminis etiam apparent; ut in Hecuba, mammam oſtentante Hectori,

- - εἴ ποτέ τοι λαθικηδέα μαζὸν ἐπέσχον,

- - *ſi unquam tibi vagitus ſedantem mammam præbui*,

Iliad. XXII. (α) Penelope etiam dicta Telemachum lactaſſe, (β)

- - πάϊς δέ οἱ ἦν ἐπὶ μαζῷ
Νήπιος· - - - -

- - *filius autem illi erat ad mamillam*
Parvulus. - - - -

Sic Alcumena Herculem & Iphiclum *liberos ipſamet laviſſe ac lactaſſe* dicitur,

Ἀμφοτέρους λούσασα καὶ ἐμπλήσασα γάλακτος·

apud THEOCRITUM *Idyl.* XXIV. (γ) Ariſtodemi quoque Regis Spartani uxor geminos λούει καὶ σιτίζει, *lavat cibatque* ut eſt apud HERODOTUM *Erato.* (δ) PLUTARCHUS (ε) etiam narrat Catonis Majoris uxorem idem præſtitiſſe, αὐτὴ γὰρ ἔτρεφεν ἰδίῳ γάλακτι. *Ipſa enim*

(α) *Verſ.* 83. (β) *Odyſſ.* XI. *Verſ.* 447. *ſeq.* (γ) *Verſ.* 3. (δ) *ſ. lib.* VI. *c.* 52. *p.* 359. (ε) *Tom.* I *opp. pag.* 348. *A.*

Digitized by Google

enim ſuomet lacte nutrivit infantem. Multus ille eſt in hujus rei commendatione tractatu περὶ παίδων ἀγωγῆς, *de puerorum educatione.* (α) Uti Phavorinus apud GELLIUM *lib.* XII. *cap.* I. (β) Cæteroquin haud inficior, *nutrices* etiam adſcitas ab antiquioribus: veluti Euryclea illa Ulyſſis, cui ipſe *Odyſſ.* XIX: (γ)

- - σὺ δέ μ' ἔτρεφες αὐτὴ
Τῷ σῷ ἐπὶ μαζῷ - -
- - *tu autem me nutriviſti ipſa*
Ipſo tuo in ubere. - -

Sic etiam Nutrix Nauſicaæ, *Odyſſeæ* VII, (δ) & Aſtyanactis Hectoris filii commemoratur *Iliad.* VI. (ε) Sed lactis materni inopia hoc fieri potuit, ut ſæpe contingit. Ut ut ſit, conſtat ſingularem a parentibus adhibitam curam in liberorum educatione; quam & leges Athenienſium, uti & Romanorum ſanxerunt. Hinc in deliciis conjugii poſitum, quod puelli in genibus parentum comedebant, ut patet *Iliad.* XXII, (ζ) ubi Andromache occiſo Hectore, queritur de Aſtyanacte:

(α) *Tom.* II *opp. pag.* 3. *B.* (β) *pag.* 271. (γ) *Verſ.* 482. (δ) *Verſ.* 12. (ε) *Verſ.* 399. *ſeqq.* (ζ) *Verſ.* 500. *ſeq.*

- - Ὃς πρὶν μὲν ἑοῦ ἐπὶ γούνασι πατρὸς
Μυελὸν οἶον ἔδεσκε, καὶ οἰῶν πίονα δημόν.
- - *Qui ante quidem ſui ſuper genua patris*
Medullam tantum comedebat, & ovium pinguem adipem.

Sic in genibus Autolyci avi Ulyſſes poſitus *Odyſſ.* XIX: (α)

Τὸν ῥά οἱ Εὐρύκλεια φίλοις ἐπὶ γούνασι θῆκε
Παυομένῳ δόρποιο. - -
Hunc ei Euryclea dilectis in genibus poſuit
Finienti cœnam. - - -

Itaque Amyntor filio diras imprecatus addit, ne genibus ſuis imponat filium,

Μή ποτε γούνασιν οἷσιν ἐφέσσεσθαι φίλον υἱὸν
Ἐξ ἐμέθεν γεγαῶτα· - - -
Ne unquam genibus ſuis imponeretur dilectus filius
Ex me genitus. - - -

Iliad. IX. (β) Illic ſoliti ludere puſiones παππάζοντες *Iliad.* V: (γ)

Οὐδέ τι μιν παῖδες ποτὶ γούνασι παππάζουσιν.
Neque eum liberi ad genua pappa vocant.

Πάππα

(α) Verſ. 401. ſeq. (β) Verſ. 455. (γ) Verſ. 408.

Πάππα nempe ſubinde *dictitantes*, qua voce Nauſicaë patrem alloquitur *Odyſſeas* VI. (α)

§. III. In illuſtrioribus familiis *adhibiti* præterea *viri, qui filios educarent* ac bonis artibus imbuerent. Quam operam præſtitit Peleo in educatione Achillis Phœnix *Iliad.* IX. (β) Ubi refert, ſe ei infanti genibus ſuis impoſita cibum præcidiſſe, & vinum infudiſſe, quo evomito ſæpe veſtem ſuam conſpurcavit; deinde concionandi ac bellandi diſciplina eum informaſſe,

Μύθων τε ῥηκτῆρ' ἔμεναι, πρηκτῆρά τε ἔργων·

ut eum efficeret *oratorem verborum, actoremque rerum*, ſicuti vertit CICERO *lib.* III. *de Oratore.* (γ) Idem Chironi Centauro traditus quoque in diſciplinam, apud ORPHEUM in *Argonaut.* (δ) & PINDARUM *Ode* III. *Nem.* (ε) ubi artem canendi, medendi, venandi, aliaſque edidicit. Et PAUSANIAS *Bœoticis* (ζ) narrat *Heſiodum conſcripſiſſe præcepta Chironis ad Achillem inſtruendum*, ubi inter

(α) V. 57. (β) V. 443 & 448. *ſqq.* (γ) *c.* XV. *Vol.* II *opp. p.* 473. (δ) *Verſ.* 385. *coll.* V. 443. *ſeqq.* (ε) ἀντιστρ. γ. *Verſ.* 12. *ſeqq.* (ζ) *s. lib.* IX. *c.* 31. *pag.* 772.

Digitized by Google

inter alia ejus opera ponitur Παραινέσεις τε Χείρωνος, ἐπὶ διδασκαλίᾳ δὲ τῇ Ἀχιλλέως. PLUTARCHUS quoque in *Theſeo* (α) ait, illi a patre datos præceptores, qui liberalibus artibus ac heroïcis diſciplinis eum informarent. Herculem quoque ab Atlante rerum naturalium ſcientiam edoctum ſcribit SERVIUS. (β) At apud THEOCRITUM *Idyl.* XXIV, (γ) Linus fertur eundem docuiſſe literas; artem ſagittandi Eurytus; cantandi cythara Philammonides Eumolpus; pugillatus ac luctæ artem Harpalycus Phanopeus; certamina curulia Amphitryo; bellica Caſtor. Ita Alexandro Magno varii fuerunt magiſtri & præceptores; quibus omnibus impoſitus Leonidas Olympiadis propinquus, qui nutritius ejus ac Rector dictus. At Cato Romanus ipſe filium ſuum omnibus artibus voluit erudire, οὐ μόνον ἀκοντίζειν, οὐδ᾽ ὁπλομαχεῖν, οὐδ᾽ ἱππεύειν διδάσκων τὸν υἱὸν, ἀλλὰ καὶ τῇ χειρὶ πύξ παίειν, καὶ καῦμα καὶ ψύχος ἀνέχεσθαι, καὶ τὰ δινώδη καὶ τραχύνοντα τοῦ ποταμοῦ νηχόμενον ἀποβιάζεσθαι, *Non jaculari modo & armis depugnare*

(α) *Tom.* I *opp. p.* 2. *ſeq.* (β) *ad* VIRGIL. *Æneid.* I. v. 745. *coll. not.* (γ) Verſ. 103. *ſeqq.*

pugnare atque equitare docuit filium; ſed pugilatum etiam, æſtum & algorem tolerare, vortices & fluctus fluminis nando ſuperare: ut refert PLUTARCHUS. (α)

CAPUT DECIMUM NONUM.

De Officio liberorum erga Parentes.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Reverentia §. I.
Pietas, ubi Nutricationis repenſatio §. II.
Injuria parentibus illatæ ultio §. III.

§. I.

M*Aximum parentibus honorem a liberis exhibitum*, apud HOMERUM infinitis locis patet. Verebantur religioſe eos offendere, quod Ἐριννῦς *Furias* crederent vindices ſibi inſtare, quæ SCHOLIASTÆ (β) dicuntur καταχθόνιοι δαίμονες, τιμωρητικοὶ τῶν πατρικῶν ἀσεβημάτων; *dæmones terreſtres, impie-*

(α) *Tom.* I *opp. pag.* 348. *B.* (β) *ad Iliad.* IX. *Verſ.* 454.

impietatis erga parentes ultores. Senſit hoc Phœnix *Iliad.* IX, (α) cui violanti pellicem ſuam pater

- - ϛυγερὰς ἐπεκέκλετ' Ἐρινῦς·
- - *horrendas imprecatus eſt furias.*

Eodem modo cavet ſibi Telemachus ab expellenda matre,

- - - ἄλλα δὲ δαίμων
Δώσει· ἐπεὶ μήτηρ ϛυγερὰς ἀρήσετ' Ἐρινῦς.
- - - *Alia autem deus*
Dabit: poſtquam mater odioſas imprecata fuerit furias.

Odyſſ. II. (β) Timoleon quoque apud PLUTARCHUM (γ) inedia ſe conficere paravit, cum videret matrem φωνάς τε δεινὰς καὶ κατάρας ἐπ' αὐτὸν ἀρᾶσθαι φρικώδεις, *devovere caput ſuum, dirasque imprecari ſibi.* Nec fortiore ratione commovendum filium Marcium Veturia ſibi putavit, quam injecto imprecationis maternæ metu, apud DIONYSIUM HALICARNASSEUM *lib.* VIII: (δ) Βαρεῖαν ἀρὰν, καὶ δεινὰς ἐριννύας ἀντ' ἐμαυτῆς καταλιποῦσά σοι τιμωρούς, *dirasque & furias tibi pro me relinquam ſævas vindices.* Multus in hac re declа-

(α) *Verſ.* 454. (β) *Verſ.* 134. *ſeq.* (γ) *Tom.* I *opp. pag.* 238. *B.* (δ) *pag.* 523. *lin.* 16.

Digitized by Google

daranda eſt PLATO *lib.* XI. *de Leg.* (α) Ubi Oedipodis, Amyntoris, Theſeĩ ac aliorum exemplis oſtendit, ἐπηκόους εἶναι γονεῦσι πρὸς τέκνα θεούς, *Deos parentum adverſus filios injurios exaudire preces;* contraque exaudire, ſi quid precentur boni: atque inde honorem illis & quidem a Diis proximum cenſet tribuendum; quod præcepit PHOCYLIDES: (β)

Πρῶτα θεὸν τίμα, μετέπειτα δὲ σεῖο γονῆας.
Primum deum cole, deinde tuos parentes.

§. II. In primis vero antiquis Græcis curæ fuit θρεπτήρια, quæ HOMERUS vocat *nutricationis præmia*, *parentibus rependere;* uti cum de Simoiſio & Hippothoo immatura morte præceptis, ait: (γ)

\- - - Οὐδὲ τοκεῦσι
Θρέπτρα φίλοις ἀπέδωκε, μινυνθάδιος δέ οἱ αἰών·

\- - - *neque parentibus*
Nutricationis præmium ſuis reddidit, brevis enim ei ætas.

HESIODUS quoque in Ἔργοις, (δ) deſcribens ſeculi poſtremi ſcelera, ait nullum

---

(α) *Tom.* II *opp. pag.* 931. *B.* (β) *Verſ.* 6. (γ) *Iliad.* IV. *Verſ.* 477. *ſeq.* (δ) *Verſ.* 185. *ſeq.*

Digitized by Google

nullum honorem ſenibus parentibus iri delatum, neo viciſſim a filiis nutriendos,

- - - Οὐδὲ μὲν οἵγε
Γηράντεσσι τοκεῦσιν ἀπὸ θρεπτήρια δοῖεν·
- - - *neque hi ſane*
Senibus parentibus educationis præmia
reddent.

Tales etiam igne extremo cremandos prædicit SIBYLLA, (α)

- - Ὅσσοι δὲ γονεῖς ἐνὶ γήρᾳ
Κάλλιπον, οὔτι τίσαντες ὅλως, οὐ θρέπτρα γονεῦσιν
Ἀντιπαρασχόντες. - - -
- - *Quive parentes in ſenio*
Relinquunt, neque præmia digna rependunt
Pro nutricatu. - - -

Commendat hanc rem ſerio ARISTOTELES *lib.* IX. *Ethic. cap.* II: (β) Δόξειε δ' ἄν, τροφῆς μὲν γονεῦσι δεῖν μάλιστ' ἐπαρκεῖν, ὡς ὀφείλοντας, καὶ τοῖς τοῦ εἶναι, κάλλιον ἢ ἑαυτοῖς ἐς ταῦτ' ἐπαρκεῖν. *Videntur autem filii parentibus maxime res ad victum neceſſarias ſuppeditare debere, tanquam debitores: pulchriusque eſt, iis per quos*

(α) *lib.* II. *verſ.* 272. *ſeq. apud* GALLÆUM *pag.* 285.
(β) *Tom.* III. *opp. p.* 154.

quos ſumus, quam nobis ipſis in his rebus opitulari. Leges ipſæ apud Athenienſes ſanxerunt, ut refert ÆSCHINES *in Timarchum*: (α) quibus ſimile reſponſum ULPIANI *l. ſi quis a liberis Digeſt. de agnoſc. lib.* (β) At diverſum inſtitutum Ægyptiorum, quod refert HERODOTUS *Euterpe*: (γ) Τρέφειν τοὺς τοκέας τοῖσι μὲν παισὶ οὐδεμίη ἀνάγκη, μὴ βουλομένοισι· τῇσι δὲ θυγατράσι πᾶσα ἀνάγκη, καὶ μὴ βουλομένῃσι. *Alendi parentes filiis nulla, nolentibus: filiabus, etiamſi nolint, ſumma neceſſitas eſt.*

§. III. In laude quoque poſitum, *injuriam parenti illatam ulciſci; Odyſſeæ* III, (δ) Telemachus loquens de Oreſte, qui ultus erat necem patri ab Ægyſtho illatam,

- - - Καί οἱ Ἀχαιοὶ
Οἴσουσι κλέος εὐρὺ, καὶ ἐσσομένοισιν ἀοιδήν.
- - - *Et ei Achivi*
Ferent gloriam amplam, & poſteris præconium.

Eadem quoque de cauſa matrem occiderat; cujus nomine abſolutus fuit in Areopago, Palladis judicio, ut eſt

R apud

(α) *apud* DEMOSTH. *pag.* 264. *E.* (β) *lib.* XXV. *Tit.* V. *leg.* 5. (γ) *s. lib.* II. *cap.* 35. *pag.* 103. (δ) *Verſ.* 203. *ſeq.*

Digitized by Google

apud DEMOSTHENEM *in Ariſtocr.* (α) Sed & contra *injuria parentum in filiis vindicata eſt;* quod Agamemnon fecit in Antimachi natis, qui Menelao & Ulyſſi cædem proditorie erant moliti:

Νῦν μὲν δὴ τοῦ πατρὸς ἀεικέα τίσετε λώβην·
Nunc patris certe luetis indignam injuriam,

Iliad. XI. (β) Ejusmodi exempla quam plurima in hiſtoriis reperiuntur, præſertim crimine in principes commiſſo. Iniquitas tamen aliqua huic vindictæ videtur ſubeſſe. Etenim, ut recte CICERO: (γ) *Acerbum eſt parentium ſcelera filiorum pœnis lui, ut ad liberos, qui nil meruerunt, pœna perveniat.* Εἰ μὲν γὰρ συνεξήμαρτον, καὶ συγκολαζέσθωσαν. *Quodſi enim ſimul peccarunt, ſimul etiam puniantur*, ait PHILO. (δ) *Nimirum, quia unuſquisque ex ſuo admiſſo ſorti ſubjicitur, nec alieni criminis ſucceſſor conſtituitur;* uti retulit CALLISTRATUS *leg. crimen. Digeſt. de pœnis.* (ε)

CAPUT

(α) *pag.* 737. *B. coll. pag.* 735. *E.* (β) *Verſ.* 142. (γ) *ad Brut. Epiſt. partim* XII. *partim* XV. *Vol.* VII. *opp. pag.* 2160. & 2167. (δ) *de Legibus Special. pag.* 549. (ε) *s. lib.* XLVIII. *Tit.* XIX. §. 26.

Digitized by Google

CAPUT VIGESIMUM.

De Servitute.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Servi acquiſiti
- *Bello juſto* §. I.
- *Emptione ac venditione* §. II.
- *Bello injuſto* §. III.
- *Citra bellum* §. IV.

Dominorum in ſervos poteſtas, qua
- *Caſtigati* §. V.
- *Liberati* §. VI. *ad quos referuntur*
- *Operarii mercede conducti* §. VII.

§. I.

SErvi Græcis erant plerunque *capti bello*, quos victores ab occidione ſervabant; unde δμῶες dicti παρὰ δαμᾶσθαι *a domando*; quia videlicet, ᾧ τις ἥττηται, τούτῳ καὶ δεδούλωται, *a quo quis ſuperatus eſt, huic etiam in ſervitutem eſt redactus*; ut ait PETRUS 2 *Epiſtol. cap.* II. (α) Tales δμῶες *ſervi* Ulyſſis, de quibus Telemachus *Odyſſ.* I: (β)

Καὶ δμώων οὕς μοι ληΐσατο δῖος Ὀδυσσεύς.
Et ſervorum quos mihi mancipavit nobilis Ulyſſes.

 Sic

(α) *comm.* 19. (β) *verſ.* 398.

Sic Lesbiæ illæ mulieres, quas in tentoriis ſervabat Agamemnon, armis erant ſervituti addictæ; (α) uti & Briſeïs Achillis. (β) Idem ſui uxori metuit Hector, ne quis ſe mortuo eam abducat,

- - ἐλεύθερον ἦμαρ ἀπούρας,
- - *liberum diem abripiens;*

ut cogatur alienam telam texere & aquam e fonte afferre. (γ) Et vero δεδουλωμένην *in ſervitutem redactam* ſe dicit apud VIRGILIUM *Æneid.* III: (δ)

Stirpis Achilleæ faſtus, juvenemque ſuperbum
Servitio enixæ tulimus. - -

Sic HERODOTUS *Thalia* (ε) narrat, Atoſſam, cum maritum Darium ad bellum Græciæ concitaret, ſe velle ſibi Λακαίνας γενέσθαι θεραπαίνας, καὶ Ἀργείας καὶ Ἀττικὰς καὶ Κορινθίας, *Lacænas & Argivas & Atticas itemque Corinthias ancillas fieri.* Et in *Erato* (ζ) Pythia minata vaſtitatem Mileſiis;

Σαὶ δ' ἄλοχοι πολλοῖσι πόδας νίψουσι κομήταις·
Crinitisque pedes tua pluribus abluet uxor.

§. II.

(α) *Iliad.* IX. v. 128. *ſeqq.* (β) *Iliad.* II. v. 689. *ſeqq. ſ. Catal. Nav. verſ.* 196. *ſeqq.* (γ) *Iliad.* XX. *verſ.* 193. (δ) *verſ.* 326. *ſeqq.* (ε) *ſ. lib.* III. *c.* 134. *p.* 214. (ζ) *ſ. lib.* VI. *c.* 19. *p.* 340.

§. II. Captos ſæpius moris erat *in ſervitutem divendere*, quod in multis ſe feciſſe dictat Achilles,

- - Πολλοὺς ζωοὺς ἕλον ἠδ' ἐπέρασσα·

- - *Multos vivos cepi & vendidi*,

Iliad. XXI. (α) Priamus de ſuis natis pronunciat, exemplo Lycaonis, quem ex horto patris abreptum divendidit Achilles: & de aliis queritur Hecuba

Ἄλλους μὲν γὰρ παῖδας ἐμοὺς πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεὺς
Πέρνασχ', ὅντιν' ἕλεσκε. - -

Alios etenim filios meos pedibus velox Achilles
Vendebat, quemcunque caperet. -

Iliad. XXIV. (β) Ita vero integræ quoque civitates *ſervituti mancipatæ*, quod ἐξανδραποδίζειν dixerunt Græci; uti Argivi fecere potiti Mycenis, apud Diodorum Siculum *lib.* XI. (γ) Alexander Thebis apud Arrianum *lib.* I. (δ) Mummius Corinthi, apud Plutarchum (ε) & alios.

§. III. Sed enim *non juſto tantum bello* ſervi vendebantur ab hoſtibus

R 3 capti,

(α) *Verſ.* 102. (β) *Verſ.* 751. *ſeq.* (γ) *pag.* 50. *A.* (δ) *pag.* 11. *A.* (ε) *Sympoſ. lib.* IX. *Quæſt.* I. *Tom.* II *opp. pag.* 737.

Digitized by Google

capti, *verum etiam a latrunculis, ac prædonibus*, aliisque, qui quomodocunque poterant eſſe ſuperiores. Ita vendita mulier illa, quam cum Eumæo abduxerant Taphii latrones *Odyſſ.* XV; (α) ipſeque a Phœnicibus pretio traditus Laërti. (β) Ulyſſes quoque *Odyſſeæ* XIV. (γ) idem ſibi paraſſe dicit veteratorem Phœnicem, quocum in Libyam navigabat, & Theſprotos, cum eſſet mittendus regi Acaſto,

Αὐτίκα δούλιον ἦμαρ ἐμοὶ περιμηχανόωντο.

Statim ſervilem diem mihi machinabantur.

Minatur denique etiam Laomedon, ſe Apollinem ac Neptunum ligatos deportaturum in longinquas ac inſulas, ibidemque venditurum *Iliad.* XXI. (δ) Moderatius Romani, apud quos ab hoſtibus juſto bello, non a latrunculis aut prædonibus capti, ſervi efficiebantur, ut reſpondet Ulpianus *leg.* XXIV. *Digeſt. de captiv. & poſtlim.* (ε)

§. IV. Quod attinet ad eos ſervos, qui *citra bellum* aut latrocinium vendebantur, iis antiquitus non uſam Græciam tradit Timæus Tauromenitanus

(α) *Verſ.* 427. (β) *ibid. Verſ.* 482. (γ) *Verſ.* 340. (δ) *Verſ.* 453. *ſeq.* (ε) *l. lib.* XLIX. *Tit.* XV. *ſ. Hoſtes ſunt.*

Digitized by Google

romenites apud Athenæum: (α) *Οὐκ ἦν φασὶ πάτριον τοῖς Ἕλλησιν ὑπὸ ἀργυρωνήτων τὸ παλαιὸν διακονεῖσθαι. Non moris fuiſſe ait Græcis, ut a ſervis mercede conductis ſervitia acciperent.* Primi e Græcis commemorantur Chij barbaros ſervos numerata pecunia mercati. Quos ideo Deorum iram contraxiſſe Idem (β) cenſet, ſiquidem oppreſſi ſunt ab iis tædio dominicæ poteſtatis. In iis præcipui fuerunt Cares; unde pro ſervilibus hominibus Græco proverbio uſurpati. Quo referunt Interpretes illud Homeri *Iliad.* IX. (γ) *ἐν καρὸς αἴσῃ, mancipii loco.* Frequenter etiam jam inde priſcis temporibus in hanc rem adhibebantur Pontici, Lydi, Phryges, & ſimiles, qui ſuos ſoliti nullo negotio divendere exteris, uti narrat Philostratus *lib.* VIII. *de Vit. Apollon.* (δ)

§. V. Magna fuit *Dominorum in ſervos poteſtas;* unde illorum *ἄνακτες reges* dicti, uti Telemachus,

- - *οἴκοιο ἄναξ ἔσομ' ἡμετέροιο,*
Καὶ δμώων, - - -
- - *ego domus rex ero noſtræ,*
Et ſervorum: - - -

Odyſſ.

(α) *lib.* VI *p.* 264. *C.* (β) *l. c. pag.* 265. *B.* (γ) *Verſ.* 378. (δ) *c.* 7. *§.* XII. *pag.* 346.

Digitized by Google

Odyſſ. I. (α) & Andromache metuens filio, ne ſit

Α'εθλεύων πρὸ ἄνακτος ἀμειλίχου· -

Laborans pro domino immiti, - -

Iliad. XXIV. (β) *In vitam* utique *ac necem eam patuiſſe, apparet* ex eo, quod Ulyſſes, impetitus conviciis a Melantho, minatur, ſe renunciaturum hero Telemacho,

- - ἵνα σ' αὖθι διαμελεϊστὶ τάμῃσιν,

- - *ut eum in fruſta concidat,*

Odyſſ. XVIII. (γ) Quod poſtea factum narratur *Odyſſ.* XXII. (δ) ubi nares & aures ei præciſæ, extracta genitalia ac canibus projecta; manus denique ac pedes amputatæ. Servis quidem peculiarem fuiſſe hanc mutilationis pœnam liquet ex eo, quod Laomedon minatus Diis ſervitutem, ait: (ε)

- - Α'μφοτέρων ἀποκόψέμεν οὔατα χαλκῷ,

- - *ſe utriusque aures ære abſciſſurum.*

Eo pertinet, quod famulæ etiam pervicaces ac ſceleratæ funibus ex trabe ſuſpenduntur, quem οὐ καθαρὸν θάνατον vocat Telemachus, *non puram mortem.* (ζ) Eustathius (η) Καθαρὸς θάνατος, ὁ διὰ

(α) *Verſ.* 397. (β) *Verſ.* 734. (γ) *Verſ.* 338. (δ) *Verſ.* 475. *ſeq.* (ε) *Iliad.* XXI. *Verſ.* 455. (ζ) *Odyſſ.* XXII. V. 462. (η) *ad h. l. p.* 1934. *lin.* 3.

Digitized by Google

διὰ ξίφους· μιαρὸς δὲ ὁ ἀγχονιμαῖος. *Pura mors dicitur quæ ferro, impura quæ ſuffocatione adſciſcitur. Informe lethum* dixit VIRGILIUS (α)

§. VI. *Liberabantur* quoque nonnunquam dominorum poteſtate. Quod pollicetur bubulco ac ſubulco Ulyſſes, interfectis eorum ope procis. *Odyſſ.* XXI. (β) Et PLUTARCHUS *Hellan. Problem.* XIV. (γ) narrat Telemachum Eumæum ac ſocios libertate donatos civibus inſeruiſſe; unde Coliadarum ac Bucoliorum genus in Ithace celebratum permanſit.

§. VII. Cæterum præter ſervos etiam fuerunt Græcis *homines liberi, qui mercede operam ſuam aliis elocabant;* θῆτες dicti HOMERO; ſicuti Telemachum egredientem ſequebantur,

Θῆτές τε δμῶές τε - - -

Mercenarii mancipiaque. (δ) - -

Sic *Odyſſea* XVIII: (ε) Eurymachus ab Ulyſſe hoſpite petit, an ad ruſtica officia mercede velit locari:

Ξεῖνε, ἦ ἄρ κ' ἐθέλεις θητευέμεν, εἴ σ' ἀνελοίμην
Α'γρῦ ἐπ' ἐσχατιῆς; (μισθὸς δέ τοι ἄρκιος ἔσται)

 Hoſpes,

(α) *Æneid.* XII. ℣. 603. (β) ℣. 214. *ſqq.* (γ) *Tom.* II. *opp. pag.* 294. C. (δ) *Odyſſ.* IV. ℣. 644. (ε) *Verſ.* 356. *ſeq.*

Hoſpes, numquid vis ſervire, ſi te ſuſcipiam,
Agri in extremitate? (merces autem tibi ſufficiens erit)

Et Achilles mavult

- - ἐπάρουρος ἐὼν θητευέμεν ἄλλῳ
Ἀνδρὶ παρ' ἀκλήρῳ, (α) - -
- - *ruſticus mercede ſervire alii*
Viro inopi, - - -

quam omnibus mortuorum umbris imperare. Præſtiterunt hoc Laomedonti Apollo & Neptunus, ille in paſcendis bobus, hic in muro ædificando. (β) Unde & θητεῖαι θεῶν παρ' ἀνθρώποις *ſervitutes deorum apud homines* in Græcorum theologia recenſentur a DIONYSIO HALICARNASSEO *Antiq. lib.* II. (γ) Ita vero etiam HERODOTUS *Urania* (δ) narrat, tres fratres a Timeno oriundos Gavanum, Æropum & Perdiccam ex Argo in Illyricos, & inde in ſuperiorem Macedoniam ad urbem Lebæam transfugiſſe, ubi ἐθήτευον ἐπὶ μισθῷ *mercenariam ad operam ſe locaverunt* regi; ac primum equos paviſſe, ſecundum boves, tertium minores pecudes.

ANTI-

(α) *Odyſſ.* XI. ℣. 488. (β) *Iliad.* XXI. ℣. 434. *ſeqq.* (γ) *p.* 90. *lin.* 45. (δ) *ſ. lib.* VIII. *c.* 137. *p.* 508.

ANTIQUITATUM HOMERICARUM LIBER TERTIUS.

Caput Primum.

De Cibo veterum Græcorum.

ΣΥΝΟΨΙϹ.

Connexio §. I.
Cibi ſpecies:
Panis §. II.
Carnes
Animalium, quæ Recenſentur §. III.
Deſcribuntur §. IV.
Ferarum & piſcium §. V.
Lac §. VI.
Fructus & olera §. VII.
Sal §. VIII.

§. I.

SUperiori libro ea quæ magis *publica* ſunt tractavimus, *privata* deinceps perſequamur: & in iis primo victum ac amictum. *Victus* ab Aristotele *Problematum Sect.*

Sect. X. (α) *in humidum & ſiccum diſtinguitur*, nempe cibum & potum; quomodo & Homerus ſæpe deſcribit, (β)

Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο·
Cæterum poſtquam potus & cibi deſiderium exemerunt.

§. II. In cibo primum locum tenet *panis* σῖτος Homero; (γ) uſque adeo ut pro quovis edulio uſurpetur, quemadmodum apud Hebræos לחם Conſtabat e tritico vel hordeo; hæc enim duo frumenti genera apud Homerum uſitata. (δ) Ita quoque Herodotus *Euterpe*: (ε) Ἀπὸ πυρέων καὶ κριθέων ὦλλοι ζώουσι· Αἰγυπτίων δὲ τῷ ποιευμένῳ ἀπὸ τούτων τὴν ζόην ὄνειδος μέγιστόν ἐστι· ἀλλὰ ἀπὸ ὀλυρέων ποιεῦνται σιτία, τὰς ζειὰς μετεξέτεροι καλέουσι. *Alii frumento atque hordeo victitant: Ægyptiis victitare iis quæ ex his facta ſunt, maximo probro eſt: ſed cibis e farre confectis, quod quidam ſiliginem appellant.* Solebant autem panes ferre

(α) *Quæſt.* 55 & 58. *Tom.* IV *opp. p.* 112. *ſeq.* (β) *Iliad.* I. *Verſ.* 469. *Iliad.* II. *Verſ.* 432. *&c.* (γ) *Iliad.* V. *Verſ.* 341. *Iliad.* VIII. *Verſ.* 507. *Odyſſ.* I. *Verſ.* 139. *&c.* (δ) *Vid. not.* (ε) *l. lib.* II. *c.* 36. *p.* 103.

Digitized by Google

ferre in *caniſtris*, quos κανέους HOMERUS appellat *Odyſſ.* I: (α)

Σῖτον δὲ δμῶες παρενήνεον ἐν κανέοισιν,
Panem autem ancillæ coacervabant in caniſtris.

Sic apud THEOCRITUM *parvo Herculе*: (β)

- - ἐν κανέῳ μέγας ἄρτος
Δωρικός. - - - -
- - *grandis in caniſtro panis*
Doricus. - - - -

Similiter VIRGILIUS *Æneid.* I: (γ)

- - *Cereremque caniſtris*
Expediunt; - - -

DONATUS: (δ) *Mos enim fertur apud veteres fuiſſe, ut panis non argenteis, ſed vimineis vaſculis inferretur.*

§. III. Accedebant *carnes*; & quidem *boum* præcipue, *ovium*, *caprarum*, *ſuum*. Hoc enim HOMERICIS heroibus duntaxat in uſu; & quidem ὀπτά, *aſſa*. ATHENÆUS *lib.* I: (ε) Παρετίθεντο δὲ οἱ μὲν ἄρτοι σὺν τοῖς κανοῖς, τὰ δὲ δεῖπνα κρέα μόνον ἦν ὀπτὰ, ζωμὸν δὲ οὐκ

(α) *Verſ.* 147. (β) *ſ. Idyl.* XXIV. *Verſ.* 135. *ſeq.* (γ) *Verſ.* 705. *ſeq.* (δ) *ad h. l.* (ε) *pag.* 12. *B.*

οὐκ ἐποίει Ὅμηρος, θύων βοῦς οὐδ' ἧψε κρέα, οὐδ' ἐγκέφαλον, ὤπτα δὲ καὶ τὰς κοιλίας, οὕτω σφόδρα ἦν ἀρχαῖος, Ἀντιφάνης φησί. *Panis caniſtris miniſtrabatur: in cœnam vero aſſam tantum carnem adhibebant: Etenim HOMERUS nec juſcula parat boves immolans, nec carnes elixat, aut cerebrum; ſed inteſtina ventresque aſſat, adeo priſci moris tenax fuit: inquit ANTIPHANES.* Hinc SERVIUS *ad I. Æneid.* (α) *Heroicis temporibus non veſcebantur carne elixa:* Unde & VARRONEM ait ſcripſiſſe, *Romanis primum in uſu fuiſſe aſſa, ſecundo elixa, tertio jurulenta.* At enim elixæ quoque carnis antiquioribus temporibus aliquem uſum fuiſſe, ex HOMERO notat ipſe ATHENÆUS; (β) Ὅτι δὲ καὶ ἑφθοῖς ἐχρῶντο κρέασιν, ἐμφανίζει ἐν οἷς λέγει·

Ὡς δὲ λέβης ζεῖ, - - -
Κνίσσῃ μελδόμενος ἁπαλοτρεφέος σιάλοιο.

In cibos carnes elixas ipſos ſubinde admiſiſſe monſtrat his verbis:

Ut vero lebes fervet - - -
Adipem liquefaciens ſaginati porci;

Eoque refert quod pes bubulus in Ulyſſem conjectus ſit; πόδα γὰρ βόειον οὐδεὶς

(α) *Verſ.* 710. (β) *lib.* I. *p.* 25. *D.*

οὐδεὶς ὀπτᾷ, *quandoquidem pedem bubulum nemo aſſaverit.*

§. IV. Erant vero *animalia* illa ad victum apta *provectioris ætatis.* Huc pertinere dicit idem ATHENÆUS, (α) quod apud HOMERUM (β) Priamus objiciat criminis loco filiis, quod ſint

Ἀρνῶν ἠδ' ἐρίφων ἐπιδήμιοι ἁρπακτῆρες,
Hædorum ac agnorum tenerorum publici raptores.

Sobolis conſervandæ gratia hoc factum, quo nomine etiam apud Athenienſes vetitum fuiſſe ſcribit PHILOCHORUS, (γ) ἀπέκτου ἀρνὸς μηδένα γεύσασθαι, ἐπιλειπούσης ποτὲ τῆς τῶν ζώων τούτων γενέσεως· *ne quis intonſum agnum comeſſet, cum aliquando pecoris hujus ſoboles defeciſſet.* Cui affinis ea lex, quam Imperator Valens per orientem dederat, *nequis vitulorum carnibus veſceretur*, utilitati agriculturæ providens, ut ait HIERONYMUS *lib.* II. *adverſ. Jovian.* (δ)

§. V. Cæterum *feras* quoque nonnunquam ab heroïbus manducatas conſtat ex frequenti venatione, ut *Odyſſ.*

(α) *lib.* I. *pag.* 9. *C.* (β) *Iliad.* XXIV. *verſ.* 262. (γ) *apud* ATHENÆUM *lib.* I. *pag.* 9. *D.* (δ) *Tom.* II *opp. pag.* 75. *A.*

Odyſſ. IX. (α) *capræ ſylveſtres* captæ in cibum. *Odyſſ.* X (β) *cervus;* & id genus alia animalia. Sic vero *aves* quoque eos conſueviſſe captare, liquet ex *Iliad.* XXIII. (γ) quo loco columbam e malo navis ſuſpenſam ſagittis petunt. Idem de *piſcibus* factum conſtat, ex eo quod ſocii Ulyſſis dicuntur piſcati *Odyſſ.* XII. (δ) Quod arte diu conſueta factitaſſe illos cenſet ATHENÆUS. (ε) At PLUTARCHUS in *Sympoſiacis* (ζ) extrema fame coactos cenſet ad piſcandum ſe contuliſſe; cum illis temporibus mortales piſcibus abſtinerent, quod ad gulæ voluptatem faciant. Heroïbus utique nullibi piſces videmus appoſitos; etſi ad Helleſpontum, quem *ἰχθυόεντα piſcoſum* HOMERUS vocat, (η) caſtra haberent. Quod etiam obſervavit PLATO *lib.* III. *de Republic.* (θ) Ε'πὶ στρατιᾶς ἐν ταῖς τῶν Ἡρώων ἑστιάσεσιν, οὔτε ἰχθίσιν αὐτοὺς ἑστιᾷ, καὶ ταῦτα ἐπὶ θαλάττῃ ἐν Ἑλλησπόντῳ ὄντας, οὔτε ἑφθοῖς κρέασιν, ἀλλὰ μόνον ὀπτοῖς. *In*

(α) *Verſ.* 155. (β) *Verſ.* 180. *ſeqq.* (γ) *Verſ.* 852. *ſeqq.* (δ) *Verſ.* 330. *ſeq.* (ε) *lib.* I. *p.* 13. *A.* & *pag.* 25. *B.* (ζ) *lib.* VIII. *Q.* VIII. *Tom.* II *opp.* *p.* 730. *C.* (η) *Iliad.* IX. *Verſ.* 360. (θ) *Tom.* II *opp.* *p.* 404. *B.*

Digitized by Google

In exercitu in conviviis Heroum neque piſces ipſis edendos præbet, ne apud mare quidem cum eſſent ad Helleſpontum, neque carnes elixas, ſed ſolummodo aſſas.

§. VI. Lactis uſum HOMERUS peculiarem fuiſſe ait Hippomolgis, quos ideo γλακτοφάγους *lacte victitantes* vocat *Iliad.* XIII. (α) Polyphemo quoque attribuit *Odyſſ.* IX; (β) ſimul cum caſeo, quod ſimiliter ſcribit de eodem THEOCRITUS *Idyl.* XI. (γ) Circe quoque caſeum cum farina & melle exhibuit Ulyſſi, ſed vino mixtum *Odyſſ.* X; (δ) qua ratione quoque compoſitum Neſtoris κυκεών *cocetum*, de quo *Iliados lib.* XI. (ε)

§. VII. *Fructuum* quoque *&* *olerum* heroibus aliquem fuiſſe uſum, liquet ex eo, quod Neſtor jubet afferri in caniſtro

- - κρόμυον ποτῷ ὄψον,
Ἠδὲ μέλι χλωρόν, - - -
- - *cepæ obſonium potioni aptum,*
Et mel recens - - -

Iliad. XI. (ζ) Ulyſſes quoque ait data

S ſibi

(α) *Verſ.* 6. (β) *Verſ.* 232. *&* 246. (γ) *Verſ.* 35. *ſeq.* (δ) *Verſ.* 234. *ſeq.* (ε) *Verſ.* 623. *&* 640. (ζ) *Verſ.* 629. *ſeq.*

Digitized by Google

ſibi puero a Laërte patre poma *Odyſſ.* XXIV. (α) Hinc & in horto Alcinoi laudantur pira, mala, uvæ, porrum, & id genus alia. *Odyſſea* VII. (β) Et Tantalo apud inferos arbores multæ fructus oſtentant, pyri, mali punicæ aliæque; ficus, oleæ: *Odyſſ.* XI. (γ) Quo argumento ATHENÆUS *lib.* I. (δ) etiam ante Trojana tempora fructuum uſum obtinuiſſe concludit. Uſus pomorum maximus fuit in menſis, quas dicunt ſecundas. Unde SERVIUS: (ε) *Duas habebant menſas, unam carnis, alteram poculorum.* Eas tamen heroibus non apponit HOMERUS; etſi ab antiquiſſimis jam inde temporibus in uſu fuiſſe contendat ATHENÆUS *lib.* XIV. (ζ)

§. VIII. Poſtremo *ſalis* quoque in omni cibatu permagnus fuit uſus, quem ideo laudans HOMERUS θεῖον *divinum* vocat; (η) PLATO vero *in Timæo* (θ) θεοφιλὲς, *diis acceptum.* Notavit hoc PLUTARCHUS *Problem Symp. lib.* V. *cap.* IX. (ι) Ubi multus in illius commenda-

(α) Verſ. 339. (β) Verſ. 120. ſeq. (γ) Verſ. 587. ſeqq. (δ) *pag.* 25. *A.* (ε) *ad* VIRGIL. *Æn.* I. Verſ. 727. (ζ) *pag.* 639. *B.* (η) *Iliad.* IX. Verſ. 214. (θ) *Tom.* III *opp. pag.* 60. *E.* (ι) *Tom.* II *opp. pag.*

Digitized by Google

mendatione; aitque *condimentum eſſe condimentorum, nec cedere luci, aquæ, terræ utilitate.* Itaque apud vetuſtiſſimos Græcos cum menſa ſemper ſal conjunctum; ut liquet proverbio, (α) ἅλα καὶ τράπεζαν μὴ παραβαίνειν *ſalem & menſam ne prætereas.* Et tenuiores homines dicti ἅλα λείχειν *ſalem lingere,* (β) ſeu ut loquitur Persius: (γ)

- - *Digito terebrare ſalinum.*

At ſingulare eſt, quod Homerus (δ) quosdam refert Græciæ populos, qui

- - οὐδέ θ' ἅλεσσι μεμιγμένον εἶδαρ ἔδουσιν,

- - *neque ſale miſtam eſcam edunt.*

quos Pausanias (ε) vult fuiſſe Epirotas, qui rudiores ea ætate, mare perinde ac ſal ignorabant.

S 2 Caput

(α) *Vid.* Erasmi *Adag. Chiliad.* I. *Cent.* VI. *Adag.* X. (β) *apud* Erasmum *Chil.* III. *Cent.* VI. *Adag.* XXXIII. (γ) *Sat.* V. *Verſ.* 138. (δ) *Odyſſ.* XI. *Verſ.* 122. (ε) *Atticis ſ. lib.* I. *c.* 12. *pag.* 30.

Digitized by Google

CAPUT SECUNDUM.

De Potu.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Aqua §. I.
Vinum §. II. *quod quomodo*
Conſervatum §. III.
Temperatum §. IV.
Effuſum in
Pocula, *quæ vel*
Communia §. V.
Heroibus propria §. VI.

§. I.

POtus omnium primus *aqua*, quam omnibus animantibus communem ſuffecit natura. Itaque *Iliad*. II. (α) Trojani dicuntur

- - *πίνοντες ὕδωρ μέλαν Αἰσήποιο*,
- - *bibentes aquam profundam Æſepi.*

PINDARUS quoque de urbe patria Thebarum, -

- - *τᾶς ἐρατεινὸν ὕδωρ πίομαι*. - - -
- - *cujus amabilem aquam bibo*, - - -

Olymp. VI. (β) Idemque *ὕδωρ ἄριστον omnium*

(α) Verſ. 825. ſ. *Catal. naν*. Verſ. 332. (β) ϛροφ. α. Verſ. 2.

omnium optimam aquam pronunciat *Olymp. ode* I. (*α*)

§. II. Acceſſit hominum induſtria *vinum* cujus in potione uſus maximus apud HOMERUM; cui paſſim (*β*) σῖτος ϰαὶ οἶνος *panis & vinum* conjunguntur:

- - τὸ γὰρ μένος ἐστὶ ϰαὶ ἀλϰή,
- - *hoc enim eſt robur & vis*,

inquit Ulyſſes, utriusque neceſſitatem in vita collaudans *Iliad.* XIX. (*γ*) Nec viri modo, ſed & fœminæ etiam juvenculæ uſæ vino, ut apparet ex Nauſicaa, ac ſociis puellis *Odyſſ.* VI. (*δ*) Præter morem utique Romanorum, ac aliorum populorum, apud quos nefas mulierem vinum guſtare, quemadmodum teſtatur ATHENÆUS *lib.* X, (*ε*) qui & Græcas mulieres temulentiæ accuſat. Quinimo puerulis quoque vinum propinari ſolitum; uti Achilli a Phœnice *Iliad.* IX. (*ζ*) Quod non placet PLATONI *lib.* II. *de Leg.* (*η*) Παῖδας μέχρι ἐτῶν ὀϰτωϰαίδεϰα τοπαράπαν οἴνου μὴ γεύεσθαι· - - μετὰ δὲ τοῦτο, οἴνου μὲν

S 3

(*α*) V. 1. (*β*) *Vid. præter locum mox alleg. etiam Iliad.* IX. *Verſ.* 702. (*γ*) *Verſ.* 161. (*δ*) *Verſ.* 77. (*ε*) *pag.* 441. *A.* (*ζ*) *Verſ.* 487. (*η*) *Tom.* II *opp. p.* 666. *A.*

Digitized by Google

μὲν δὴ γεύεσθαι τοῦ μετρίου, μέχρι τριάκοντα ἐτῶν· μέθης δὲ καὶ πολυοινίας τὸ παράπαν τὸν νέον ἀπέχεσθαι. *Ne pueri ad decimum octavum uſque annum quicquam viri guſtent: - - deinde vino moderate utantur ad annum uſque ætatis trigeſimum: ab ebrietate vero & vini ingurgitatione juvenes omnino abſtineant.*

§. III. *In utre caprino moris* plerunque *fuit* Græcis *vinum habere*, ἀσκῷ ἐν αἰγείῳ. *Iliad.* III. (α) *Odyſſeas* VI (β) & IX. (γ) Quod hodieque in Hiſpania aliisque finitimis regionibus uſitatum. Alioquin & πίθοι *dolia* vini veteris in Ulyſſis thalamo erant;

Ἐν δὲ πίθοι οἴνοιο παλαιοῦ ἡδυπότοιο
Ἕστασαν, - - - -
Intus etiam dolia vini veteris dulcis bibenti
Stabant, - - - -

Odyſſ. II. (δ) Tale vinum Neſtoreum undecim annorum,

Οἴνου ἡδυπότοιο, τὸν ἑνδεκάτῳ ἐνιαυτῷ
Ὤϊξε ταμίη, - - -
Vini dulcis, quod undecimo anno
Aperuit pruma, - -

Odyſſ. III. (ε) In magno utique fuit pretio

(α) Verſ. 247. (β) Verſ. 78. (γ) Verſ. 196. (δ) Verſ. 340. (ε) Verſ. 391.

pretio apud Græcos vini vetuſtas; uti conſtat etiam ex PINDARO, (α) qui laudat

- - παλαιὸν
μὲν οἶνον, ἄνθεα δ' ὕμνων
νεωτέρων. - -

- - *vetus*
quidem vinum, flores vero hymnorum
recentiorum. - - -

Et ATHENÆUS *lib.* I. (β) ait, *vinum vetus non ad voluptatem modo, ſed ad ſanitatem quoque conferre.* Potiſſimum vero *niger color* in vino celebratur ab HOMERO qui paſſim (γ) αἴθοπα οἶνον laudat. Δυναμικώτατος γάρ ἐςι καὶ μένων ἐν ταῖς ἕξεσι τῶν πινόντων πλεῖςον χρόνον· *Alendi enim corporis maximam vim habet, diutiſſimeque in eorum habitu permanet, qui biberunt*, ait ATHENÆUS. (δ) Ejus generis eſt vinum Maroneum, quod ſupra alia effert HOMERUS, &

Ἡδὺν, ἀκηράσιον, θεῖον ποτὸν, - -
Suave, incorruptum, divinum potum -

dicit, cujus *unum poculum aquæ viginti tempe-*

(α) *Olymp. Od.* IX. ἀντιςρ. β. *Verſ.* 15. *ſeqq.* (β) *pag.* 26 *A.* (γ) *Vid. Iliad.* I. *Verſ* 462. *Iliad.* IV. *Verſ.* 259. *Odyſſ.* II. *Verſ.* 57. *Odyſſ.* III. *Verſ.* 459. *&c.* (δ) *l. m. c. pag.* 26. *B.*

temperabatur menſuris Odyſſ. IX. (α) Meminit PLINIUS & ſua etiam ætate nobile fuiſſe aſſerit *Hiſtor. Nat. lib.* XIV. *cap.* IV. (β) Pramnium quoque POETA collaudat, (γ) quod IDEM AUCTOR (δ) naſci regione Smyrnæ, juxta delubrum matris Deûm refert, ita ut ejus honos tum quoque duraret.

§. IV. Solebant vero plerunque vinum aqua in cratere *temperare;* uti videre eſt *Odyſſ.* I: (ε)

Οἱ μὲν ἄρ' οἶνον ἔμισγον ἐνὶ κρητῆρσι καὶ ὕδωρ.
Alii quidem vinum miſcebant in crateribus & aquam.

Hinc utique hæc vaſa appellata παρὰ τὸ κεράσασθαι *a miſcendo;* quam notationem ipſemet HOMERUS ſæpe (ζ) indicat, & confirmat ATHENÆUS *lib.* V: (η) Οἱ δὲ κρατῆρες αὐτοῖς, ὥσπερ ἔχει καὶ τοὔνομα, κεκραμένοι παρειστήκεσαν. *Crateres ipſis, quod & nomen ſignificat, vino jam antea diluto pleni, adſtabant.* Hos crateras vino coronabant; unde ἐπιστεφέας οἴνοιο *vino coronatos* vocat POETA *Iliad.* VIII.

(α) *Verſ.* 205. *&* 209. *ſeq.* (β) *Tom.* II. *pag.* 138. *ſeq.* (γ) *Iliad.* XI. *Verſ.* 638. *& Odyſſ.* X. *Verſ.* 235. (δ) *Hiſt. Nat. lib.* XIV. *c.* IV. *Tom.* II. *p.* 132. (ε) *Verſ.* 110. (ζ) *uti Odyſſ.* III. *Verſ.* 393. *Odyſſ.* VIII. *Verſ.* 197. *&c.* (η) *p.* 192. *F.*

Digitized by Google

VIII. (α) & *Odyſſ.* II: (β) & ſæpe (γ)

Κοῦροι μὲν κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο.

Pueri quidem crateras coronaverunt vino.

Sic apud VIRGILIUM (δ) Anchiſes,

- - *Magnum cratera corona*

Induit, implevitque mero. - -

Nempe ita ad marginem uſque replebant, ut coronam præ ſe ferrent: quemadmodum interpretatur ATHENÆUS *lib.* I: (ε) Ἐπιστέφονται δὲ ποτοῖο οἱ κρατῆρες, ἤτοι ὑπερχειλεῖς οἱ κρατῆρες ποιοῦνται, ὥστε διὰ τοῦ ποτοῦ ἐπιστεφανοῦσθαι. *Coronantur vero vino crateres, dum labra vinum exuperat, ut ſuperſtare corona videatur.* Additque hoc *bonæ ſcævæ cauſa* ab heroibus *factum*, καὶ ταῦτα ἔπρασσον πρὸς οἰωνοῦ τιθέμενοι.

§. V. E crateribus vinum *in pocula* a ſingulis ebibendum *effundebatur.* *Odyſſ.* IX: (ζ)

- - Μέθυ δ' ἐκ κρητῆρος ἀφύσσων

Οἰνοχόος φορέῃσι καὶ ἐγχείῃ δεπάεσσιν. -

- - *Vinum autem ex cratere hauriens*

Pincerna affert & infundit poculis. -

(α) *Verſ.* 232. (β) *Verſ.* 431. (γ) *Iliad.* I. *Verſ.* 470. *Odyſſ.* I. *Verſ.* 149. *Odyſſ.* III. *Verſ.* 339. *&c.* (δ) *Æneid.* III. *Verſ.* 525. *ſeq.* (ε) *pag.* 13. *D.* (ζ) *Verſ.* 9. *ſeq.*

Digitized by Google

Erant autem varia, tum materia tum forma; de qua accurate tractat ATHENÆUS *lib.* XI. (α) Ait autem *priſcos mortales boum cornibus bibiſſe, unde & Bacchus* κερατοφυὴς *cornua innata habens pictus, &* κρατὴρ *cenſetur multis dictus, quaſi* κερατήρ. Exempla apud vetuſtiſſimos ſcriptores extant hujus moris quamplurima. Poſtea autem & argentum in hunc uſum fuit apparatum; ut apud HOMERUM paſſim (β) apparet in conviviis heroum. Serius tamen in Græcia obtinuiſſe auctor eſt ANAXIMENES LAMPSACENUS *in primis hiſtoriis*, (γ) ubi Eriphylis aureum monile tradit ideo fuiſſe celebre, quia tum auri magna foret apud Græcos penuria. Quin & argenteum poculum illa ætate non ſine admiratione, velut novum & inſolens, viſum fuiſſe; at poſtquam Bœoti Delphos occuparunt, illa omnia tum abundaſſe, & antea vero qui credebantur ditiſſimi, *poculis æneis* bibiſſe, *quorum loculos* χαλκοθήκας vocabant. Solebant autem pocula ſua variis emblematis diſtinguere

(α) *pag.* 476. *A.* (β) *Vid. Iliad.* XXIII. *Verſ.* 219. *&* 741. (γ) *apud* ATHENÆUM *lib.* VI. *pag.* 231. *C.*

Digitized by Google

guere ac exornare, cujus exemplum in Neſtoris illo ciſſybio *Iliados* XI. (*α*) Sic HERODORUS HERACLEOTES (*β*) *Atreo*, ſcribit, *fuiſſe phialam auream, in cujus medio aurea agni imaguncula.* Notum quoque illud Daphnidis caprarii ciſſybium, multis imaginibus inſigne apud THEOCRITUM *Idyl.* I: (*γ*) & quod ANACREON (*δ*) deſcribit ποτήριον ἀργυροῦν, *argenteum poculum.*

§. VI. Cæterum erant heroum pocula ampliora, ut illud Neſtoris, quod vix ac ne vix quidem juvenis ſuſtinebat; (*ε*) illud item, quo ter exhauſto obrutus immanis Cyclops docet. (*ζ*) Quoties vero genio indulgebant, majora pocula eaque meracius miſta, flagitabant. Factum ab Achille, cum exciperet legatos *Iliad.* IX: (*η*)

Μείζονα δὲ κρητῆρα Μενοιτίου υἱὲ καθίστα,
Ζωρότερον δὲ κέραιρε· δέπας δ᾽ ἔντυνον ἑκάστῳ.
Majorem jam craterem Menoetii fili appone,
Meraciusque miſce, poculumque para unicuique.

Poſte-

(*α*) Verſ. 631. ſeqq (*β*) *apud* ATHENÆUM *l. m. c.* (*γ*) Verſ. 25. ſeqq. (*δ*) *ab init. Carminum.* (*ε*) *Iliad.* XI. Verſ. 635. (*ζ*) *Odyſſ.* IX. Verſ. 391. ſeqq. (*η*) V. 202. ſeq.

Digitized by Google

Poſteriores Græci hoc vocarunt τὴν μείζονα αἰτεῖν, *majus poſcere.* ALEXIS: (α)

- - Κυάθους προπίνων εἴκοσιν
Ἴσον ἴσῳ, πάλιν τὴν μείζον' ἤτουν.
- - *Pocula cum prabibiſſet viginti*
Par pari, rurſum majus petebant.

Quo pertinet illud CICERONIS *in Verrem*: (β) *Fit ſermo inter eos & invitatio, ut Græco more biberetur; poſcunt majoribus poculis.* Quin imo & mero utebantur, nulla admiſta aqua. SOPHILUS apud ATHENÆUM *lib.* X: (γ)

Συνεχὴς ἄκρατος ἐδίδοτο ἴσον ἴσῳ, πάλιν
Τὴν μείζον' ἤτουν.
Aſſidue merum porrigebatur par pari, rurſum
Majoribus poſcebant.

Et non deſunt, qui ζωρότερον *meracius ſc. miſtum* illud Achilleum ἄκρατον *purum, non permiſtum* interpretati ſint, ut IDEM SCRIPTOR docet. (δ) Profecto vino impenſius indulſiſſe etiam priſcos illos heroas, non uno HOMERI loco patet; (ε) etſi ebrietatis crimen iidem habuere probroſum.

CAPUT

(α) *in Abſciſſo. apud* ATHENÆUM *lib.* X. *p.* 431. *C* (β) *Action.* II. *lib.* I. *c.* XXVI. *Vol.* III. *opp. p.* 1137. (γ) *pag.* 431. *A.* (δ) *l. m. c.* (ε) *Vid. not.*

Digitized by Google

CAPUT TERTIUM.

De Tempore victitandi.

ΣΥΝΟΨΙC.

Victitandi

- *Tempus* §. I.
- *Modus*, de
  - *Die* §. II.
  - *Nocte* §. III.

§. I.

VAria fuit ac multiplex τροφῆς *cibatus* ratio apud priſcos HOMERI heroas. Etenim ſæpius de die ſoliti victitare. HOMERUS quidem commemorat ἄριστον, δεῖπνον, δόρπον, quibus totidem ſignificantur *cibationes*, *mane*, *meridie*, *veſperi factæ*. Ἄριστον μέν ἐστι, τὸ ὑπὸ τὴν ἕω λαμβανόμενον· δεῖπνον δὲ μεσημβρινὸν, ὃ ἡμεῖς ἄριστον· δόρπον δὲ τὸ ἑσπερινόν. Ἄριστον, *i. e. jentaculum*, *ſumitur auroræ exortu*: δεῖπνον *prandium*, *quod nos* ἄριστον *dicimus*, *ad meridiem*: δόρπον *cœna*, *veſperi*, ait ATHENÆUS *lib.* I. (α) Atque ita digeſſiſſe videtur ÆSCHYLUS, (β) cum ait:

σῖτον

(α) *pag.* 11. *E.* (β) *apud* ATHENÆUM *l. m. c. D. apud* ÆSCHYLUM *mihi non reperta.*

- - ὄπον δ' εἰδέναι δμώεσσι·
Ἄειςα, δεῖπνα, δόρπαθ' αἱρεῖσθαι τρίτα.
- - *quando cibum capiant præfinivi:*
Jentaculum, cœnam, prandium ſumant ut tertium.

Non defuerunt, qui quartum etiam adjicerent, pomeridiano tempore ſumptum, quod ἑσπέρισμα dixit PHILEMON, (α) *merendam* Latini. Et quidem nixi loco illo HOMERI *Odyſſ.* XVII: (β)

- - σὺ δ' ἔρχεο δειελιήσας·
- - *tu autem vade ad veſperam huc commoratus.*

Sed rectius ATHENÆO *lib.* V. (γ) illi cenſentur errare, οὐ νοοῦντες, inquit ὅτι λέγει τὸν δειλινὸν διατρίψας χρόνον· *qui non animadvertunt, eo vocabulo ſignificari quum per pomeridianum tempus permanſeris:* ut ſenſus ſit, *non ubi merendaveris, ſed ubi ad ſolis occaſum commoratus fueris.*

§. II. Cæterum obſervat IDEM AUCTOR, (δ) *nullum oſtendi apud* HOMERUM, *qui ſimul eodem die ter cibum ſumpſerit:* Ὅμως δὲ οὐδεὶς δείξει παρὰ τῷ ποιητῇ τρὶς τινα λαμβάνοντα τροφάς. Diverſis tantum temporibus a viris diverſis

(α) *itidem apud* ATHENÆUM *l. m. c. D.* (β) *Verſ.* 599. (γ) *pag.* 193. *B.* (δ) *l. m. c.*

Digitized by Google

diverſis factum apparet. Ac in bello ſæpe tantum fuit δεῖπνον ac δόρπον; ante pugnam *mane*, & poſt *noctu*, ita ut tota die dimicarent. Sic *Iliad.* II. (α) Agamemnon Græcos ad prælium excitans,

Νῦν δ' ἔρχεσθ' ἐπὶ δεῖπνον, ἵνα ξυνάγωμεν ἄρηα,
Ὥς κε πανημέριοι συγερῷ κρινώμεθ' ἄρηϊ.
Nunc vero ite coenatum, ut cieamus pugnam:
Utque totum diem horrendo cernamus marte.

Nocte vero adventante prælium direptum. Simili modo Hector ſuos veſperi a pugna jubet cibum ſumere:

- - νῦν μὲν πειθώμεθα νυκτὶ μελαίνῃ,
Δόρπα τ' ἐφοπλισόμεσθα. - -
- - *nunc quidem pareamus nocti nigræ,*
Coenasque inſtruamus. - -

Iliad. VIII. (β)

§. III. Verum enim vero *parcus ac exiguus erat* apud Græcos antiquitus *de die victus*: pleriſque contentis pane mero intincto, ut eſt apud PLUTARCHUM *Sympoſ.* VIII: (γ) φασὶ γὰρ ἐκείνους ἐργα-

(α) *Verſ.* 381. & 385. (β) *Verſ.* 502. *ſeq.* (γ) *Quæſt.* VI. *Tom.* II. *opp.* p. 726. C.

ἐργατικοὺς ἅμα καὶ σώφρονας ὄντας, ἕωθεν ἐσθίειν ἄρτον ἐν ἀκράτῳ καὶ μηθὲν ἄλλο· διὰ τοῦτο μὲν, ἀκράτισμα καλεῖν, διὰ τὸν ἄκρατον. *Dicunt enim illos cum & laboribus dediti & temperantes eſſent, mane panem edere mero intinctum, aliud nihil. Itaque hoc dictum fuit acratisma cum acraton ſit merum.* Alii olivis, melle, atque id genus aliis rebus uſi in prandium, teſte GALENO *lib.* VI. *de tuenda valetud.* (α) Ut inde promanarit proverbium Græcis uſitatum, δεῖπνον ἀφελὲς, ἄριστον ἄπυρον, *ſit cœna frugalis, prandium frigidum.* Sic & Romanos victitaſſe docet PLINIUS *epiſt. lib.* III: (β) *Poſt cibum quem interdiu levem & facilem veterum more ſumebat.* Et CICERO *lib.* V. *Tuſcul.* (γ) *Non placet bis in die ſaturum fieri.* PLUTARCHUS vero affirmat *lib.* VIII. *Sympoſ.* (δ) *parce veteres Romanos* καθ' ἑαυτοὺς *ſeorſim pranſos, cœnas vero large conviviis adhibitis iniviſſe:* Καθ' ἑαυτοὺς γὰρ ἠρίστων ἐπιεικῶς οἱ πάλαι Ῥωμαῖοι, συνδειπνοῦντες τοῖς φίλοις, unde & cœna quaſi κοινὴ dicta, διὰ τὴν κοινωνίαν, ob com-

(α) *c.* 7. *opp. Lat. Claſſ.* II. *fol.* 97[b]. *G. opp. Græc. Part.* IV. *p.* 281. *lin.* 29. *ſeq.* (β) *Epiſt.* V. *p.* 166. (γ) *c.* XXXV. *Vol.* VIII. *p.* 2862. (δ) *Quaſt.* VI. *Tom.* II *opp. pag.* 726. *E.*

Digitized by Google

communionem veſcentium, ut interpretatur ISIDORUS *Origin. lib.* XX. *cap.* II. (α) Atque hunc in modum priſcos Græcos convivia agitaſſe potiſſimum veſperi, ex ipſo etiam HOMERO liquet: (β) unde δεῖπνα poſtea convivia dicta, quaſi διαπεπονημένα, *laborioſa.*

CAPUT QUARTUM.

De Conviviis.

ΣΥΝΟΨΙϹ.

Conviviorum	*Cauſæ*
	Impellentes §. II.
Species §. I.	*Efficientes* §. III.

IN conviviis priſci Græci non minimam beatitudinis partem poſuerunt: quod infinitis locis demonſtrat HOMERUS; peculiariter *initio Odyſſ.* IX. (γ) ubi Ulyſſes apud Phæaces epulatus, nihil ait ſibi pulcrius videri

(α) *pag.* 483. *lin.* 21. *ſeqq.* (β) *Vid. not.* (γ) *Verſ.* 11.

deri aut gratius, quam ad menſam vino ac dapibus onuſtam convivari,

Τοῦτο τί μοι κάλλιστον ἐνὶ φρεσὶν εἴδεται εἶναι.

Hoc mihi pulcherrimum in mente videtur eſſe.

§. 1. Trium generum convivia ab Homero proponuntur veteribus uſitata. *Odyſſ.* I, (α) ubi Minerva veniens in ædes Ulyſſis, quas proci epulantes occupabant, quærit,

Τίς δαὶς, τίς δὲ ὅμιλος ὅδ᾽ ἔπλετο, τίπτε δέ σε χρεώ;

Εἰλαπίν᾽ ἠὲ γάμος, ἐπεὶ οὐκ ἔρανος τάδε γ᾽ ἐστίν.

Quodnam epulum, quæve hæc turba? aut quid iſtis tibi opus eſt?

Convivium an nuptiæ? quoniam haud ſymbolum hæcſunt.

Quod ipſum repetitur *Odyſſ.* XI, (β) ubi Agamemnon narrat, ſocios ſuos mactatos fuiſſe, perinde ac ſues ſolent in viri ditis,

Ἢ γάμῳ, ἢ ἐράνῳ, ἢ εἰλαπίνῃ τεθαλυίῃ.

Aut nuptiis, aut ſymbolis, aut convivio læto.

Ac Ἔρανος quidem Scholiastæ (γ) dicitur τὸ ἀπὸ συμβολῆς δεῖπνον, *cœna quæ fiebat*

(α) Verſ. 225. ſeq. (β) Verſ. 414. (γ) ad Odyſſ. I. Verſ. 226.

fiebat a ſymbolarum collatoribus, ut loquitur PLAUTUS; (α) quum convivæ viritim aliquid in eam parandam expenderunt. ATHENÆUS *lib.* VIII: (β) Ἔρανοι δέ εἰσιν αἱ ἀπὸ τῶν συμβαλλομένων εἰσαγωγαὶ, ἀπὸ τοῦ συνερᾷν καὶ συμφέρειν ἕκαστον. *Ἔρανοι vero ſunt hominum ad epulas conventus collata pecunia facti, inde appellati, quod unusquisque pecuniam conferat ac pendat.* Fuit autem tenue ac parcum hoc convivii genus; ut vel ex eo conſtat, quod Pallas, viſa lautitia ac apparatu procorum, colligit non eſſe ἔρανον. Et ARISTOTELES *Ethic. lib.* IV. *cap.* VI. (γ) hominis nimium magnifici exemplum ponit, οἷον ἐρανιστὰς γαμικῶς ἑστιῶν *qui ex collatitiis convivas nuptiali ritu tractet.* Ergo reliqua duo erant πολυτελῆ magisque *ſumptuoſa*, unius hominis facta expenſa; & vel fiebant *ob nuptias*, vel *alia quavis de re.* Illud γάμον HOMERUS, hoc εἰλαπίνην vocat. (δ) Eoque referendus τάφος, *epulum funebre* de quo ſupra. (ε)

§. II. Præcipua conviviorum *cauſa* antiquitus fuit *Religio*, ut do-

 cet

(α) *Curcul. Act.* IV. *Sc.* I. *v.* 13. (β) *pag.* 362. *E.* (γ) *Tom.* III *opp: p.* 62. *C.* (δ) *loca vid. ſupr. p.* 229. *ſeq.* (ε) *pag.* 123. *ſeq.*

cet ATHENÆUS *lib.* V: (α) Πᾶσα δὲ συμποσίου συναγωγὴ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις τὴν αἰτίαν εἰς θεὸν ἀνέφερε, καὶ στεφάνοις ἐχρῶντο τοῖς οἰκείοις τῶν θεῶν, καὶ ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς. *Omnis certe hominum ad convivium congreſſus apud veteres deorum cauſa factus eſt, quos propriis coronis, & hymnis & canticis ſacris venerabantur.* Inde eſt, quod nullum apud HOMERUM extat convivium, in quo non Diis fiunt ſacra. Si quod mactatur animal, ejus perpetuo conſervatur aliqua pars Diis adolenda. Hinc ipſum ἱερεῖον dictum; qui mactant ἱερεύειν, trita apud HOMERUM & alios auctores phraſi. (β) Omninoque quovis alio cibo obſervatum videmus apud HOMERUM, *ut primitiæ ciborum Diis offerantur*, ἀπαρχὰς τῶν βρωμάτων νέμειν, ait ATHENÆUS *lib.* IV. (γ) Fecit hoc Ulyſſes cum ſociis incluſus in Cyclopis ſpelunca, (δ)

Ἔνθα δὲ πῦρ κείαντες ἐθύσαμεν, ἠδὲ καὶ αὐτοὶ
Τυρῶν αἰνύμενοι φάγομεν. - - -

Tum autem igne accenſo ſacrificavimus, & ipſi nos
De caſeis ſumentes comedimus. - -

Simi-

(α) *pag.* 192. *B.* (β) *Vid. notas noſtr.* (γ) *pag.* 179. *B.* (δ) *Odyſſ.* IX. *verſ.* 231. *ſeq.*

Digitized by Google

Similiter obſervatum in potu, quo non uſi, niſi Diis etiam libaretur. Idem videre eſt in PLATONIS *Sympoſio;* (α) ubi convivæ libationibus ac honoribus ſolennibus Deos venerantur. Contra vero apud Epicurum Diis non libatur, nullæ offeruntur primitiæ: verum quod SIMONIDES (β) ait *de muliere inhoneſta*,

Ἄθυτα δ' ἱερὰ πολλάκις κατεσθίει,

Non immolatas victimas ſæpe devorat.

In ſacro autem hoc officio hunc ordinem ſervabant, ut a Veſta inciperent: ut teſtatur HOMERUS in *Hymno*, (γ)

\- - Οὐ γὰρ ἄτερ σοῦ
Εἰλαπίναι θνητοῖσιν, ἵν' οὐ πρώτῃ πυμάτῃ τε
Ἑστίῃ ἀρχόμενος σπένδει μελιηδέα οἶνον.

\- - *Non enim ſine te*
Convivia mortalibus, ubi non primæ poſtremæque
Veſtæ incipiens quivis libat ſuave vinum.

Quo pertinet illud ARISTOPHANIS *Veſpis*: (δ)

\- - Ἀλλ' ἵνα
Ἀφ' Ἑστίας ἀρχόμενος ἐπιτρίψω τινά.

(α) *Tom.* III *opp. p.* 170. *A.* (β) *apud* ATHENÆUM *lib.* IV. *pag.* 179. *D.* (γ) *in Veſt.* & *Mercur. Verſ.* 4. *ſeqq.* (δ) *Verſ.* 841. *ſeq.*

Digitized by Google

- - *Sed ut*
A Veſta auſpicatus aliquem obteram.

Cauſam hujus ritus exponit ARISTOCRITUS *lib.* II; (α) quod Jupiter victis Titanibus, ac regno pacate ſuſcepto, optionem hanc Veſtæ dederit petendi, quod quod vellet: Illam vero poſtulaſſe virginitatem, & primitias omnium quæ ſacrificarentur; Καὶ μετὰ ταῦτα, inquit, οὕτω νενόμιςαι ἐν τοῖς ἱεροῖς, τὰς ἀπαρχὰς ἁπάντων τῶν θυομένων πρώτῃ δοῦναι Ἑςίᾳ. *Poſteaque in ſacris hoc religioſe obſervatum fuit, ut primitiæ omnium ſacrificiorum Veſtæ darentur.*

§. III. Porro *convivium* præcipue *exhibere ſolebant viri Principes.* Neſtor id ab Agamemnone ex more & æquo fieri poſtulat *Iliad.* IX. (β)

Ἀτρεΐδη, σὺ μὲν ἄρχε· σὺ γὰρ βασιλεύτατός ἐσσι.
Δαίνυ δαῖτα γέρουσιν· ἔοικέ τοι, οὔτοι ἀεικές.

Atride, tu quidem iis imperium da: nam tu rex maximus es.
Præbe convivium ſenibus: decet te, nequaquam indecorum.

Sic Alcinous Phæacum rex optimatibus

(α) Vid. nov. (β) Verſ. 69. ſeq.

bus convivium parat *Odyſſ.* VII. (α) *&* *ſeq.* (β) Telemachus etiam,

- - *Δαῖτας ἐΐσας*

Δαίνυται, ἃς ἐπίοικε δικασπόλον ἄνδρ' ἀλεγύνειν.

- - *Epulis juſtis*

Epulatur, quæ decet jura tractantem virum curare.

Odyſſ. XI. (γ) Honori autem maximo ducebant hanc invitationem; ut liquet ex eo, quod præmii loco exploratori promittitur *Iliad.* X: (δ)

Αἰεὶ δ' ἐν δαίτῃσι καὶ εἰλαπίνῃσι παρέσται.

Semperque in conviviis & epulis aderit.

Numerus fuit indefinitus. EUSTATHIUS tamen antiquitus convivia non ex pluribus quam decem convivis conſtitiſſe tradit *Iliad.* II. (ε) ubi Agamemnon in decurias vult diſponi Achivos, & ſingulis aſſignari pocillatorem,

Ἡμεῖς δ' ἐς δεκάδας διακοσμηθεῖμεν Ἀχαιοὶ,
Τρώων δ' ἄνδρα ἕκαστον ἑλοίμεθα οἰνοχοεύειν.
Nos autem in decurias diſponamur Achivi,
Trojanorum autem viros ſingulos accipiamus, qui vinum fundant.

Idem obſervatum a Pythagoreis narrat JAMBLICHUS. (ζ)

(α) v. 13. (β) v. 39. (γ) v. 184. *ſq.* (δ) v. 217. (ε) v. 126. *ſq. p.* 190. *l.* 25. *ſq.* (ζ) *de Vit. Pythag. lib.* I. *c.* XXI. *p.* 99. *lin.* 5. *cit. ab* EUSTATH. *l. c.*

CAPUT QUINTUM.

De ritibus Conviviorum.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Ante cibum ſumendum
Convivarum conſeſſus §. I. *ubi*
Situs differentia §. II
Manus lavatæ §. III.
Menſæ appoſitæ §. IV.
Carnes diſtributæ §. V.
Vinum
Affuſum §. VI.
Propinatum §. VII.
Inter convivandum
Confabulatio §. VIII.
Poſt convivium
Diſceſſio, *cujus*
Petitio §. IX.
Tempus §. X.
Menſarum remotio, §. XI.

§. I.

SEdentes apud HOMERUM *convivantur*: εὐωχοῦνται δὲ παρ' Ὁμήρῳ καθήμενοι, ait ATHENÆUS *lib.* I. (α) Sic *Iliados* X, (β) Ulyſſes ac Diomedes δείπνῳ ἐφιζανέτην, *jentaculo adſidebant*; & *Iliad.* XXIV, (γ) Achilles adveniente Priamo adſidebat menſæ, atque ἐκ θρόνου ὦρτο *e ſede ſurrexit.* Nempe in eam rem erant paratæ *ſedes*, quas θρόνους & κλισμοὺς POETA vocat *Odyſſ.* I. (δ) Ἑξείης

(α) p. 11. F. (β) v. 578. (γ) v. 515. (δ) v. 145.

Ἑξείης ἕζοντο κατὰ κλισμούς τε θρόνους τε.

Ordine ſedebant per ſedilia thronosque.

Eſt autem Θρόνος ATHENÆO *lib.* V (α) μόνον ἐλευθέριος καθέδρα σὺν ὑποποδίῳ, *ſella ingenuorum liberorumque hominum cum pedum fulcro*, quod θρῆνυν HOMERUS vocat, ut videre eſt *Iliad.* XIV, (β) ubi Juno pollicetur ſomno

Δῶρα δέ τοι δώσω, καλὸν θρόνον, ἄφθιτον αἰεὶ,
Χρύσεον· - - -
- - ὑπὸ δὲ θρῆνυν ποσὶν ἥσει,
Τῷ κεν ἐπισχοίης λιπαροὺς πόδας εἰλαπινάζων.

Dona autem tibi dabo, pulchrum ſolium, incorruptum in perpetuum,
Aureum: - - -
- - *ſub pedibusque ſcabellum mittet,* (*Vulcanus*)
Cui imponas nitidos pedes dum convivaris.

Et *Odyſſ.* IX. (γ) Circe Ulyſſem collocavit

- - Ἐπὶ θρόνου ἀργυροήλου,
Καλοῦ, δαιδαλέου· ὑπὸ δὲ θρῆνυς ποσὶν ἦεν.
- - *In ſedili argenteo clavis,*
Pulchro, fabrefacto: & ſcabellum ſub pedibus erat.

Sic & Telemachus *Odyſſ.* I. (δ) Minervam adventantem

(α) *pag.* 192. E. (β) *Verſ.* 238. *ſeqq.* (γ) *Verſ.* 314. *ſeq.* (δ) *Verſ.* 130. *ſeq.*

– – ἐς θρόνον εἷσεν, ὑπὸ λῖτα πε-
τάσσας.
Καλὸν, δαιδάλεον, ὑπὸ δὲ θρῆνυς ποσὶν ἦεν.
– – *in thronum collocavit ducens,*
ſtragulum ſubſternens
Pulchrum, ingenioſe factum, ſub pedibus
autem ſcabellum erat.

Ubi & ſtragulum ſedi injectum. Ipſe vero ſibi poſuit κλισμὸν *ſellam* minorem, qui περιττοτέρως κεκόσμηται ἀνακλίσει, *ad corporis inclinationem curioſius ornatur, in quem recumbimus*, ait ATHENÆUS. (α) At vero Ulyſſi *viliſſimum ſedile* δίφρος poſitum cum exigua menſa; ſcamnum utique aliquod iners alibi in *Odyſſ.* (β) Sed enim Alexander Magnus aliquando quadringentos duces convivio excipiens, ἐκάθισεν ἐπὶ δίφρων ἀργυρῶν· καὶ κλιντήρων ἁλουργοῖς περιστρώσας ἱματίοις *in ſellas argenteas veste purpurea ſtratas conſidere fecit;* ut memoriæ prodidit DURIS. (γ) Primus utique, & maxime antiquus ſedendi hic ritus, vel teſtimonio PHILONIS *lib. de Joſeph.* (δ) Ἑξῆς δὲ προστάξαντος κατὰ τὰς ἡλικίας καθέζεσθαι, μήπω

τῶν

(α) *lib.* V. *pag.* 192. *E.* (β) *ſcil. lib.* XVII. *verſ.* 330. *ſeqq.* (γ) *apud* ATHENÆUM *lib.* I. *p.* 17. *F.* (δ) *pag.* 177.

τῶν ἀνθρώπων ἐν ταῖς συμποτικαῖς συνουσίαις κατακλίσει χρωμένων. *Poſtea vero hic ordo obſervatus eſt, ut ſecundum ætatis ordinem ſederent, nondum recepto more diſcumbendi in conviviis.* Priſcos quoque Romanos ſediſſe, non accubuiſſe inter epulandum, teſtis SERVIUS *in* I. *Æneid.* (α). & ISIDORUS *Orig. lib.* XX. *cap.* XI. (β)

§. II. *Situs* autem *differentia* non poteſt certo apud HOMERUM indicari. Niſi quod *Iliad.* IX. (γ) Achille cum legatis epulante, ex adverſo ei conſedit Ulyſſes: & cum Priamus cum accederet in tentorio, ſocii loco nonnihil remoto conſidebant. *Iliad.* XXIV. (δ) Alioqui certum eſt, honorem aliquem in *ſeßione* apud heroas poſitum, quam ἕδρην POETA vocat, (ε)

Ἕδρῃ τε κρέασίν τε ἰδὲ πλείοις δεπάεσσι.
Sedilique carnibusque, & crebrioribus poculis.

Προεδρείαν *primam ſedem* interpretatur EUSTATHIUS. (ζ) Et PLUTARCHUS *lib.* I. *Sympoſ. cap.* III. (η) apud Græcos ait honeſtiſſimum locum eſſe primum; cum

(α) *Verſ.* 83. & 218. (β) *pag.* 493. *lin.* 26. *ſeqq.* (γ) *Verſ.* 218. (δ) *Verſ.* 473. (ε) *Iliad.* VIII. *Verſ.* 162. (ζ) *ad h. l. pag.* 704. *lin.* 63. (η) *Tom.* II *opp. p.* 619. *B.*

Digitized by Google

cum Perſis ſit medius. At apud Indos nihil tale obſervari ſcribit PHILOSTRATUS, (α) unoquoque accumbente, prout advenit.

§. III. Sedentibus convivis, *ancilla aquam ex gutto affundebat* ſuper lebete, *ad lavandas manus;* uti factum Minervæ *Odyſſ.* I. (β)

Χέρνιβα δ' ἀμφίπολος προχόῳ ἐπέχευε φέρουσα
Καλῇ, χρυσείῃ ὑπὲρ ἀργυρέοιο λέβητος
Νίψασθαι· - - -

Aquam vero ancilla ex gutto infundebat ferens
Pulchro, aureo, ſuper argenteo lebete,
Ad lavandum. - - -

Quod *Odyſſeas* IV. (γ) etiam obtigit Telemacho. Sic apud VIRGILIUM

- - *Dant famuli manibus lymphas,*

Æneid. I. (δ) PLAUTUS *Perſa:* (ε)

Date aquam manibus; apponite menſam.

CICERO *lib.* II. *de Orat.* (ζ) *Illud egregium Sextii: manus lava & cœna.*

§. IV.

(α) *de Vit. Apollon. lib.* II. *cap.* 28. *pag.* 80. (β) *Verſ.* 136. *ſeqq.* (γ) *Verſ.* 52. *ſeqq.* (δ) *Verſ.* 705. (ε) *Act.* V. *Scen.* I. *Verſ.* 17. (ζ) *c.* LX. *Vol.* II. *opp. p.* 422.

Digitized by Google

§. IV. *Menſa* deinde *apponebatur cuique convivæ;* uti locis ſupradictis (α) ſubjungitur,

- - - Παρὰ δὲ ξεστὴν ἐτάνυσσε τράπεζαν.

- - - *Juxta autem politam explicuit menſam.*

Oblongam fuiſſe inde patet; ita quoque cenſente EUSTATHIO: (β) Ἐμφαίνει μήπω. κυκλοτερεῖς εἶναι τότε τὰς τραπέζας, ἀλλὰ τεταννσμένας εἰς μῆκος. *Apparet exinde menſas nondum orbicularem, ſed oblongam habuiſſe figuram. Initio* tamen *rotunda forma conſtructas fuiſſe menſas, mundanæ figuræ exemplo,* contendit MYRLEANUS apud ATHENÆUM *lib.* XI: (γ) Διὸ τὴν τράπεζαν κυκλοειδῆ κατεσκευάσαντο, πειθόμενοι τὸν κόσμον εἶναι σφαιροειδῆ. *Propterea menſam orbiculatam fabricarunt, arbitrantes mundum eſſe globoſum. Ex ligno conſtabant,* ut ferri poſſent; & quidem *polito,* unde τράπεζα ξεστὴ, εὔξοος dicta, *lævigata.* Non artificis modo dolabra, ſed ſpongiæ aſſidua perfrictione hoc fiebat. *Odyſſ.* I. (δ)

Oi

(α) *Odyſſ.* VII. *Verſ.* 174. X. *Verſ.* 370. XV. *Verſ.* 137. XVII. *Verſ.* 93. (β) *ad Odyſſ.* I. *Verſ.* 138. *pag.* 1401. *lin.* 45. *cf.* IDEM *ad Odyſſ* X. *Verſ.* 370. *pag.* 1661. *lin.* 59. & *ad Odyſſ.* XVII. *Verſ.* 93. *p.* 1816. *lin.* 29. (γ) *p.* 489. *C.* (δ) *Verſ.* 111. *ſeq.*

Digitized by Google

Οἱ δ' αὖτε σπόγγοισι πολυτρήτοισι τραπέζας
Νίζον, καὶ προτίθεντο, ἰδὲ κρέα πολλὰ δατεῦντο.

Alii rurſum ſpongiis multiforis menſas
Abſtergebant, & proponebant, atque carnes multas dividebant.

Jubet id ipſum ancillas facere Eurycleа, inſtructura domum adventui procorum,

– – Ἐν δὲ θρόνοισ' εὐποιήτοισι τάπητας
Βάλλετε πορφυρέους, αἱ δὲ σπόγγοισι τραπέζας
Πάσας ἀμφιμάσασθε. – –

– – *Inque ſedilibus fabrefactis tapetes*
Jacite purpureos: partim autem ſpongiis menſas
Omnes abſtergite. – – –

Odyſſ. XX. (α) Sic ARRIANUS *Epict. lib.* III. *cap.* XXVI. (β) Ἆρον τὰς τραπέζας, σπόγγισον. *Tolle menſas, abſterge.* MARTIALIS: (γ)

Hæc tibi ſorte datur tergendis ſpongia menſis.

Hæc lintei præſtabat vicem, quale nullum priſcis Græcis ad ſternendas menſas.

§. V. *Convivarum cuique ſua carnis portio æqua diſtribuebatur;* Καὶ τῶν κρεῶν δὲ μοῖραι

(α) *Verſ.* 150. *ſeq.* (β) *pag.* 349. (γ) *lib.* XIV. *Epigram.* 144. *Verſ.* 1.

Digitized by Google

μοῖρας ἐνέμοντο ait ATHENÆUS. (α) Unde Δαῖτας vocat HOMERUS. (β) ἴσας, ἀπὸ τῆς ἰσότητος *ab æqualitate*, ut IDEM cenſet, καὶ ἀπὸ τοῦ δατεῖσθαι *a dividendo lib.* I. (γ). Faciebat hoc δαιτρὸς ſeu δαιτύμων HOMERO (δ) dictus ὁ διανέμων τὰ κρέα *carnium diſtributor* ait PLUTARCHUS *in Sympoſ.* (ε) *Odyſſ.* XV. (ζ)

> Πὰρ δὲ Βοηθοΐδης κρέα δαίετο καὶ νέμε μοίρας,
>
> *Juxtaque Boëthœdes carnes incidebat, & diſtribuebat partes.*

& *Odyſſeas* XX. (η)

> Μοίρας δασσάμενοι δαίνυντ' ἐρικυδέα δαῖτα.
> Πὰρ δ' ἄρ' Ὀδυσσῆϊ μοῖραν θέσαν οἳ πονέοντο,
> Ἴσην ὡς αὐτοὶ περ ἐλάγχανον. - -
>
> *Partibus diviſis epulabantur celebri epulo.*
> *Apud Ulyſſem autem poſuerunt partem, qui miniſtrabant,*
> *Æqualem, ut ipſi ſortiti fuerant.* -

At *Achilles ipſe carnes dividebat Iliados* XXIV. (θ)

- Αὐτὰρ

(α) *lib.* I. *p.* 12. *C.* (β) *Iliad.* I. *Verſ.* 468. *Odyſſ.* XI. *Verſ.* 184. *&c.* (γ) *pag. m. c.* (δ) *Odyſſ.* I. *Verſ.* 141. IV. *Verſ.* 57. 621. *&c.* (ε) *lib.* III. *cap.* X. *pag.* 644. *A.* (ζ) *Verſ.* 140. (η) *Verſ.* 280. *ſeqq.* (θ) *Verſ.* 626. *Vid. etiam Iliad.* IX. *Verſ.* 217.

Digitized by Google

- - Ἀτὰρ χρέα νῶμεν Ἀχιλλεύς.

Et Eumæus *Odyſſ.* XIV: (α).

Καὶ τὰ μὲν ἕπταχα πάντα διεμοιρᾶτο δαΐ-
ζων.

Atque illa ſeptifariam omnia partitus eſt dividens.

Unam quidem portionem Nymphis, alteram Muſis dedicavit, reliquas ſingulis convivis diſtribuit. At Ulyſſi tergum ſuis dedit, (β)

Νώτοισιν δ' Ὀδυσῆα διηνεκέεσσι γέραιρεν·

Dorſis autem integris Ulyſſem honorabat.

Ita honoris cauſa etiam factum Ajaci reduci a pugna, *Iliad.* VII: (γ)

Νώτοισι δ' Αἴαντα διηνεκέεσσι γέραιρεν·

Tergo vero Ajacem integro honoravit.

Sic apud VIRGILIUM *Æneid.* VIII, (δ)

Veſcitur Æneas ſimul & Trojana juventus

Perpetui tergo bovis.

Simile quid a Gallis obſervatum ſcribit DIODORUS SICULUS *lib.* V. (ε) *Largiebatur quoque de ſua portione quisque cui libitum eſſet*: ἐδωροῦντο δὲ καὶ ἀπὸ τῶν αὐτῶν μοίρας, οἷς ἠβούλοντο, ait ATHENÆUS *lib.* I. (ζ) Ita Ulyſſes dat Demodoco

(α) *Verſ.* 434. (β) *lib. eod. Verſ.* 437 (γ) *Verſ.* 321. (δ) *Verſ.* 182. (ε) *cap.* XVIII. *pag.* 306. (ζ) *pag.* 14. *A.*

Digitized by Google

modoco cantori de tergo, quod ſibi appoſitum fuerat, reſciſſam partem *Odyſſ.* VIII. (α)

§. VI. *Vinum ſingulis convivis affundebant pueri adſtantes*; Κοῦροι δὲ νέμουσι ἐπαρξάμενοι δεπάεσσιν. Erant ii ingenui ac liberi, ut notat ATHENÆUS *lib.* V: (β) Δοῦλος οὐδεὶς ἦν ὁ διακονήσων, ἀλλ' οἱ νέοι τῶν ἐλευθέρων ᾠνοχόουν. *Ad miniſterium hoc ſervus nullus adhibebatur, ſed ingenui liberique adoleſcentes vinum fundebant.* Qualis Menelai filius, licet ſponſus, ipſo nuptiarum die *Odyſſ.* XV. (γ) *Diſtribuebant* etiam *pocula ex æquo*; ita tamen ut honoris ergo, viris principibus majora ac pleniora darentur: quemadmodum IDEM AUCTOR obſervavit: (δ) Ἐξ ὧν οἱ κοῦροι διακονούμενοι τοῖς μὲν ἐντιμοτάτοις ἀεὶ πλήρες παρεῖχον τὸ ποτήριον· τοῖς δ' ἄλλοις ἐξ ἴσου διένεμον. *Ex his, qui miniſtrabant pueri, honoratiſſimis convivis poculum plenum ſemper exhibebant, cæteris autem ex æquo vinum diſtribuebant.* Hoc argumento Agamemnon incitat Idomenea ad pugnam; quippe cum alii Achivi *menſuram bibant*, δαιτρὸν πίνωσιν,

(α) Verſ. 475. ſeqq. (β) pag. 192. B. (γ) Verſ. 141. (δ) lib. c. pag. 192. fin.

ον, illi πλεῖον δέπας αἰεὶ ἕστηκε, *plenum poculum ſemper adſtat. Iliad.* IV. (α) Similiter *Iliad.* VIII, (β) Diomedes ſtimulatur ad prælium,

Ἕδρῃ τε κρέασίν τε ἰδὲ πλείοις δεπάεσσι.

Sedilique carnibusque, & crebrioribus poculis.

quod de Glauco & Sarpedone ſimili ratione repetitur *Iliad. lib.* XII. (γ)

§. VII. Porro *invitabant* quoque *ſeſe ad bibendum poculo dextra tradito*, quod δειδίσκεσθαι dicit HOMERUS. Sic Dii

- - - Χρυσέοις δεπάεσσι
Δειδέχατ' ἀλλήλους, - -
- - - *aureis poculis*
Excipiebant ſe mutuo: - -

Iliad. IV. (δ) Hoc eſt, ἐδεξιοῦντο προπίνοντες ἑαυτοῖς ταῖς δεξιαῖς, ait ATHENÆUS *lib.* I. (ε) Similiter *Iliad.* IX, (ζ) Ulyſſes

Πλησάμενος δ' οἴνοιο δέπας, δείδεκτ' Ἀχιλῆα.

Impletoque vino poculo propinavit Achilli.

Id eſt, ἐδεξιοῦτο, ὅ ἐστιν προέπινεν αὐτῷ, τῇ δεξιᾷ διδοὺς τὸ ποτήριον, *propinans poculum*

(α) *Verſ.* 262. *ſeq.* (β) *Verſ.* 162. (γ) *Verſ.* 311. (δ) *Verſ.* 3. *ſeq.* (ε) *pag.* 13. *fin.* (ζ) *Verſ.* 224.

Digitized by Google

lum dextra obtulit. (α) Sed *lib.* X. (β) clarius rem exponit ATHENÆUS, πληροῦντες γὰρ προέπινον ἀλλήλοις μετὰ προσαγορεύσεως· *plenis poculis ſibi invicem propinabant cum ſalutatione;* idque exemplo Alexandri docet, qui αἰτήσας ποτὲ ποτήριον δίχουν καὶ πιὼν προὔπιε τῷ Πρωτέᾳ, *cum aliquando poculum quod duos congios capiebat popoſciſſet, Proteæ id præbibit.* Ut proinde propinantes prægustatum leviter poculum ſibi mutuo porrigerent; quo pertinet illud PLAUTI *Curculione:* (γ)

- - - Propino magnum poculum. Ille ebibit.

Et JUVENALIS *Sat.* V: (δ)

- - Quando propinat
Virro tibi, ſumitque tuis contacta labellis
Pocula? - - -

Cæterum *propinatio* hæc ſæpius fiebat initio facto *a dextra*, quod ἐπιδέξια dixerunt. POLLUX *lib.* II: (ε) Παρὰ Εὐπόλιδι προπόσεις σχῆμα· (ἀγκύλη τὰ ἐπιδέξια) ὅ ἐστι πίνειν τὴν ἐπιδέξια. *Apud Eupolin vox ἐπιδέξια propinationis modum denotat, ut:*

V 2 *Quando*

(α) *Verba ſunt* ATHENÆI *lib.* I. *p.* 14. *A.* (β) *p.* 434. *A.* (γ) *Act.* II. *Scen.* III. *Verſ.* 86. (δ) *Verſ.* 127. *ſeqq.* (ε) *c.* V. §. 159. *p.* 231.

Quando bibunt ἐπιδέξια. Exemplum aut veſtigium potius, *Iliad.* I, (α) ubi Diis convivantibus Vulcanus

- - ἐνδέξια πᾶσιν
Ὠνοχόει. - -
- - *a dextra exorſus omnibus*
Vinum fundebat. - -

Sic CRITIAS *epigrammate in Anacreontem*: (β)

Παῖς διαπομπεύσῃ προπόσεις ἐς δεξιὸν ὦμον.
Puer propinationes circumferat in dextrum humerum.

§. VIII. Inter convivandum varia ſerebantur variis de rebus colloquia; etiam de rebus ſeriis, veluti *Iliad.* IX, (γ) ubi conſilium habitum de re bellica. Quem morem Perſis fuiſſe peculiarem ſcribit HERODOTUS, referente ATHENÆO *lib.* IV. (δ) Et AMMIANUS MARCELLINUS *lib.* XVIII: (ε) *Inter epulas de apparatu bellorum & ſeriis rebus apud Perſas, Grajorum more veterum conſultari* tradit. Accedebant & alia ludicra, teſſeræ, cantus,

(α) *Verſ.* 597. (β) *Vid.* ATHENÆUM *lib.* XI. *pag.* 463. F. (γ) *Verſ.* 225. *ſeqq.* (δ) *pag.* 143. *ſeq.* (ε) *c.* V. *pag.* 153.

Digitized by Google

tus, ſaltatio aliaque id genus oblectamenta, de quibus ſuo loco.

§. IX. Ubi jam ſatis epulati erant convivæ, *diſceſſionem petebant.* ATHENÆUS *lib.* V: (α) Διδάσκει δ' ἡμᾶς Ὅμηρος, ὅτι δεῖ καὶ τοὺς κεκλημένους ἐφ' ἑστίασιν παρακαλεῖν ἀπανίστασθαι τοὺς κεκληκότας. *Homerus etiam nec condocet, debere illos qui invitati ſunt, convivatorem admonere & rogare, ſibi ut exurgere & abire liceat.* Ita compellat Telemachus Menelaum *Odyſſ.* IV: (β)

Ἀλλ' ἄγετ', εἰς εὐνὴν τρέπεθ' ἡμέας·
Sed age, ad cubile ducite nos;

Minerva Neſtorem (γ)

\- - κοίτοιο μεδώμεθα· τοῖο γὰρ ὥρη
\- - *lectum curemus: ejus enim hora adeſt.*

Vult autem ante diſceſſum linguas de more incidi ac Diis libari. *Linguas quidem ſecare ac Diis adolere, conſuetos fuiſſe potiſſimum eos, qui eloquentiæ ſtuderent, ſumpto ab Atticis ritu,* tradit SCHOLIASTES. (δ) Ideoque convenienter hic factum a Neſtore diſertiſſimo Græcorum. At libationes fiebant per-

 petuo

(α) *pag.* 191. *D.* (β) *Verſ.* 294. (γ) *Odyſſ.* III. *Verſ.* 334. (δ) *ad h. l.*

petuo a ſurgentibus convivis: Præſertim vero Mercurio, uti Phæaces *Odyſſ.* VII: (α)

> ᾯ πυμάτῳ σπένδεσκον ὅτε μνησαίατο κοίτου.
>
> *Cui ultimo libant quando cogitabant de lecto.*

Meminit ATHENÆUS *lib.* I: (β) Ἔσπενδον δὲ ἀπὸ τῶν δείπνων ἀναλύοντες, καὶ τὰς σπονδὰς ἐποιοῦντο Ἑρμῇ, καὶ οὐχ ὡς ὕστερον Διὶ τελείῳ· δοκεῖ γὰρ Ἑρμῆς ὕπνου προστάτης εἶναι. *Poſt cænam, cum jam diſſolverentur convivæ, Mercurio libant antiqui, non, ut poſteritas, Jovi Teleo, quoniam Mercurius ſomno præeſt.*

§. X. *Solebant* autem *convivæ ante noctem* fere *diſcedere.* ATHENÆUS *lib.* V: (γ) οἱ δειπνήσαντες ἀπελύοντο φωτὸς ὄντος. Quod die feſto præcipue obtinuiſſe docet Minerva *Odyſſ.* III: (δ)

> Ἤδη γὰρ φάος οἴχετ' ὑπὸ ζόφον, οὐδὲ ἔοικε
> Δηθὰ θεῶν ἐν δαιτὶ θαασσέμεν, ἀλλὰ νέεσθαι.
>
> *Jam enim lumen iuit ſub tenebras: neque decet*
> *Diu deorum in epulis ſedere, ſed abire.*

Lege etiam cautum in quibusdam ſacris

(α) Verſ. 138. (β) pag. 16. B. (γ) pag. 192. C.
(δ) Verſ. 335.

Digitized by Google

cris ATHENÆUS confirmat: (α) Καὶ νῦν δὴ νόμος ἐκ θυσιῶν πρὸ ἡλίου δύνοντος ἀπιέναι, *a quibusdam etiam ſacris ante ſolis occaſum ut diſcedant, lege cautum eſt.* Idem de Domitiano ſcribit SUETONIUS: (β) *Convivabatur frequenter ac large, ſed pene raptim; certe non ultra Solis occaſum.* Aliquando tamen etiam in magnam noctis partem productæ commeſſationes, ut apud Phæaces *Odyſſ.* VII: (γ) ubi aurei juvenes in ſuggeſtis ſtantes lucem convivis præferunt. LUCRETIUS: (δ)

Si non aurea ſunt juvenum ſimulacra per ædeis,
Lampadas igniferas manibus retinentia dextris,
Lumina nocturnis epulis ut ſuppeditentur.

Similiter *Odyſſ.* XVIII. (ε) Procis epulantibus prælucent tres lampades, quas alternatim famulæ ferebant. Et apud VIRGILIUM *Æneid.* I. (ζ) in Didonis convivio:

- - dependent lychni laquearibus aureis
Incenſi, & noctem flammis funalia vincunt.

 §. XI.

(α) *lib.* V. *pag.* 191. *E.* (β) *in ejus Vita cap.* 21. *p.* 745. (γ) *Verſ.* 100. (δ) *lib.* II. *V.* 24. *ſeqq.* (ε) *Verſ.* 306. *ſeqq.* (ζ) *Verſ.* 730. *ſeq.*

§. XI. Cæterum convivis diſcedentibus *removebantur menſæ*, ATHENÆUS *lib.* I: (α) Μετὰ δὲ τὴν ἀναχώρησιν αἱ δμωαὶ ἀπὸ μὲν σῖτον, πάλιν ἦρον καὶ τράπεζαν, καὶ δέπας. *Poſtquam diſceſſerunt convivæ, famulæ cibum, menſam pateramque removent.* Unde de Achille adhuc manducante dicitur *Iliad.* XXIV: (β)

- - ἔτι καὶ παρέκειτο τράπεζα,
- - *adhuc appoſita erat menſa.*

PLAUTUS *Truculento*: (γ)

- - *Cedò ſoleas mihi:*
Properate: auferte menſam.

Et VIRGILIUS *Æneid.* I: (δ)

Poſtquam epulis exempta fames, menſæque remotæ.

Si quid ſupererat cibi, ab ancilla penuaria recondebatur, ut ſi qui novus hoſpes adveniret, huic in promptu eſſet, apud daret; uti quoque notat ATHENÆUS. (ε) Quod ita religioſe obſervatum a Romanis ſcribit PLUTARCHUS *Problemat.* LXIII. (ζ) ut nunquam menſam tollerent vacuam, αἰνιττόμενοι τὸ δεῖν ἀεί τι τοῦ παρόντος ἐς τὸ μέλλον ὑπολιπεῖν, καὶ τῆς αὔριον ἐν

(α) *pag.* 12. *A.* (β) *Verſ.* 476. (γ) *Act.* II. *Scen.* IV. *Verſ.* 12. *ſeq.* (δ) *Verſ.* 220. (ε) *pag.* 13. *A.* (ζ) *Tom.* II. *opp. p.* 279. *D.*

Digitized by Google

ἐν τῇ σήμερον μνημονεύειν. *Quo obſcure ſignificabant aliquid ex rebus præſentibus in futurum eſſe reſervandum, & de craſtina die jam hodierna luce proſpiciendum.*

CAPUT SEXTUM.

De Vestibus.

ΣΥΝΟΨΙϹ.

Tunica §. I.

Læna §. II.

Pallium §. III.

Pepli §. IV.

Zona
- *Mulierum* §. V.
- *Virorum* §. VI.

A Victu tranſeamus ad amictum. Is aut *promiſſior* eſt *ac amplior*, ad totum corpus tegendum, aut *brevior ac minor*, cooperiendis partibus quibusdam aptus. In priori genere principem obtinent locum χιτὼν ac χλαῖνα.

§. I. χιτὼν, *veſtis ea erat, quæ proxime corpori circumponebatur*, τὸ προσεχῶς κεχυμένον τῇ σαρκὶ ἱμάτιον; unde & ATHENÆUS ἐγχίσαρκον, *adſtrictam carni*

 veſtem

veſtem dixit *lib.* XIII: (α) ubi de Phryne loquens, ἰχίσαρκον γὰρ, ait, χιτώνιον ἀμπείχετο. *Adſtricta enim carni veſte induta erat.* Et clare liquet ita ſe habere ex eo, quod Ulyſſes *Odyſſ.* XIX. (β) ait, ſe χιτῶνα *tunicam ſenſiſſe circa corpus, velut membranam cepæ,*

> Τὸν δὲ χιτῶν' ἐνόησα περὶ χροῒ σιγαλόεντα,
> Οἷόν τε κρομύοιο λοπὸν κατὰ ἰσχαλέοιο.

Tunicam interiorem dixit VALERIUS MAXIMUS. (γ) OVIDIUS *Tunicam* ſimpliciter *lib.* I. *Amor.* (δ)

> *Pugnabat tunica ſe tamen illa tegi,*

Et *lib.* III. (ε)

> *Illic nec tunicam tibi ſit poſuiſſe pudori.*
> (*al. rubori*)

Nimirum, quia hæc corporis verenda tegit; quemadmodum etiam indicatur *Iliados* II: (ζ) ubi Ulyſſes minatur Therſiti ſe detracturum,

> Χλαῖνάν τ' ἠδὲ χιτῶνα, τά τ' αἰδῶ ἀμφικαλύπτει,
> *Lænamque & tunicam, quæque pudenda contegunt.*

Eoque pertinet, quod ait HERODOTUS

(α) *pag.* 590. *F.* (β) *Verſ.* 232. *ſeq.* (γ) *lib.* VII. *cap.* IV. *n.* 5. *p.* 628. (δ) *Eleg.* V. *Verſ.* 14. (ε) *Eleg.* XIV. *Verſ.* 21. (ζ) *Verſ.* 262.

Digitized by Google

TUS *Clio*: (α) Ἅμα δὲ κιθῶνι ἐκδυομένῳ συνεκδύεσθαι καὶ τὴν αἰδῶ γυνή, *cum tunica ſimul pudorem exuit mulier.*

§. II. Poſt χιτῶνα veniebat χλαῖνα, *lana* Latinis, ſi credimus Jubæ apud PLUTARCHUM: (β) Καὶ γὰρ ἃς ἐφόρουν οἱ βασιλεῖς λαίνας, ὁ Ἰόβας χλαίνας φησὶν εἶναι. *Quas enim ferebant lænas reges, Juba vult* χλαίνας *eſſe.* Quod etiam cenſet SERVIUS *in* IV. *Æneid.* (γ) *Veſtis* erat *craſſior*, proprie *ad arcendum frigus comparata*, χιτῶνος παχύτερον περίβλημα, ait EUSTATHIUS: (δ) unde HOMERUS (ε) χλαίνας ἀνεμοσκεπέας & ἀλεξανέμους *ventum arcentes* vocat. Res manifeſta eſt ex *Odyſſeas* XIV: (ζ) ubi Ulyſſes ſubulco queritur, ſe unicum habere χιτῶνα *tunicam*, ac frigore hiberno premi, χλαίνης *lanæ* penuria.

- - Ἀλλά με χεῖμα
Δάμναται· οὐ γὰρ ἔχω χλαῖναν· παρά μ' ἤπαφε δαίμων,
Οἰοχίτων' ἔμεναι. - - -

- *Sed*

(α) *ſ. lib.* I. *cap.* VIII. *pag.* 4. (β) *Numa Tom.* I *opp. pag.* 64. *C.* (γ) *Verſ.* 262. (δ) *ad Iliad.* XVI. *Verſ.* 223. *pag.* 1056. *lin.* 55. *ſeqq.* (ε) *Iliad.* XVI. *Verſ.* 224. *&* *Odyſſ.* XIV. *Verſ.* 529. (ζ) *Verſ.* 487. *ſeqq.*

Digitized by Google

- - Sed me hyems
Domat: non enim habeo lænam, decepit me deus,
Una ut eſſem cum tunica. - -

Unde διπλῆν duplicem ſæpius POETA vocat, ut *Iliad.* X: (α)

Ἀμφὶ δ' ἄρα χλαῖναν περονήσατο φοινικόεσσαν,
Διπλῆν, ἐκταδίην. - - -
Circumque lænam fibula connexuit puniceam,
Duplicem, amplam. - - -

Et *Odyſſeæ* XIX: (β)

Χλαῖναν πορφυρέην οὔλην ἔχε δῖος Ὀδυσσεὺς
Διπλῆν· αὐτὰρ περόνη χρυσοῖο τέτυκτο.
Lænam purpuream hirſutam habebat divinus Ulyſſes,
Duplicatam, quæ aurea fibula adſtringebatur.

Quanquam & ἁπλοΐδας χλαίνας *ſimplici e licio conſtantes*, dicit *Iliad.* XXIV. (γ) Unde POLLUX *lib.* VII. *cap.* XIII. (δ) Εἰσὶ δὲ χλαῖναι, αἱ μὲν ἁπλοΐδες, αἱ δὲ διπλαῖ. *Sunt vero chlænarum aliæ ſimplices, aliæ duplices.* Unde & ſæpius depoſita, remanente tunica interiore: ſicuti Ulyſſes arcum intenturus,

Ἀπ' ὤμοιιν χλαῖναν θέτο φοινικόεσσαν,
Ab humeris tunicam purpuream depoſuit: Odyſſ.

(α) Verſ. 133. (β) Verſ. 225. ſeq. (γ) Verſ. 230.
(δ) §. 47. pag. 718.

Odyſſ. XXI. (*α*) & proci Penelopes intrantes domum *Odyſſ. lib.* XVII. (*β*)

§. III. Pro læna etiam fuit φᾶρος, quod *ἱμάτιον* interpretatur SCHOLIASTES; (*γ*) *pallium* Latini interpretes. Sic Agamemnon, mane e lecto ſurgens, cum molliorem tunicam induiſſet,

- - *περὶ δ᾽ αὖ μέγα βάλλετο φᾶρος.*
- - *circum jecit autem magnum pallium:*

Iliados II. (*δ*) Similiter Telemachus *Odyſſ.* XV: (*ε*)

- - *Χιτῶνα περὶ χροῒ σιγαλόεντα*
Δῦνεν, καὶ μέγα φᾶρος ἐπὶ στιβαροῖς βάλετ᾽ ὤμοις.
- - *Tunicam circa corpus ſtupendam Induit, & magnum pallium in fortes jecit humeros.*

Calypſo quoque *Odyſſ.* V: (*ζ*)

- - *ἀργύφεον φᾶρος μέγα ἕννυτο* -
- - *candidam ſtolam ingentem induit;* -

uti Circe *Odyſſ. lib.* X. (*η*)

§. IV. Sed mulieribus in hanc rem frequentius erant *πέπλοι*, *ἱμάτιον ἢ ἔνδυμα γυναικεῖον*, *pepli*, *muliebre veſtimentum*

(*α*) *Verſ.* 118. (*β*) *Verſ.* 179. (*γ*) *ad Iliad.* II. *Verſ.* 43. (*δ*) *Verſ.* 43. (*ε*) *Verſ.* 60. *ſeq.* (*ζ*) *Verſ.* 230. (*η*) *Verſ.* 543.

Digitized by Google

tum ait HESYCHIUS, (α) quod è ſubtili ſtamine confectum, cæteris veſtibus ſuperinduebant; unde Achivæ mulieres ἐΰπεπλοι *bonis peplis inſtructæ* dictæ *Ilidd.* V. (β) & Τρῳάδες paſſim (γ) ἑλκεσίπεπλοι, *longa peplorum ſyrmata trahentes;* quia promiſſi erant pepli. Sic *Iliados* VI. (δ) in Helenæ thalamó erant

- - Πέπλοι παμποίκιλοι, ἔργα γυναικῶν
Σιδονίων, - - - -
- - *Pepla omnigeno artificio varia,*
opera mulierum
Sidoniarum, - - -

E quibus unum Minervæ dedicat Theano. Minerva quoque *Iliad.* V, (ε)

Πέπλον κατέχευεν ἑανὸν πατρὸς ἐπ' οὔδει.
Peplum quidem defluere ſivit pulchrum
patris ſuper pavimento.

Venus ſuum obtendit Æneæ adverſus tela. Eoque induta dicitur in *Hymno,* (ζ)

Πέπλον μὲν γὰρ ἕστο φαεινότερον πυρὸς αὐγῆς,

Peple

(α) Voc. Πέπλον. (β) Verſ. 424. (γ) Veluti *Iliad* VI. Verſ. 442. VII. Verſ. 297. XXII. Verſ. 105. (δ) Verſ. 289. (ε) Verſ. 734. (ζ) in *Vener.* Verſ. 86.

Digitized by Google

Peplo etenim induta erat ſplendidiore
ignis radio.

Sæpe etiam ἑανὸν *lucidum* ſimpliciter di-ctum, ut *Iliados* XIV (α) de Junone,

Ἀμφὶ δ' ἄρ' ἀμβρόσιον ἑανὸν ἕσατ'
Circumque ambroſium peplum induit.

Quanquam nonnulli apud POLLUCEM (β) diſtinguantur variegatione, quæ ſæpius in peplis.

§. V. Conjunguntur & ζῶστρα *cingula* cum peplis *Odyßeas* VI, (γ) ubi Nauſicaa it lavatum

Ζῶστρά τε καὶ πέπλους καὶ ῥήγεα σιγαλόεντα.
Cingulaque & peplos & pallia admira-
bilia.

veſtes nempe ad cingendum comparatas; fortean χιτῶνες & ſimiles *promißi amictus*, qui ζώνῃ *cingulo* ſolebant adſtringi. Ita Calypſo poſt ſumptum φᾶρος *pallium*,

- - περὶ δὲ ζώνην βάλετ' ἰξυῖ
Καλὴν χρυσείην. - - -
- - *zonamque circumpoſuit lumbis*
Pulchram, auream. - - -

Odyßeas V. (δ) Juno quoque ſe ve-ſtiens,

Ζώσατο

(α) Verſ. 178. (β) *lib.* VII. *cap.* 13. §. 51. *pag.* 722. (γ) Verſ. 38. (δ) Verſ. 231.

Digitized by Google

Ζώσατο δὲ ζώνην ἑκατὸν θυσάνοις ἀραρυῖαν,
Accepit zonam centum fimbriis aptam,
Iliad. XIV. (α) Hæc zona παρθενίη *virginea*, quam Tyro ſolvit Neptunus. *Odyſſ.* XI. (β) & μίτρα παρθενικὴ *mitra virginea* apud MOSCHUM, de Europa. (γ) Et ſub zona geſtare dictæ mulieres gravidæ, ut Venus *Hymno*: (δ)
Παῖδα δ' ὑπὸ ζώνῃ ἐθέμην βροτῷ εὐνηθεῖσα.
Filiumque ſub cinctura poſui cum mortali mixta.

EURIPIDES *Hecuba*: (ε)
Τοῦτον ποτ' ἔτικον κἄφερον ζώνης ὕπο.
Hunc olim peperi ego, ac ventre meo geſtavi.

Deponebant cum parerent. PINDARUS *Olymp.* VI. (ζ)
ἁ δὲ φοινικόκροκον
ζώναν καταθηκαμένα
τίκτε θεόφρονα κοῦρον.
Illa vero punicea-trama-textam
zonam deponens
peperit divina mente præditum puellum.

Sic APOLLONIUS *lib.* I. *Argon.* (η)
- - ᾧ ἔπι μούνῳ
Μίτρην πρῶτον ἔλυσα καὶ ὕστατον, - -
quem

(α) Verſ. 181. (β) Verſ. 244. (γ) *Idyl.* II. Verſ. 73. (δ) Verſ. 256. (ε) Verſ. 750. (ζ) ἐπωδ. β. Verſ. 8. 9. 12. (η) Verſ. 827. ſeq.

Digitized by Google

quem primum & ultimum peperi. Inde PAUSANIAS *Atticis* (α) narrat, *Latonam parturientem depoſuiſſe zonam eo loco, qui poſtea* Ζωστὴρ *dictus.*

§. VI. *Viri* etiam cingebantur, præſertim in prælio; ut videre eſt de Agamemnone *Iliad.* XI. (β) Aut alioqui cum iter eſſent ſuſcepturi; quomodo Eumæus, (γ)

- - ζωστῆρι θοῶς συνέεργε χιτῶνα.

- - *cingulo celeriter coërcuit tunicam.*

Quem morem orientalibus populis ſolennem eſſe, conſtat paſſim ex ſacris monumentis.

❋ ❋ ❋ ❋ ❋
❋ ❋ ❋ ❋
❋ ❋ ❋
❋ ❋
❋

X CAPUT

(α) *l. lib.* I. *cap.* 31. *pag.* 77. (β) *Verſ.* 15. (γ) *Odyſſ.* XIV. *Verſ.* 72.

Digitized by Google

CAPUT SEPTIMUM.

De Indumento capitis, pedum: aliisque corporis Ornamentis.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Indumenta Capitis
Virorum §. I.
Mulierum §. II.

Ornamenta, ſpeciatim
Crinium §. III.
Aurium §. IV.
Manuum §. V.
Pedum §. VI.

§. I.

CApitis virilis integumentum, quod *pileum* vocamus nullibi extat apud HOMERUM. *Galea* tantum amicit, in cujus medio πῖλος. *Iliad.* X: (*a*)

- - Μέσσῃ δ' ἐνὶ πῖλος ἀρήρει,
- - *In mediaque lana ſpiſſe compacta aptata erat.*

Ubi intelliguntur coacta & impilia, quæ peltra vulgo dicimus, quibus interior galeæ pars obire ſolet, ne capiti

(*a*) *Verſ.* 265.

capiti ſit gravior. HESIODUS vero ἔργοις (α) vult agricolam *pileo caput muniri, ne madeſiat hyberna pluvia*:

> - - κεφαλῆφι δ' ὕπερθεν
> Πῖλον ἔχειν ἀσκητὸν, ἵν' οὔατα μὴ καταδεύῃ.
> - - *ſupra caput vero*
> *Pileum habeto elaboratum, ne aures madeſiant.*

Qua ratione & Ulyſſis pater ruri habebat αἰγείην κυνέην, *caprinam* veluti *galeam*. *Odyſſ.* XXIV: (β) quæ Theſſalis uſitata; unde SOPHOCLES *Oedipode Coloneo*, (γ) ἡλιοστερῆ κυνῆν Θεσσαλίδα, *tegmen Theſſalicum ſolem arcens* celebrat. Et PHILOSTRATUS (δ) narrat, Indis eſſe κυνῆν ὁπότε ὕοι, *cum pluit*. Sed enim in more fuit veteribus, pingere Ulyſſem cum pileo; teſte PLINIO *Hiſtor. Nat. lib.* XXXV. *cap.* X. (ε) ejusque rei monumentum extat apud URSINUM (ζ) in antiquo denario. Et Cato apud PLUTARCHUM (η) ait, *Polybium, veluti Ulyſſem, voluiſſe denuo in Cyclopis antrum ingredi* τὸ πιλίον ἐκεῖ καὶ τὴν ζώνην ἐπιλε-

(α) *Verſ.* 543. *ſeq.* (β) *Verſ.* 230. (γ) *Verſ.* 318. *ſeq. cit.* & *ab* EUSTATHIO *ad Iliad.* X. *Verſ.* 257. *pag.* 803. *lin.* 1. (δ) *Vid. not.* (ε) *Tom.* III. *pag.* 591. (ζ) *Vid. not.* (η) *Vit. Caton. Maj. Tom.* I *opp. pag.* 341. *B.*

Digitized by Google

ἐπιλελησμένον, *quod pileum illic & cinctum per oblivionem reliquiſſet.* Cæteroquin priſci Græci magna ex parte capite erant nudo; quod Ægyptiis perpetuum fuiſſe ſcribit HERODOTUS *Thalia*: (α) & apud Romanos a multis factum, conſtat exemplo Cæſaris & aliorum.

§. II. At *mulieres* paſſim habebant *capitis tegumentum.* Καλύπτραν POETA appellat, loquens de Calypſo & Cyrce, (β)

- - κεφαλῇ δ' ἐπέθηκε καλύπτρην,
- - *capiti autem impoſuit calanticam.*

Sic HESIODUS *Theogonia*: (γ)

- - κατὰ κρῆθεν δὲ καλύπτρην
Δαιδαλέην χείρεσσι κατέσχεθε, - -
- - *a capite vero calyptram*
Ingenioſe factam manibus detinebat. -

Et apud PLUTARCHUM *Hellanic. Problem.* (δ) *mulieres* ἀπάγουσαι θάτερον μέρος τοῦ προσώπου τῆς καλύπτρας, *alteram veli partem a facie diducentes.*

§. III.

(α) *s. lib.* III. *c.* 12. *pag.* 165. (β) *Odyſſ.* V. *Verſ.* 232. (γ) *Verſ.* 574. *ſeq.* (δ) *Quæſt.* 49. *pag.* 302. *fin.*

Digitized by Google

§. III. Accedebant & alia *capitis ornamenta*, quæ complectitur HOMERUS bis verbis *Iliad.* XXII, (α) ubi de luctu Andromaches loquitur:

Τῆλε δ' ἀπὸ κρατὸς χέε δέσματα σιγαλόεντα,
Ἄμπυκα, κεκρύφαλόν τ', ἠδὲ πλεκτὴν ἀναδέσμην,
Κρήδεμνόν θ', ὅ ῥά οἱ δῶκε χρυσῆ Ἀφροδίτη.

Procul vero a capite fudit redimitula admiranda,
Vittas, reticulumque, atque textile crinale,
Velumque, quod ei dedit aurea Venus.

Primum ponitur ἄμπυξ, quem SCHOLIASTES VETUS (β) interpretatur κόσμον τινὰ περὶ τὴν κεφαλὴν ἀνέχοντα τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς, *ornatum quendam muliebrem capiti circumdatum ut capillos contineat.* Unde & PAUSANIAS dici cenſet apud EUSTATHIUM (γ) διὰ τὸ ἀμπέχειν τὰς τρίχας, *quod crines retineat.* IPSE vero ait (δ) fuiſſe διάδημά τι πρὸς ἀνάδεσιν τριχῶν, ἃς περιστέλλοντες οἱ παλαιοὶ ὑπὸ τούτου παρῆγον, *faſciam nempe quandam ſub qua capilli erant colligati.* Περικεφάλαιαν SCHOLIASTES THEOCRITI interpretatur *Idyl.* I. (ε) ubi γυνά,

 Ἀσκη-

(α) Verſ. 468. ſeqq. (β) ad h. l. (γ) ad eund. loc. pag. 1280. lin. 56. (δ) ibid. lin. 31. ſeq. (ε) Verſ. 33.

Ἀσκητὰ πέπλῳ τε, καὶ ἄμπυκι,
Ornata peplo reticuloque.

Κεκρύφαλον vero SCHOLIASTES (α) ait non κροκύφαντον, qui alias dicitur *reti-culum forte, quo plexa coma diſtringitur, ne diffluat.* Denique κρήδεμνον *vitta, velamen capitis, quod ad humeros uſque dimittebatur* ut tradit EUSTATHIUS *ad Odyſſ.* I, (β) ubi Penelope

Ἄντα παρειάων σχομένη λιπαρὰ κρήδεμνα,
Genis prætendens tenuia capitis redimicula.

Sic Juno *Iliad.* XIV: (γ)

Κρηδέμνῳ δ' ἐφύπερθε καλύψατο δῖα θεάων,
Calyptra dein deſuper velavit ſe auguſtiſ-ſima dearum.

Tale quid etiam ὀθόνη *linteum* fuit, quo velata Helena, cum egrederetur ad videndum prælium *Iliad.* III: (δ)

- - ἀργεννῇσι καλυψαμένη ὀθόνῃσιν,
- - *candidis operta velis.*

Mos hic gentibus illius tractus, jam inde ab antiquiſſimis temporibus, ut non niſi velatæ egrederentur ac prodirent mulieres.

§. IV.

(α) HOMERI *ad l. m. c.* (β) *Verſ.* 334. *pag.* 1421. *lin.* 10. *ſeqq. citandus potius ad Iliad.* XIV. *V.* 184. *p.* 976. *lin.* 42. *ſeq.* (γ) *Verſ.* 184. (δ) *Verſ.* 141.

§. IV. Auribus imponi ſolita a mulieribus ἕρματα *inaures*. *Iliad.* XIV. (α) de Junone:

Ἐν δ' ἄρα ἕρματα ἧκεν ἐϋτρήτοισι λοβοῖσι,
Τρίγληνα, μορόεντα. - - -
Inauresque immiſit in ſcite perforatas auriculas,
Tribus gemmarum oculis inſignes, elaboratas. - - -

EUSTATHIUS, (β) τὰ τοῖς ὠτίοις ἐνειρόμενα κόσμια. *Ornatus auriculis inſerti.* Sic *Odyſſ.* XVIII. (γ) inter alia procorum dona,

Ἕρματα δ' Εὐρυδάμαντι δύω θεράποντες ἔνεικαν.
Inaures autem Eurydamanti duo famuli ferebant.

Eis ſimiles ἕλικες *volvulæ*, EUSTATHIO (δ) ψέλλια, ἔστιν ὅτε καὶ ἐνώπια. *Monilia, aliquando etiam inaures.* Venus in *Hymno* (ε)

Εἶχε δ' ἐπιγναμπτὰς ἕλικας, κάλυκάς τε φαεινάς.
Habebat autem flexos inaures & calyces lucidas.

X 4 Sic

(α) *Verſ.* 182. *ſeq.* (β) *ad h. l. pag.* 976. *lin.* 30. (γ) *Verſ.* 296. (δ) *ad Odyſſ.* I. *Verſ.* 92. *pag.* 1394. *lin.* 41. *cf.* IDEM *ad Iliad.* XVIII. *Verſ.* 401. *pag.* 1150. *lin.* 20. *ſeq.* (ε) *Verſ.* 87.

Digitized by Google

Sic in ornatu mulierum *Iliad.* XVIII, (α) ponit HOMERUS

> Πόρπας τε, γναμπτάς θ' ἕλικας, κάλυκάς τε,
> καὶ ὅρμους.
>
> *Fibulasque, flexibilesque inaures, anulosque & monilia.*

Κάλυκας ait EUSTATHIUS (β) *nonnullis eſſe aureos tubulos, quibus cincinni redimiebantur.* Ita quoque HESYCHIO (γ) κάλυξ, χρυσῆ σύριγξ, ἢ τοὺς πλοκάμους συνέχουσα. At ὅρμος *monile eſt, collo injectum,* περιτραχήλιος κόσμος. (δ) Ut in Veneris ornatu, *Hymno,* (ε)

> Ὅρμοι δ' ἀμφ' ἁπαλῇ δειρῇ περικαλλέες ἦσαν,
> Καλοὶ, χρύσειοι, παμποίκιλοι.
>
> *Torques autem circa molle collum perpulchræ erant,*
> *Pulchræ, aureæ, omnivariæ.*

Similiter inter Penelopes dona, (ζ)

> Ὅρμον δ' Εὐρυμάχῳ πολυδαίδαλον αὐτίκ' ἔνεικε
> Χρύσειον, ἠλέκτροισιν ἐερμένον, ἠέλιον ὥς.

Monile

(α) Verſ. 401. (β) *ad Iliad.* XVIII. Verſ. 401. *pag.* 1150. *lin.* 21. *ſeq.* (γ) Voc. Κάλυξ. (δ) Verba *ſunt* EUSTATHII *ad Iliad.* XVIII. Verſ. 401. *p.* 1150. *lin.* 22. *ſeq.* (ε) Verſ. 88. *ſeq.* (ζ) Odyſſ. XVIII. Verſ. 924. *ſeq.*

Digitized by Google

Monile autem Eurymacho multa arte laboratum ferebat
Aureum, electris fulgens, ſolis ad inſtar.

Meminit PAUSANIAS *Bœoticis extremis,* (α) & diſtinguit ὅρμους variegatos ab iis, qui erant ſimpliciter facti ex auro, qualis ὅρμος Eriphyles, quem χρυσὸν *aurum* HOMERUS *Odyſſ.* XI. (β) Ita quoque ὅρμον Helenæ Menelaus dedicavit Delphis, quem πάγχρυσον κόσμον *ornatum totum-aureum* vocat Pythia, apud ATHENÆUM *lib.* VI. (γ) *Coronas* quoque geſtaſſe mulieres, liquet ex *Iliad.* XVIII: (δ)

Καὶ ῥ' αἱ μὲν καλὰς ςεφάνας ἔχον,
Et hæ quidem pulchras coronas geſtabant.

§. V. Cæterum *annulorum uſum* fuiſſe nullum contendit PLINIUS *Hiſt. Nat. lib.* XXXIII. *cap.* I. (ε) *Nec Iliacis temporibus,* ait, *ullos fuiſſe anulos video; nuſquam certe Homerus dicit, cum & codicillos miſſitatos epiſtolarum gratia indicet & conditas artis veſtes, ac vaſa aurea argenteaque & ea colligata nodi, non anuli, nota. Sortiri quoque contra provocationem*

 duces

(α) *l. lib.* IX. *c.* 41. *pag.* 796. (β) *Verſ.* 326. (γ) *pag.* 232. *E.* (δ) *Verſ.* 597. (ε) *Tom.* III. *pag.* 439. *ſeq.*

duces, non anulis tradit. Fabricam etiam Deum fibulas; & alia muliebris cultus, ſicut inaures, in primordio factitaſſe, ſine mentione anulorum. Manibus indutæ *manica* quæ χειρῖδες a Laërte dicuntur *Odyſſ.* XXIV. (α) ſed ne a rubis in colendo viridario læderentur,

> Χειρῖδας τ' ἐπὶ χερσὶ, βάτων ἕνεκα.
>
> *Digitaliaque in manibus (habebat) ruborum cauſa.*

EUSTATHIUS (β) dicit eſſe τὰ τῶν χειρῶν καλύμματα ἐκ δερμάτων, *manuum ex corio integumenta;* additque *non ſolum adverſus ſpinas adhibita, ſed etiam* ἐπὶ ἔργων εὐχερείᾳ, *ad facilitanda negotia; nam & ſagittarios iis uſos eſſe, itemque* τοὺς πλύνοντας δὲ καὶ τοὺς ζυμοῦντας, *qui lavatione & fermentatione occupantur.* Cæterum chirothecarum, quibus hodie utimur, nullus fuit apud antiquiores Græcos uſus; ut conſtat ex XENOPHONTE, (γ) qui inter cætera luxuriæ apud Perſas exempla ponit, quod *non contenti capitis ac pedum tegumentis, etiam manus digitabulis adverſus frigus munirent,* ἀλλὰ καὶ περὶ

(α) *Verſ.* 229. (β) *ad loc. cit. pag.* 1959. *lin.* 63. *& pag. ſeq. lin.* 2. *ſeq.* (γ) *Cyropæd. lib.* VIII. *lin.* 11. *ſeq.*

Digitized by Google

περὶ ἄκραις ταῖς χερσὶ χειρῖδας ἔχουσι, καὶ δακτυλήθρας ἔχουσιν, ſed etiam ad extremas manus tegumenta quædam manualia & digitalia villoſa habent.

§. VI. *Tibias* etiam Laërtes *communitas* habebat *ocreis bovinis*, (α)

– – περὶ δὲ κνήμῃσι βοείας
Κνημῖδας ῥαπτὰς δέδετο, γραπτῦς ἀλεείνων.
– – *Circumque tibias bubulas*
Ocreas conſutas ligaverat, lacerationes evitans.

Alias contenti *ſubligaculis*, quæ πέδιλα HOMERUS vocat, ut *Iliad.* II. (β) de Agamemnone ſurgente:

Ποσσὶ δ᾽ ὑπαὶ λιπαροῖσιν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα,
– *Et pedibus nitidis alligavit pulchra calceamenta.*

quod & de Junone dicitur *Iliad.* XIV, (γ) & alibi de aliis, cum aliquo egrederentur; velut, cum ſubulcus exit ſtabulo, *Odyſſ.* XIV. (δ) Nimirum veteres illi non erant ſemper calceati, uti hodie fit; ſed cum eſſent exituri, potiſſimum ſuſcepto longiori itinere. Ita

(α) *Odyſſ.* XXIV. *verſ.* 227. *ſeq.* (β) *Verſ.* 44. (γ) *Verſ.* 186. (δ) *Verſ.* 23.

Ita vero & Mercurius in *Hymno*, (α) cum abigere pararet Apollinis boves,

- - ὑπὸ ποσσὶν ἐδήσατο σάνδαλα κοῦφα,
Θῖά τ' ἐπειγόμενος δολιχὴν ὁδόν. -

- - *Sub pedibus ligavit ſandalia levia,*
Utpote deproperans longam viam. -

Cæterum σάνδαλα proprie *mulierum* erant *calciamenta*, ut ait HESYCHIUS. (β) Inde Omphale dicitur ſandalio percuſſiſſe Herculem; apud LUCIANUM. (γ) Venus etiam BIONI in *Adonide mortuo*, (δ) ἀσάνδαλος *nudis pedibus* fertur iviſſe per ſylvas αἱμάσσοισα πόδας, *cruentans pedes.* Omninoque ÆLIANUS *lib.* I. *cap.* XVIII. *Var. hiſt.* (ε) loquens de priſcarum mulierum luxu inter alia dicit, *eas ſandaliis pedes induiſſe*: Ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς κεφαλῆς στεφάνην ἐτίθεντο ὑψηλὴν, τοὺς δὲ πόδας σανδάλοις ὑπεδοῦντο· ἐκ δὲ τῶν ὤτων αὐτοῖς ἐνώτια μακρὰ ἀπεκρέμαντο· τῶν δὲ χιτώνων τὰ περὶ τοὺς ὤμους ἄχει τῶν χειρῶν οὐ συνέῤῥαπτον, ἀλλὰ περόναις χρυσαῖς, καὶ ἀργυραῖς συνεχέσι κατελάμβανον. *Corollam enim ſublimem capiti imponebant, pedes vero ſandaliis induebant, ex auribus longas inaures dependentes habebant*

(α) *Verſ.* 83 & 86. (β) *Voc.* Σανδάλια. (γ) *Dial. Iovis, Æſculap. & Hercul. Tom.* I. *pag.* 208. (δ) *ſ. Idyll.* I. *Verſ.* 21. (ε) *pag.* 27.

bant. Tunicarum vero eam partem, quæ eſt ab humeris uſque ad manus, non conſuebant, ſed continuis fibulis, aureis & argenteis conſtrinxere.

CAPUT OCTAVUM.

De Lectis.

ΣΥΝΟΨΙϹ.

Connexio §. I.	*Plumæ &c.* §. III.
Lectorum	*Veſtimenta* §. IV.
Materiâ §. II.	*Tapetes* §. V.
	Pelles §. VI.
Partes s. lectiſternium, ubi	*Linum* §. VII.
	Humicubatio §. VIII.

§. I.

VEſtes exuebant, quoties ſomni gratia ad lectum ſe recipiebant; & in cubiculo ex trabe ſuſpendebant, donec experrecti reſumerent; ut videre eſt *Odyſſ.* I, (α) ubi Telemachus mollem exuit tunicam, quam aniculæ

(α) Verſ. 437. ſeqq.

Digitized by Google

aniculæ reliquit ἐν πασσάλῳ, *paxillo ſuſpenſam* & dormivit κεκαλυμμένος οἰὸς ἀώτῳ, *tectus ovis florida lana.*

§. II. Porro *lecti conſtabant* potiſſimum *e ligno*; quod teſtatur ille Ulyſſis *Odyſſ.* XXIII. (α) quem ex *olea* a ſe fabricatum extendit, auroque & argento ac ebore exornavit; funiculis ex loro bubulo hinc inde conſertis; nempe e *fulcris* quæ ἑρμῖνας vocat. Qua ratione λέχεα τρητὰ *lectos perforatos* ſubinde (β) appellat, ſcilicet τετρυπημένα πρὸς τὴν τῶν χονίων δέσιν, *ob foramina in ſpondis facta*, per quæ τόνοι *funes* trajiciebantur, qui ſuſtinerent *ipſum lectiſternium*; (γ)

§. III. *Id* vero ſæpius HOMERUS hoc verſu complectitur: (δ)

Δέμνια καὶ χλαῖναι καὶ ῥήγεα σιγαλόεντα.

Stramenta & lænæ & lodices pulchræ.

Δέμνια quidem fuerunt *culcita*, ut arbitror, *plumis*, *tomentove*, *aut alia re farta*, unde ſæpius pro toto ſtrato apud POETAM collocantur.

§. IV. His imponebantur ῥήγεα καὶ χλαῖναι, *lodices & lænæ* ut luculenter apparet

(α) *Verſ.* 189. *ſeqq.* (β) *Vid. not.* (γ) *ut ait* SCHOLIAST. *ad Iliad.* III. *V.* 448. (δ) *Odyſſ.* XI. *Verſ.* 188. XIX. *Verſ.* 318. *&c.*

apparet ex *Iliad.* XXIV: (α) ubi Achilles lectum jubet Priamo componi,

Δέμνι' ὑπ' αἰθούσῃ θέμεναι, καὶ ῥήγεα καλὰ
Πορφύρε' ἐμβαλέειν, στορέσαι τ' ἐφύπερθε τάπητας,
Χλαίνας τ' ἐνθέμεναι οὔλας καθύπερθεν ἕσασθαι.

Lectos ſub porticu ponere, & ſtragula pulchra
Purpurea injicere, ſternereque deſuper tapetas,
Chlænasque imponere villoſas ſuperne obducendas.

Eustathius ait (β) ὑποκεῖσθαι μὲν δέμνια δίκην κλίνης, καὶ ῥήγεα χάειν ἀναπτώσεως· ὑπερκεῖσθαι δὲ, τάπητας μὲν εἰς σκέπην, χλαίνας δὲ εἰς ἔνδυσιν. *Culcita ſubſtrata eſſe ad recumbendum, lodices vero ad relaxationem: quibus ſuper impoſiti tapetes in tegumentum, chlænas vero ad induendum.* Porro (γ) ῥήγεα proprie vult eſſe βαπτὰ ἱμάτια, ἢ ὑφάσματα, ἢ καὶ ἄλλως τὰ περιςρώματα, καὶ πάντα τὰ βαπτὰ, *tincta veſtimenta, vel pannos, alias etiam inſtrata, & omnia tincta.* At χλαῖναι veſtis craſſior Polluci (δ) ἱματίων περιβόλαιον,

(α) *Verſ.* 644. *ſeqq.* (β) *ad h. l. pag.* 1369. *lin.* 40. *ſeqq.* (γ) *ibid. lin.* 50. & *ad Odyſſ.* III. *Verſ.* 349. *pag.* 1471. *lin.* 54. (δ) *lib.* VII. *c.* XIII. §. 46. *p.* 718. *coll. lib.* X. *c.* XXVII. §. 123. *p.* 1302.

Digitized by Google

λαιον, ſeu ἱμάτιον εὐναῖον καὶ παρευναῖον μέγα καὶ δασὺ, *veſtimentum cubatorium & inſtratum: magnum ſcilicet & hirſutum;* forte lodices craſſiores ex lana vel tomento: unde & οὔλας *hirſutas* Poeta vocat; ſicut etiam Theocritus *Idyl.* XXIV: (α) ubi dracone Herculem in cunis dormientem, invadente, Iphiclum dicit a pedibus dejeciſſe

- - οὔλαν δὲ ποσὶν διελάκτισε χλαῖναν,
Φευγέμεν ὁρμαίνων, - -
- - *mollem pedibus calcitrando disjecit lænam,*
Fugere cupiens: - - -

& poſt (β) Amphitruo

- - ὑπ' ἀμνείαν θέτο χλαῖναν
Παῖδα. - - -
- - *ſub agninam repoſuit lænam*
Puerum. - - -

§. V. *Tapètes* quoque villoſi magnum habuere in lectis uſum. Anacreon: (γ)

Διὰ νυκτὸς ἐγκαθεύδων
Ἁλιπορφύροις τάπησι,
Tyrio in tapete noctu
Facili fruens ſopore.

Sic

(α) Verſ. 25. ſeq. (β) Verſ. 61. (γ) Epigram. VIII. Verſ. 1. ſeq.

Digitized by Google

Sic ARISTOPHANES *Pluto:* (α)

Οὐχ ἕξεις οὔτ' ἐν κλίνῃ καταδαρθεῖν, -
Οὔτ' ἐν τάπησιν - - -

Neque in clinio recumbere poteris, -
Neque in tapetibus. - -

Similiter VIRGILIUS de Rhamnete *Æneid.* IX: (β)

- - *tapetibus altis*
Extructus, toto proflabat pectore ſomnum:

utique imitatione HOMERI *Iliad.* X: (γ)

Αὐτὰρ ὑπὸ κρατεσφι τάπης τετάνυστο φαεινός,
At ſub capite tapes extenſus erat ſplendidus;

ubi *cervical* intelligi videtur; unde & προσκεφάλαιον vertit HESYCHIUS. (δ)

§. VI. *Pellium* quoque magnus ad dormiendum *uſus.* Ita Achilles *Iliad.* IX (ε) Phœnici jubet ſterni

Κώεά τε, ῥῆγός τε, λίνοιό τε λεπτὸν ἄωτον,
Pelleſque ovillas, ſtragulamque tinctam, linique ſubtilem florem.

Ulyſſes etiam apud Eumæum dormivit inter caprarum ac ovium pelles, læna ſuperinjecta *Odyſſ.* XIV; (ζ) &

 ſuper

(α) *Verſ.* 527. *ſeq.* (β) *Verſ.* 325. *ſeq.* (γ) *Verſ.* 156. (δ) *Voc.* Τάπις. (ε) *Verſ.* 657. (ζ) *Verſ.* 519. *ſeq.*

ſuper ἀδέψητον βοέην *pellem bovinam non ſubactam*, *Odyſſ. lib.* XX. (α) Sic Anchiſæ λέχος *lectus* in *Hymno* (β)

χλαίνῃσιν μαλακῇς ἐστρωμμένον. αὐτὰρ ὕπερθεν
Ἄρκτων δέρματ' ἔκειτο. - -
Lænis mollibus ſtratum. At ſuperne
Urſorum pelles jacebant, - -
(Quos ipſe occiderat.) - -

quemadmodum apud VIRGILIUM *Æneid.* VIII: (γ)

- - *ſtratisque locavit*
Effultum foliis, & pelle Libyſtidos urſæ.

Sic Daphnis apud THEOCRITUM *Idyl.* IX (δ) ait: ſibi thorum ſtratum pellibus vaccarum,

- - ἐν δὲ νένασαι
Λευκᾶν ἐκ δαμαλᾶν καλὰ δέρματα. -
- - *In eo ſtratæ ſunt*
Albarum vaccarum pelles. - -

§. VII. Sed enim & *lini* in hanc rem fuit *uſus*: ut præter illum locum *Iliad.* IX, (ε) conſtat etiam ex *Odyſſ.* XIII, (ζ) ubi Phæaces Ulyſſi

- - στόρεσαν ῥῆγός τε λίνον τε.
- *ſtra-*

(α) *Verſ.* 2. (β) *in Vener. Verſ.* 159. *ſeqq.* (γ) *Verſ.* 367. *ſeq.* (δ) *Verſ.* 9. *ſeq.* (ε) *Verſ.* 657. (ζ) *Verſ.* 73.

Digitized by Google

- - *ſtraverunt pictamque veſtem linteumque.*

DIDYMUS (α) exponit λεπτὸν ἱμάτιον, *tenue ſtragulum.* EUSTATHIUS (β) στέπασμά τι σινδονοειδές, *velamen ſindonis ſpeciem referens.* Celebrat id ipſum impenſe Apollonius apud PHILOSTRATUM *lib.* VIII. (γ) ubi ait, καθαρὸν τὸ ἐννυχεύειν ὑπὸ λίνῳ. *Noctem ſub lino tranſigere pulchrum.*

§. VIII. Cæterum *humi etiam cubabant*, qui auſteriorem vitam inſtituebant. Tales ad Dodonam Selli Jovis ὑποφῆται *interpretes*, quos χαμαιεύνας *humi cubantes* HOMERUS vocat *Iliados* XVI. (δ) Ὡς κάτω περὶ γῆν αὐτοὺς κειμένους, καὶ μὴ ἐπὶ στιβάδων ἢ δεμνίων ὑπνοῦντας. *Tanquam qui inferne prope terram cubabant, neque in ſtratis ſtipatis aut pellibus ſomnum capiebant.* (ε) PHILOSTRATUS quoque *lib.* III. *de Vit. Apoll.* (ζ) ait, *Indorum Brachmanas* χαμευνίᾳ χρῆσθαι *humi dormire, ſubſternentes ſibi, quas inve-*

(α) *in Schol. ad h. l.* (β) *ad Iliad.* IX *verſ.* 657. *pag.* 782. *lin.* 21. (γ) *c.* VII. *ſect.* V. *pag.* 334. (δ) *verſ.* 235. (ε) *verba ſunt* EUSTATHII *ad h. l. pag.* 1058. *lin.* 2. *ſeq.* (ζ) *cap.* XV. *pag.* 105.

herbas. Foliis quoque ſubſtratis Laërtes ruri decumbebat *Odyſſeas* XI. (α) Similiter apud THEOCRITUM *Idyl.* VII. (β) *thorus denſatus ad cubitum uſque*

> Κνύζᾳ τ', ἀσφοδέλῳ τε, πολυγνάμπτῳ τε σελίνῳ,
>
> *Cnyza, aſphodelo, & flexibili apio.*

Quomodo & Atticæ mulieres in Theſmophoriis e viticis foliis cubile ſibi apparabant, ut eſt apud DIOSCORIDEM *lib.* I. *cap.* CXXXVI. (γ) Denique & PLUTARCHUS *lib. de Dæm. Socr.* (δ) ἄγνου καὶ μυρίκης χαμεύνας, *humi ſtratos lectos e vitice & myrica factos* commemorat.

CAPUT

(α) *Verſ.* 193. *coll. præcedd.* (β) *Verſ.* 68. (γ) *fol.* 54[b]. (δ) *Tom.* II *opp. pag.* 578. *D.*

Digitized by Google

CAPUT NONUM.

De Lavatione ac Unctione.

ΣΥΝΟΨΙC.

Lavationes ac unctiones
Corporis, quarum
Finis & uſus §. I.
Materia
Lavationum, aqua
Marina §. II.
Calida §. III.
Unctionum §. IV.
Veſtium §. V.

§. I.

F*Requentiſſimæ erant* apud Græcos *corporis lavationes ac unctiones; quibus non tam ſordes abluerent, quam voluptatem aliquam ſibi compararent.* Utrumque *finem* veteres ſpectaſſe teſtatur EUSTATHIUS, (α) quum ait: introductum eſſe βαλανεῖον, ut eſſet ῥύπου μὲν ἀποθετικὸν, ἀναψυχῆς δὲ τινος αἴτιον. Quamóbrem perpetuum fere eſt apud HOMERUM, (β) ut qui a prælio redeunt, aut alioqui e longinquo itinere in ædes alicujus divertuntur, laventur

 ac

(α) *ad Iliad. X. Verſ. 577. pag. 824. lin. 34.* (β) *Vid. not.*

Digitized by Google

ac ungantur; indeque ad epulas lautiores concedant. Exemplo Diomedis ac Ulyſſis, qui ab exploratione redeuntes

- - λοεσσαμένω καὶ ἀλειψαμένω λίπ' ἐλαίῳ,
Δείπνῳ ἐφιζανέτην· - - -

- - *cum laverant & unxerant ſe pingui oleo,*
Jentaculo adſidebant, - -

Iliad. X. (α) Similiter Telemachus ac Piſiſtratus in ædes Menelai adventantes ab ancilla loti & uncti, ad epulandum invitantur; *Odyſſ.* IV. (β) Unde ATHENÆUS *lib.* IV. (γ) ex HOMERO cenſet, δεῖν θεραπεύσαντα τὸ σωμάτιον καὶ λουσάμενον ἰέναι πρὸς τὸ δεῖπνον, *curato lotoque corpore ad cœnam eundum eſſe.* Idem factum, quotieſcunque remota triſtitia jucunditati ſe cupiebant dare; uti Penelope *Odyſſ.* XVIII, (δ) quam miſſis lacrumis ſe lavare ac faciem inungere jubet Eurynome. Atque hoc etiam fuiſſe in moribus Romanorum; infinitis conſtat teſtimoniis; qui

(α) *Verſ.* 577. *ſeq.* (β) *Verſ.* 49. (γ) *pag.* 178. *E.* (δ) *Verſ.* 171. *ſeq.*

Digitized by Google

qui nonniſi probe loti ac uncti genio indulgebant.

§. II. Porro ſolebant heroës *aqua marina* ſe abluere; uti Diomedes ac Ulyſſes (α)

- - - ἱδρῶ πολλὸν ἀπονίζοντο θαλάσσῃ
Ἐσβάντες, - - - -
- - *ſudorem multum abluebant mari*
Ingreſſi. - - - -

Nimirum quia admodum καθαρτική *purificans* hæc aqua, & nervis utiliſſima; ut aſſerit Athenæus *lib.* I: (β) Κόπον μὲν θαλάττῃ λύοντες, ἡ μάλιστα τοῖς νεύροις ἐστὶ πρόσφορος. *Maris aqua nervis quam utiliſſima defatigatis membris auxiliantur.* Qua de cauſa Romani quoque balnea marina impenſe expetebant. Minutius Felix: (γ) *Placuit Oſtiam petere amœniſſimam civitatem, quod eſſet corpori meo ſiccandis humoribus de marinis lavacris blanda & appoſita curatio.* Nauſicaë vero etiam cum ſociis puellis ideo it lotum ad fluvii oſtia *Odyſſ.* VI. (δ) Non abſimili ratione atque Europa apud Moschum, (ε)

(α) *Iliad.* X. *Verſ.* 572. *ſeq.* (β) *pag.* 24. C. (γ) *Octav. pag.* 10. (δ) *Verſ.* 85. *coll. Verſ.* 91. 94. *ſeq.* (ε) *Idyl.* II. *Verſ.* 31.

Digitized by Google

Ἤ ὅτε φαιδρύνοιτο χρόα προχοαῖσιν Ἀναύρου.
Vel corpus cum ablueret ad oſtia Anauri.
Alioqui & fluviis ſoliti veteres heroës ſe abluere; quemadmodum Agenor *Iliados* XXI: (α)

- - λοεσσάμενος ποταμοῖο
Ἱδρῶ ἀποψυχθεὶς· - -
- - *cum me lavero in fluvio*
A ſudore refrigeratus. - -

Quod ſolenne fuiſſe Lacedæmoniis in Eurota, jam inde ab heroicis temporibus, indicat THEOCRITUS *Helenæ Epithalamio*; (β) ubi puellæ Spartanæ canunt, ſe ungi virorum more ad Eurotæ fluenta:

Χρισαμέναις ἀνδρεισὶ παρ' Εὐρώταο λοετροῖς.
Quæ ungimur more virorum ad Eurotæ fluenta.

§. III. Sæpius tamen *domi* ſoliti *in calidis lavacris* verſari. Unde & Diomedes ac Ulyſſes poſtquam mari ſe abluiſſent

Ἐς ῥ' ἀσαμίνθους βάντες ἐϋξέστας λούσαντο.
In ſolia balneatoria ingreſſi bene polita lavabant,

Iliad. X. (γ) Sic Neſtor vult ab Hecameda

(α) Verſ. 560. ſeq. (β) ſ. Idyl. XVIII. Verſ. 23.
(γ) Verſ. 576.

cameda calefieri θερμὰ λοετρά, *calida lavacra; Iliados* XIV. (α) Andromache etiam Hectori, a pugna reduci, aquam lebete calefieri procurat *Iliad.* XXII. (β) Et Phæacibus unice placere dicuntur (γ)

Εἵματά τ' ἐξημοιβὰ, λοετρά τε θερμὰ καὶ εὐναί.

Veſtesque mutatoriæ, lavacraque calida, & cubilia.

Ita PINDARUS *Olymp. Od.* XII (δ) laudat

Θερμὰ Νυμφᾶν λοῦτρα, - -

Calida Nympharum lavacra. - -

& *Nem. Od.* IV. (ε) calidis lavacris ait membra refocillari:

Οὐδὲ θερμὸν ὕδωρ τόσον
γε μαλθακὰ τεύχει
γυῖα.

Neque calida aqua tantum
mollia facit
membra.

Nota quoque Ἡράκλεια λουτρά *balnea Herculea*, admodum ferventia, quæ Vulcanus Herculi ſubmiſit, ut eſt apud ARISTOPHANIS SCHOLIASTEM, *Nebulis:* (ζ)

 Ποῦ

(α) *Verſ.* 6. (β) *Verſ.* 444. (γ) *Odyſſ.* VIII. *Verſ.* 249. (δ) ἐπωδ. α. *Verſ.* 9. (ε) στροφ. α. *Verſ.* 6. (ζ) *Verſ.* 1047.

Digitized by Google

Ποῦ ψυχρὰ δῆθα πώποτ' εἶδες Ἡράκλεια
λουτρά;

*Ubi tu frigida unquam vidiſti Herculana
lavacra?*

Lapſus vero PLINIUS *Hiſtor. Natur. lib.* XXXI. *cap.* VI. (α) ait: *Homerum calidorum fontium mentionem non feciſſe, cum alioquin lavari calida frequenter induceret, videlicet quia medicina tunc non erat hæc, quæ nunc aquarum perfugio utitur.* Etenim *Iliad.* XXII, (β) ex altero *Scamandri fonte aquam calidam profluere* dicit:

Ἡ μὲν γάρ θ' ὕδατι λιαρῷ ῥέει.

Nec dubium quin a natura acceperint, quod arte conquiſiverunt.

§. IV. Cæterum *poſt lautionem ſe ungebant, ut hoc pacto obſtruerentur corporis ſpiramenta.* Sic enim EUSTATHIUS *Odyſſ.* III. (γ) Ἐλαίῳ δ' ἐχρίζοντο οἱ λουσάμενοι ἐμπλάττοντες τοὺς σωματικοὺς πόρους, ὡς ἂν μετὰ λοῦτρον στέγοιεν τὴν ὑγρότητα. Non erant autem unguenta Iliacis temporibus, teſte PLINIO *lib.* XIII. *cap.* I. (δ) nimirum qualia poſterioribus ſeculis fuerunt

(α) *Tom.* III *p.* 359. (β) *Verſ.* 149. (γ) *Verſ.* 466. *pag.* 1477. *lin.* 14. *ſeq.* (δ) *Tom.* II *p.* 57.

Digitized by Google

fuerunt in uſu. Oleum duntaxat adhibebant, admiſto e fruticibus odore præſertim roſa; unde *roſaceum oleum* POETA laudat *Iliad.* XXIII. (α) *quo* Venus Hectorem *inunxit*

- - ῥοδόεντι δὲ χρῖεν ἐλαίῳ.

Alias τεθυωμένον *odoribus conditum* vocat, cum de Junone agit *lib.* XIV. *Iliad:* (β)

- - ἀλείψατο δὲ λίπ' ἐλαίῳ,
Ἀμβροσίῳ, ἑδανῷ, τό ῥα οἱ τεθυωμένον ἦεν.

- - *Unxitque ſe pingui oleo,*
Divino, ſuavi, quod quidem ei odoriferum erat.

Meminit ATHENÆUS *lib.* XV, (γ) ubi multus eſt in re unguentaria exponenda; contenditque HOMERUM noviſſe χρῆσιν τῶν μύρων, *unguentorum uſum;* etſi ἔλαια *olea* vocet cum epitheto. Ut ut ſit, HOMERUS non introducit μύροις ἀλειφομένους τοὺς ἥρωας, *unguentatos heroas;* vel ipſius ſententia ATHENÆI *lib.* I. (δ) Paris tantum

Κάλλεϊ στίλβων, - - -
Pulchritudine ſplendens. (ε) - -

§. V.

(α) *Verſ.* 186. (β) *Verſ.* 171. *ſeq.* (γ) *pag.* 688. (δ) *pag.* 18. *E.* (ε) *Iliad.* III. *Verſ.* 392.

Digitized by Google

§. V. *Veſtes* etiam ſæpius *lavari ſolitæ* a mulieribus; uti Nauſicaa *Odyſſ.* VI; (α) & Phœniſſa illa, quacum raptus Eumæus *Odyſſ.* XV. (β) Sic Simonides (γ) de muliere turpi,

Αὐτὴ δ' ἄλουτος ἄπλυτός τε εἵμασι.

Quæ illotas habet & ſordidas veſtes.

Erant in hanc rem labra prope urbes ſtructa; uti de Troja teſtatur Homerus *Iliad.* XXII: (δ)

- - πλυνοὶ εὐρέες ἐγγὺς ἔασι
Καλοὶ, λαΐνεοι, ὅθι εἵματα σιγαλόεντα
Πλύνεσκον Τρώων ἄλοχοι, καλαί τε θύγατρες.

- - *Labra ad lavandum ampla prope ſunt*
Pulchra, lapidea, ubi veſtes ſpecioſas
Lavabant Trojanorum uxores, pulchræque filiæ.

Fiebat hoc potiſſimum cum lætitiæ ſe daturi erant; quemadmodum de filiis Alcinoï dicitur *Odyſſ.* VI: (ε)

Οἱ δ' αἰεὶ ἐθέλουσι νεόπλυτα εἵματ' ἔχοντες
Ἐς χορὸν ἔρχεσθαι. - - -

Hi ſemper volunt recens lotis veſtibus induti
Ad ſaltationem ire. - - -

Caput

(α) Verſ. 91. (β) Verſ. 419. ſeq. (γ) Vid. not. (δ) Verſ. 153. ſeqq. (ε) Verſ. 64. ſeq.

Digitized by Google

CAPUT DECIMUM.

De Comæ ornatu.

ΣΥΝΟΨΙC.

Coma
Studium §. I.
Ornatus, *ubi celebratur*
Flava §. II.
Criſpa §. III. *&*
Cincinnata §. IV.
Forma §. V.
Oblatio §. VI.
Fortuna §. VII.

§. I.

AD corporis cultum etiam pertinet *coma*, in qua alenda non parum decoris Græci poſuerunt. Quare HOMERUS paſſim (α) celebrat καρηκομόωντας Ἀχαιούς, *comatos Achivos* hoc eſt, κομόωντας τὰ κάρηνα καὶ πολύτριχας, *capita comantes & capilloſos.* (β) EUSTATHIUS ait: (γ) Ἔθος ἦν αὐτοῖς, κόμην τρέφειν, οὐ μόνον εἰς κάλλος, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ φοβερόν. Οὕτω γὰρ καὶ λέων χαιτήεις φοβερώτερος τοῦ μὴ χαίτην ἔχοντος. *Eos hoc factitaſſe, non venuſtatis tantum gratia, ſed etiam*

(α) *Iliad.* II. *Verſ.* 11. 28. 51. 65. 443. *&c.* (β) *ceu loquitur* EUSTATHIUS *ad Iliad.* II. *Verſ.* 11. *pag.* 165. *lin.* 1. (γ) *ibid. lin. ſeqq.*

Digitized by Google

etiam formidinis: Quemadmodum & leo ſetoſus formidoloſior eſt eo qui jubas non habet. Ita quoque de Leonida Spartanorum Rege ſcribit PHILOSTRATUS *de Vit. Apollon. lib.* VIII: (α) Κομῶν ὑπὲρ ἀνδρείας, καὶ τοῦ σεμνὸς μὲν φίλοις, φοβερὸς δὲ ἐχθροῖς φαίνεσθαι. *Comam fortitudinis cauſa alebat, utque amicis venerabilis, hoſtibus vero terribilis magis videretur.*

§. II. *Coma* autem *præcipue flava fuit celebrata*: quam in Achille, (β) Meleagro (γ) & Menelao (δ) laudat HOMERUS. Talem deſcribit Circen ORPHEUS: (ε)

- - ἀπὸ κρατὸς γὰρ ἔθειραι
Πυρσαῖς ἀκτίνεσσιν ἀλίγκιοι ἠώρηντο.
- - *A capite enim comæ*
Igneis radiis ſimiles ipſi dependebant.

Sic VIRGILIUS prædicat (ζ)

Et crines flavos, & membra decora juventæ.

Et CATULLUS (η) celebrat auream Berenices comam. Adeoque in univerſum

(α) *c.* VII. *ſect.* VI. *pag.* 335. (β) *Iliad.* I. *Verſ.* 197. *add. & Schol. ad h. l. v.c.* Κόμης (γ) *Iliad.* II. *Verſ.* 642. (δ) *Iliad.* III. *Verſ.* 284. IV. *Verſ.* 183. & 210. *&c.* (ε) *Argon. Verſ.* 1217. *ſeq.* (ζ) *Æneid.* IV. *Verſ.* 559. (η) *Eleg.* 67. *Verſ.* 8 *ſeq.*

Digitized by Google

verſum EURIPIDES (α) ait *Amorem capi flava coma*,

Φιλεῖ κάτοπτρα καὶ κόμης ξανθίσματα.

§. III. *Criſpi etiam capilli fuerunt laudati.* Inde eſt quod Minerva, cum Ulyſſi gratiam vellet conciliare,

Οὔλας ἧκε κόμας, ὑακινθίνῳ ἄνθει ὁμοίας.

Criſpas demiſit comas, hyacinthino flori ſimiles,

Odyſſ. VI; (β) quare idem οὐλοκάρηνος *capite criſpus* HOMERO dictus. (γ) Ita quoque MOSCHUS *Bucoliaſtes* (δ) Cupidinis caput inumbrat criſpis capillis. Arte etiam hoc conſectati, crinibus in nodum tortis lamina candente, acu, & id genus aliis inſtrumentis.

§. IV. *Cincinnos* paſſim prædicat HOMERUS, *quos* πλοκάμους ſeu πλοχμοὺς vocat. Sic de Junone *Iliad.* XIV: (ε)

- - Χαίτας

Πεξαμένη, χερσὶ πλοκάμους ἔπλεξε φαεινούς.

- - *capillos*

Cum pexuiſſet, manibus cincinnos compoſuit nitentes.

Euphorbo

(α) *Vid. not.* (β) *Verſ.* 231. (γ) *Odyſſ.* XIX. *Verſ.* 246. (δ) *Idyl.* I. *Verſ.* 12. (ε) *Verſ.* 175. *ſeq.*

Digitized by Google

Euphorbo etiam tribuntur *Iliad.* XVII (α) comæ Gratiis ſimiles:

> Πλοχμοί θ' οἳ χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἐσφήκωντο,
>
> *Cincinnique ei auro argentove conſtricti erant.*

quo reſpexit Plinius *Hiſtor. Natur. lib.* XXXIII. *cap.* I; (β) cum *apud Homerum virorum crinibus aurum implexum* dicit. Athenienſibus hoc antiquitus fuit patrium, qui cicadas aureas capillitio inſerebant, ut eſt apud Thucydidem *lib.* I. (γ) Ita & Plutarchus (δ) ſcribit: *Colophonios aureis redimiculis digeſtos crines decore ornaſſe.* Cæteroquin cincinnos hoſce inſtar cornu ſolebant effigiare; qua ratione Paris dictus κέρᾳ ἀγλαός, *cornu clarus Iliad.* XI. (ε) uti interpretatur Herodorus & Apion Grammaticus. (ζ) Ita quoque Sophro (η) *Mimorum Scriptor* κορώνας ἀναδουμένους eos dicit, *quibus cincinni in modum cornuum arcus faſtigiarentur.*

§. V.

(α) *Verſ.* 52. (β) *Tom.* III. *p.* 440. (γ) *pag.* 4. *D.* (δ) *Vid. not.* (ε) *Verſ.* 385. (ζ) *apud* Euſtathium *ad loc. cit. pag.* 851. *lin.* 48. (η) *Vid. not.*

Digitized by Google

§. V. *In certam* etiam *formam comas præcidebant.* Abantes Eubœæ populi HOMERO (α) dicuntur ὄπιθεν κομόωντες *occiput comantes*, quia anteriora capillorum reſecabant. Unde STATIUS, (β) *Abantiadas in terga comantes* prædicat. Eorum more tonſum Delphis Theſeum narrat PLUTARCHUS. (γ) Hoc vero obſervaſſe cenſet, ὅπως μὴ παρέχοιεν ἐκ τῶν τριχῶν ἀντίληψιν τοῖς πολεμίοις, *quo minus pugnantes hoſtibus darent anſam capiendi. Quod etiam factitaſſe Curetes* ſcribit ARCHEMACHUS EUBOICUS. (δ) Talem etiam fuiſſe Ἑκτόρειαν κουρὰν *tonſuram Herculeam* vult ISAACIUS TZETZES (ε) quam laudat EUSTATHIUS *Iliados* XXII, (ζ) ex LYCOPHRONE. At HOMERUS *Iliad.* IV. (η) Thracas vocat ἀκροκόμους, *quod in ſummo vertice eſſent comati.*

§. VI. Porro *mos* fuit priſcis, *ut provectiores ætate comas patriis fluminibus abſcinderent*, quippe quæ ex humore

Z natæ

(α) *Iliad.* II. *Verſ.* 542. (β) *Thebaid. lib.* VII. *Verſ.* 369. *ſeq.* (γ) *Vit. Theſei pag.* 2. *ſeq.* (δ) *cit. in hanc rem* STRABONE *lib.* X. *pag.* 465. C. (ε) *in* LYCOPHRONIS *Caſſandr. Verſ.* 1133. (ζ) *Verſ.* 402. *pag.* 1276. *lin.* 28. (η) *Verſ.* 533.

Digitized by Google

natæ. Ita HOMERUS narrat Achillem in Patrocli funere dempſiſſe comam, quam pater poſt ejus reditum voverat Sperchio: *Iliad.* XXIII. (α) Meminit hujus loci PAUSANIAS *Atticis*, (β) & omnibus Græcis hunc fuiſſe ritum colligit. Exemplum etiam adfert filii Mneſimaches, cujus extabat ſimulacrum ad Cephiſſum amnem, crine eidem detonſo. PHILOSTRATUS (γ) ſimiliter tradit Memnonem Nilo comam ſuam præcidiſſe.

§. VII. Cæterum, etſi in viris æque ac mulieribus apud priſcos Græcos fuerit comæ ſtudium; *non* tamen *ſemper laudatum;* ut ex eo liquet, quod Paridi veluti effœminato coma objicitur ab Hectore & Diomede *Iliad.* III (δ) & XI. (ε) Inde PHILOSTRATUS *Heroicis*: (ζ) Διεβέβλητο δὲ πρὸς τὸν Πάριν, ὡς δειλὸν καὶ ἧττω τοῦ κοσμεῖσθαι. *Paridem autem ut timidum, & cultui effeminate deditum arguebat.* Ita & Theſeus ignotus cum veniret Athenas pexa coma, dicterio exceptus fuit a fabris lignariis:

(α) *Verſ.* 141. *ſeq.* (β) *s. lib.* I. *cap.* 37. *pag.* 90. (γ) *Icon. lib.* I. *icon.* VII. *pag.* 773. (δ) *Verſ.* 38. *ſeq.* (ε) *Verſ.* 384. *ſeq.* (ζ) *c.* XII. *p.* 722.

riis: Παρθένος ἐν ὥρᾳ γάμου πλανᾶται μόνη· *Virgo nuptiarum tempore ſola ſeducitur.* Et inſignes in hanc rem ſunt PHOCYLIDIS verſus: (a)

Μὴ μὲν ἐπ' ἄρσενι παιδὶ τρέφειν χαίτην πλοκαμῖδος,
Μὴ κορυφὴν πλέξαι, μήθ' ἅμματα λοξὰ κορυμβῶν,
Ἄρσεσιν οὐκ ἐπέοικε κόμη· χλιδαὶ δὲ γυναιξί.

Ne in maſculo puero alas comam obtortam,
Neque comam criſpato, neque (necte) nexus obliquos funiculorum
Viris enim non congruit coma; neque luxus mulieribus.

(a) 194. *ſeqq.*

Digitized by Google

CAPUT UNDECIMUM.

De Domo.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Connexio & *Domorum*
Denominatio §. I.
Partes
Extrinſecæ, *ſcil.*
Murus §. II.
Sedilia §. III.
Atrium §. IV.
Intrinſecæ s. *ipſa domus*, *ubi*
Frontiſpicium §. V.
Pavimentum & *Columnæ* §. VI.
Cœnaculum §. VII. *ubi*
Thalami
Mulierum §. VIII.
Virorum, *quorum*
Numerus §. IX.
Uſus varius §. X.
Fores §. XI.
Tectum §. XII.

§. I.

POſt victum & amictum conſideranda venit habitatio. HOMERUS quidem potiſſimum deſcribit *magnatum domus*, quas δώματα καὶ μέγαρα vocat, (*a*) ut etiam obſervavit ATHE-
NÆUS

(*a*) *Odyſſ.* IV. *Verſ.* 46. VII. *Verſ.* 85. *ſeqq.* XIX. *Verſ.* 37. &c.

Digitized by Google

NÆUS *lib.* V. (α) Itaque de his etiam præcipue hæc commentatio inſtituenda.

§. II. Domum *extrinſecus* ambiebat *murus* ἕρκος, EUSTATHIO (β) τὸ περὶ αὐλὴν τειχίον· μεθ' ὃ πύλαι, *parvus circa aulam murus, poſt quem portæ.* Ibi canes de more ſoliti excubare ad cuſtodiendam domum, quos ideo πυλαωροὺς *janitores* vocat Priamus *Iliad.* XXII; (γ) ANTIPHANES *Poëta* (δ) φρουροδόμους, *domus cuſtodes.* EUSTATHIUS: (ε) Ἔθος ἦν τὰς αὐλείους θύρας τηρεῖσθαι ὑπὸ κυνῶν. *Moris erat ut atrii portæ a canibus cuſtodirentur.* Talis erat Argus ille Ulyſſis canis, qui jacebat

Ἐν πολλῇ κόπρῳ, ἥ οἱ προπάροιθε θυράων.

In multo ſtercore, quod ei ante fores,

Odyſſ. XVII. (ζ) Quin & factitii canes ad fores collocati; quales illi quos ex auro & argento fabricarat Vulcanus (η)

Δῶμα φυλασσέμεναι μεγαλήτορος Ἀλκινόοιο·

Domum ut cuſtodirent magnanimi Alcinoi.

Quod Romanis etiam in more fuiſſe docet

(α) *pag.* 193. *C.* (β) *ad Odyſſ.* XXII. *Verſ.* 376. *pag.* 1930. *lin.* 27. *coll. Eod. ad Iliad.* IX. *Verſ.* 469. *p.* 764. *lin.* 48. (γ) *Verſ.* 69. (δ) *Epigramm. lib.* I. *c.* 22. *epigr.* 7. *p.* 49. (ε) *Vid. not.* (ζ) *Verſ.* 297. (η) *Odyſſ.* VII. *Verſ.* 93.

Digitized by Google

docet PETRONIUS ARBITER: (α) *Non longe*, inquit, *ab oſtiarii cella canis ingens cathena vinctus in pariete erat pictus, ſuperque quadrata litera ſcriptum*: CAVE, CAVE CANEM.

§. III. Erant præ foribus etiam *ſedilia lapidea*, quibus ſoliti conſidere: ut in regia Neſtoris, *Odyſſ.* III. (β)

- - Κατ' ἄρ' ἕζετ' ἐπὶ ξεστοῖσι λίθοισιν
Οἵ οἱ ἔσαν προπάροιθε θυράων ὑψηλάων,
Λευκοὶ, ἀποστίλβοντες ἀλείφατος. - -
- - *Sedit ſuper politos lapides,*
Qui illi erant ante fores excelſas,
Albi, reſplendentes unguento. - -

Sic Proci Penelopes:

Ἐκ δ' ἦλθον μεγάροιο παρὲκ μέγα τειχίον αὐλῆς,
Αὐτοῦ δὲ προπάροιθε θυράων ἑδριόωντο·
Exibantque domo extra magnum murum atrii,
Illic autem ante januas ſederunt:

Odyſſ. XVI. (γ)

§. IV. Sequebatur Αὐλὴ *Atrium*, τόπος ὑπαίθειος, *locus ſubdivalis*, ait ATHENÆUS *lib.* V. (δ) apertus & vacuus, ubi erat ara Jovis Herceï, in qua ſacrificabat Peleus,

Αὐλῆς

(α) *cap.* 29. *pag.* 104. (β) *Verſ.* 406. *ſeqq.* (γ) *Verſ.* 343. *ſeq.* (δ) *pag.* 189. *E.*

Digitized by Google

Αὐλῆς ἐν χόρτῳ· - - -

Aulæ in ſepto, - - -

Iliados XI. (α) Ei juncta αἴθουσα, quæ SCHOLIASTÆ *in* IX. *Iliad.* (β) dicitur πρίσυλον, τοῦτ' ἔστι πρὸς ἥλιον τετραμμένη στοά, *ad ſolem converſa porticus*, παρὰ τὸ αἴθεσθαι. *Odyſſ.* XVIII: (γ)

- - ὄφρ' ἵκετ' αὐλὴν

Αἰθούσης τε θύρας. - -

- - *Donec venit ad atrium*

Porticuſque januas. - -

Conſtabat *ex politis lapidibus*, unde αἰθούσας ξεστὰς HOMERUS paſſim (δ) appellat. Atque heic erat πρόδομος *veſtibulum*, ubi hoſpitibus ſoliti ſterni lecti: ut videre peculiariter *Iliad.* XXIV: (ε) quo loco Achilles jubet

Δέμνι' ὑπ' αἰθούσῃ θέμεναι·

Lectos ſub porticu ponere;

Poſteaque

- - ἐν προδόμῳ δόμου αὐτόθι κοιμήσαντο

Κῆρυξ καὶ Πρίαμος. - - -

- - *in veſtibulo domus illic dormierunt*

Præco & Priamus. - - -

 §. V.

(α) *Verſ.* 773. (β) *Verſ.* 468. *coll. ad Iliad.* VI. *Verſ.* 243. & EUSTATH. *ad Iliad.* IX. *Verſ.* 468. *p.* 764. *lin.* 44. *Verba in notis leguntur.* (γ) *Verſ.* 100. *ſeq.* (δ) *Verſ.* 644. (ε) *Verſ.* 673. *lib. cit.*

§. V. Venit deinde ipſa princeps *domus, cujus frontiſpicium* variis ornamentis erat inſigne, unde ἐνώπια παμφανόωντα *parietes collucentes* dixit HOMERUS *Odyſſ.* IV. (α) & alibi. (β) HESYCHIUS: (γ) τὰ κατ᾽ ἀντικρὺ τοῦ πυλῶνος φαινόμενα μέρη, ἃ καὶ διεκόσμουν ἕνεκα τῶν παριόντων. *Anteriores & faciei obverſæ atrii partes (frontiſpicium) quas prætereuntium gratia varie exornarunt.* Ipſa intus ſplendidiſſime quoque inſtructa; ut in regio Menelaï *Odyſſ.* IV. (δ) æris, auri, argenti, electri eboriſque ſplendorem POETA celebrat. Meminit PLINIUS *Hiſtor. Nat. lib.* XXXIII. *cap.* IV: (ε) *Et electro auctoritas, Homero teſte, qui Menelaï regiam auro, electro, argento, ebore fulgere tradit.* Ita quoque magnifice ornatæ ædes Alcinoï regis Phæacum *Odyſſ.* VII. (ζ) In hac ſupellectile præcipue celebratæ ſedes, circa parietes undequaque diſpoſitæ, quibus ipſi inſidebant convivantes, alioſque advenientes excipiebant. (η)

Ἐν

(α) *Verſ.* 42. (β) *Veluti Iliad.* VIII. *Verſ.* 435. *Iliad.* XIII. *Verſ.* 261. *&* *Odyſſ.* XXII. *Verſ.* 121. (γ) *Voc.* Ἐνώπια. (δ) *Verſ.* 72. *ſeq.* (ε) *Tom.* III. *pag.* 462. (ζ) *Verſ.* 85. *ſeqq.* (η) *Odyſſ.* VII. *Verſ.* 95. *ſeq.*

Digitized by Google

Ἐν δὲ θρόνοι περὶ τοῖχον ἐρηρέδατ' ἔνθα καὶ ἔνθα,
Ἐς μυχὸν ἐξ οὐδοῖο διαμπερές. - -
Intus ſedilia circa murum hinc inde firmata erant,
Ad infimum ſeceſſum a limine penitus. -

Erant illæ varie exornatæ; *Odyſſ.* VIII (α) θρόνον ἀργυρόηλον dicit, *argenteis clavis diſtinctum.* Penelopes vero ſedem auro & ebore inſignit *Odyſſ.* XIX. (β) Elegantibus quoque ſtragulis componebant; ut factum *Odyſſeas* X: (γ)

- - ἔβαλλε θρόνοις ἔνι ῥήγεα καλὰ,
Πορφύρεα καθύπερθ', ὑπένερθε δὲ λῖθ' ὑπέβαλλεν.
- - *Injecit ſedilibus tincta ſtragula pulchra,*
Purpurea ſuperne, inferne lintea candida ſubjecit.

Euryclea etiam jubet ſuas ancillas *Odyſſeas* XX: (δ)

- - ἐν δὲ θρόνοισ' εὐποιήτοισι τάπητας
Βάλλετε πορφυρέους. - - -
- - *Inque ſedilia fabrefacta tapetes*
Jacite purpureos. - - -

Sed & pelles ipſa inſternit *Odyſſeas* XVII: (ε)

(α) *Verſ.* 65. *ſeq.* (β) *Verſ.* 56. (γ) *Verſ.* 352. *ſeq.* (δ) *Verſ.* 150. *ſeq.* (ε) *Verſ.* 32.

Κώεα καστορνῦσα θρόνοις ἐνὶ δαιδαλέοισι.
Pelles ſternens in ſedibus affabre factis.

§. VI. *Domus pavimentum* δάπεδον, τὸ τοῦ μεγάρου ἔδαφος, (α) lapidibus ſtratum, ut conſtat ex eo, quod κραταίπεδον οὖδας *ſolidum pavimentum* HOMERUS vocat, iterum λάϊνον οὐδὸν, *limen lapideum* *Odyſſ.* XXIII. (β) & alibi. (γ) *Columnæ* quoque per domum interiorem diſpoſitæ, quibus ſuſtinebatur ſuperior contignatio. *Odyſſ.* XIX: (δ)

- - Τοῖχοι μεγάρων, καλαί τε μεσόδμαι,
Εἰλάπιναί τε δοκοὶ, καὶ κίονες ὑψόσ' ἔχοντες.
- - *Parietes domorum, pulchraque intertignia,*
Abiegnæque trabes, & columnæ ſurſum tendentes.

Earum una, ad quam haſtas ſuſpendere erat moris. *Odyſſ.* I: (ε)

Ἔγχος μέν ῥ' ἔστησε φέρων πρὸς κίονα μακρὴν,
Δουροδόκης ἔντοσθεν ἐϋξόου, ἔνθά περ ἄλλα
Ἔγχε' Ὀδυσσῆος ταλασίφρονος ἵστατο πολλά.
Haſtam quidem ſtatuit ferens ad columnam longam,

Intra

(α) *Verba* EUSTATHII *ad Odyſſ.* XI. *Verſ.* 419. *pag.* 1692. *lin.* 59. (β) *Verſ.* 46. (γ) *Videl. Odyſſ.* VIII. *Verſ.* 80. XVI. *Verſ.* 41. XVII. *Verſ.* 30. *&c.* (δ) *Verſ.* 37. *ſeq.* (ε) *Verſ.* 127. *ſeqq.*

Digitized by Google

Intra armarium bene politum, ubi & alia
Haſtæ Ulyſſis fortis ſtabant multæ.

§. VII. *Superior* vero *domus pars* ὑπερῷον *cœnaculum* dicitur HOMERO. (α) EUSTATHIUS: (β) Τὰ μετέωρα τῶν οἰκημάτων ὦα καλοῦσιν οἱ Λακεδαιμόνιοι· ὅθεν ὑπερῷον τὸ οἷον εἰπεῖν, ὑπερύψηλον. *Editiora ædium loca (tabulata) Lacedæmonii* ὦα *vocant: unde* ὑπερῷον *idem eſt ac ſi diceres,* ὑπερύψηλον *i. e. alte faſtigiatum.* Unde CLEARCHUS apud ATHENÆUM *lib.* II. (γ) ait: Helenam ἐν τοιούτοις οἰκήμασι τρεφομένην, δόξαν ἀπενέγκασθαι παρὰ πολλοῖς, ὡς ἐξ ὠοῦ εἴη γεγεννημένη· *quoniam in ejusmodi cœnaculis educata fuiſſet, multos ex ovo genitam exiſtimaviſſe.* HOMERUS utique paſſim ibi collocat mulieres: uti Penelopen *Odyſſ.* XV. (δ)

- - ἀπὸ τῶν ὑπερωΐῳ ἱςὸν ὑφαίνει.

- - (*quæ*) *in ſuperiore ædium parte telam texuit.*

& alibi. (ε) Illic etiam cum Marte concubuit Aſtyoche

Παρθένος

(α) *Iliad.* XVI. *Verſ.* 184. *Odyſſ.* I. *Verſ.* 362. *&c.* (β) *ad loc. Iliad.* XVI. *pag.* 1054. *lin.* 3. (γ) *pag.* 57. *E.* (δ) *Verſ.* 516. (ε) *ut in locis ſtatim ſeqq.*

Παρθένος αἰδοίη ὑπερώϊον εἰσαναβῆσα.
Virgo pudica cum ſuperiorem domus partem aſcendens intraſſet,
Iliad. II: (α) & Mars cum Polymela,
- - εἰς ὑπερῷ' ἀναβὰς, παρελέξατο λάθρη.
- - *In ſuperiora domus aſcendens clam accubuit:*
Iliad. XVI. (β)

§. VIII. *Thalamus heic erat,* quo apud priſcos Græcos mulieres, præſertim virgines degere ſolebant. Ita namque *Odyſſ.* IV, (γ) Penelope ὑπερῷ' ἀναβᾶσα *ſuperiora ædium conſcendens* in θαλάμῳ *cubiculo* collocatur. Similiter Helena *Iliad.* III, (δ)
- - εἰς ὑψόροφον θάλαμον κίε δῖα γυναικῶν.
- - *In altum thalamum aſcendit nobiliſsima mulierum.*
Hinc Theocritus (ε) dicet παρθένον ἐκ θαλάμοιο, *ex thalamo puellam;* quia ibi concluſæ puellæ ante nuptias: uti jubet Phocylides: (ζ)

Παρθενικὴν

(α) *Verſ.* 514. *s. Catal. Nav. Verſ.* 21. (β) *Verſ.* 184. (γ) *Verſ.* 751. 760. & 787. *coll. Verſ.* 802. (δ) *Verſ.* 423. (ε) *Idyl.* II. *V.* 136. (ζ) *Verſ.* 198.

Digitized by Google

Παρθενικὴν δὲ φύλασσε πολυκλείστοις θαλάμοισι.

Virginem vero cuſtodi bene clauſis thalamis.

Γυναικωνῖτις *conclave mulierum* erat diſtinctum ab eo, quo viri agebant loco, qui ἀνδρὼν *conclave virorum* dictus.

§. IX. Erant vero & *viris* θάλαμοι ubi cubabant; quemadmodum Thelemacho *Odyſſ.* I: (α)

- - ὅθι οἱ θάλαμος περικαλλέος αὐλῆς
Ὑψηλὸς δέδμητο, περισκέπτῳ ἐνὶ χώρῳ,
Ἔνθ' ἔβη εἰς εὐνήν. - -

- - *Ubi ipſi thalamus perpulchræ aulæ*
Sublimis ædificatus erat, proſpicuo in loco,
Illuc ivit in lectum. - - -

Sic in ædibus Priami quinquaginta erant thalami ex lapide polito junctim ſtructi, ubi filii ejus cum uxoribus cubabant; & alii ex adverſo, ubi cum filiabus generi; *Iliad.* VI. (β)

§. X. Omnino vero *complures erant* θάλαμοι, *veluti promptuaria*, in quibus variæ res reponebantur; unde ἔσχατος θάλαμος *ultimus thalamus* in Ulyſſis æde recenſetur *Odyſſ.* XXI. (γ) Arma

(α) Verſ. 425. ſeqq. (β) Verſ. 244. ſeqq. (γ) Verſ. 8. ſeq.

ma ibi collocata, quæ Melanthius deprompſit: (α) uti & in Alexandri thalamo *Iliad.* VI. (β) Sed enim *Odyſſ.* II, (γ) in thalamo etiam Ulyſſis ponitur aurum, argentum, veſtis, vinum, oleum. Præerat veluti cuſtos ancilla, uti Euryclea apud Ulyſſem. (δ)

§. XI. *Fores* claudebantur ſera adhibito loro, ut *Odyſſ.* I, (ε) ancilla attrahit januam thalami Telemachi

- - - - κορώνῃ
Ἀργυρέῃ· ἐπὶ δὲ κληῖδ' ἐτάνυσσεν ἱμάντι.
- - - - *annulo*
Argenteo: peſſulumque obtendit loro.

Minerva quoque introit thalamum Penelopes

- - παρὰ κληῖδος ἱμάντα
- - *apud ſeræ lorum.*

Odyſſ. IV. (ζ) Idem fit *Odyſſ.* XXII. (η)

§. XII. Cæterum *forma tectorum erat plana*, non faſtigiata; adeo ut ſuper iis ſæpius cubarent: quemadmodum conſtat de Elpenore, qui

- - καταντικρὺ τέγεος πέσεν,
- - *tecto delapſus ab alto.*

Odyſſ.

(α) *Odyſſ.* XXII. *Verſ.* 142. *ſeq.* (β) *Verſ.* 321. (γ) *Verſ.* 337. *ſeqq.* (δ) *l. c.* *Verſ.* 345. *ſeqq.* (ε) *Verſ.* 441. *ſeq.* (ζ) *Verſ.* 802. (η) *Verſ.* 186.

Digitized by Google

Odyſſ. X. (α) Eustathius: (β) Πίπτει δὲ καταντικρὺ τέγεος ὁ Ἐλπήνωρ ἐν ὑπαίθρῳ ἄνω ἀνακείμενος, διὰ τὸ τὰ δώματα μὴ κεραμωτὰ, ἀλλ᾽ ὁποῖα καὶ νῦν ὡς εἰκὸς μυριαχοῦ ἂν ταῖς δοκοῖς γῆ ἐπαμᾶται· ὡς ἐντεῦθεν, τὴν στέγην χρήσιμον εἶναι καὶ πρὸς τὸ ἐγκοιμᾶσθαι. *Cadit autem ab alto tecto Elpenor, utpote in ſuperiore domus parte ſuperne recumbens: inde factum, quod tum temporis domus non faſtigiatæ erent, ſed quales nunc etiam multis in locis conſtruuntur, ubi trabes congeſta in eos terra teguntur. Quo fit, ut tectum ſit ad recumbendum maxime accommodatum.* Morem hunc quoque obtinuiſſe patet apud Hebræos, qui ἐπὶ δωμάτων *ſuper tectis* agere ſoliti; adeo ut Dei lege loricam circumducere juſſi ſint, ad evitandum diſcrimen *Deuteron.* XXII. (γ) Idem hodie in pleriſque orientalibus ac meridionalibus regionibus videre eſt; etiam apud Romanos, quos olim planis tectis uſos conſtat ex Vitruvio *lib.* II: (δ) aliisque auctoribus, qui eos ſubinde in tectis ſpectaſſe ac lampadas prætuliſſe docent.

Caput

(α) *Verſ.* 559. (β) *ad h. l. pag.* 1669. *lin.* 15. *ſeqq.* (γ) *comm.* 8. (δ) *cap.* 1. *pag.* 19. *ſeq.*

CAPUT DUODECIMUM.

De Hoſpitii jure.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Hoſpitii
Religio §. I.
Neceſſitas & Uſus inter *Privatos homines* §. II.
Civitates, gentes &c. §. III.

§. I.

DOmum ac larem familiarem habere, maximopere commendatum fuit apud Græcos; imo in viri boni laude poſitum. Unde *Iliad.* IX, (α) Ἀφρήτωρ, ἀθέμιστος, ἀνέστιος· *tribu, lege, lare destitutus* eſſe dicitur, *qui bellum expetit civile.* Et ATHENÆO (β) Cynici vituperantur, quod ſint κακολόγοι καὶ βοροὶ, πρὸς δὲ τούτοις ἄνοικοι καὶ ἀνέστιοι. *Maledici, guloſi, extorres, ſine domicilio, ſine foco & lare vitam traducentes.* Veruntamen magna fuit eorum humanitas in illos, qui fati malignitate domus

(α) *Verſ.* 63. *ſeq.* (β) *lib.* XIII. *pag.* 611. *C. iidemque Verbis* EUSTATHIO *ad Odyſſ.* XVII. *Verſ.* 219. *pag.* 1817. *lin.* 23. *ſeq.*

Digitized by Google

mus ac rei inopes oberrarent; adeoque erga quoſlibet, qui ad eos ſe recipiebant. *Deos horum curam gerere credebant, & offenſorum injurias vindicare.* (α) Sic enim cum Ulyſſes mendicus ab Antinoo eſſet percuſſus, mendicorum furias adverſus eum implorat, reliquis procis factum deteſtantibus; *Odyſs.* XVII. (β) Hercules quoque vituperatur, quod Iphitum hoſpitem occidiſſet, nec Deorum vocem veritus, nec menſam quam ei appoſuerant: *Odyſs.* XXI. (γ) At Eumæus nefas ducit Hoſpitem contemnere, (δ)

- - Οὔ μοι θέμις ἔς', οὐδ' εἰ κακίων
σέθεν ἔλθοι,
Ξεῖνον ἀτιμῆσαι· πρὸς γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες
Ξεῖνοί τε πτωχοί τε. - - -

- - *Haud mihi mos eſt, neque ſi*
pejor te veniat,
Hoſpitem contemnere: ab Jove enim ſunt
omnes
Hoſpitesque, pauperesque. - -

Jovem præcipue hoc curare cenſebant,

 qui

(α) *Verba ſunt* PLATONIS *lib.* VII. *de Leg. Tom.* II *opp. pag.* 729. (β) *Verſ.* 475. *coll. Verſ.* 462. (γ) *Verſ.* 27. *ſeqq.* (δ) *Odyſs.* XIV. *Verſ.* 56. *ſeqq.*

Digitized by Google

qui ideo Ξείνιος *Hoſpitalis* Græcis dictus, *Odyſſ.* IX: (α)

> Ζεὺς δ' ἐπιτιμήτωρ ἱκετάων τε ξείνων τε
> Ξείνιος, ὃς ξείνοισιν ἅμ' αἰδοίοισιν ὀπηδεῖ.

> *Jupiter autem ultor eſt ſupplicumque hoſpitumque*
> *Hoſpitalis, qui hoſpites ſimul venerandos comitatur.*

Ita Virgilius *Æneid.* I: (β)

> *Jupiter (hoſpitibus nam te dare jura loquuntur.)*

Explicat hoc Servius (γ) exemplo Lycaonis, qui cum hoſpites ſuos necaret, a ſuſcepto Jove, poſtquam ei epulas humanas appoſuit, verſus in lupum oſtendit, jura hoſpitii non eſſe violanda. Hinc Ægypti rex Pariclem a Menelao ad pœnam repetitum reddere noluit, veritus iram Διὸς ξενίου *Hoſpitalis Jovis Odyſſ.* XIV. (δ) Quomodo nec Admetus rex Moloſſorum Themiſtoclem reſtituere voluit Lacedæmoniis, utcunque obſides offerrent, teſte Plutarcho. (ε)

Contra

(α) *Verſ.* 270. *ſeq.* (β) *Verſ.* 735. (γ) *ad h. l.* (δ) *Verſ.* 283. *ſeq.* (ε) *Vit. Themiſtocl. Tom.* I *opp. pag.* 123. *ſeq.*

Digitized by Google

Contra quoque, qui in eos, a quibus erant hoſpitio excepti, delinquebant, Jovis iram experiri credebantur; quomodo Menelaus *Iliad.* III, (*α*) cum precatur ut Paridem occidat, ut alius quiſpiam metuat

Ξεινοδόκον κακὰ ῥέξαι ὅκεν φιλότητα παράσχῃ.

Hoſpitem injuria afficere qui amicitiæ officia exhibuerit.

§. II. Porro *carebant antiquiores Græci*, ut & Romani publicis, qualia hodie apud nos extant, *diverſoriis*. Quod ſi foras proficiſcebantur, in amicorum ædes ſe recipiebant; quibuſcum illis intercedebat hoſpitii jus; ut infinitis pene Scriptorum teſtimoniis comprobatur. Et quidem *hæc neceſſitudo* jam inde a majoribus *apud homines ſocietate junctos obſervabatur:* ſicut videre eſt in Glauco & Diomede, qui audito alter alterius nomine ob hoſpitii inter majores jus a pugna deſtiterunt: *Iliad.* VI. (*β*)

Ἦ ῥά νύ μοι ξεῖνος πατρώϊός ἐσσι παλαιός·
Τῷ νῦν σοὶ μὲν ἐγὼ ξεῖνος φίλος Ἄργεϊ μέσσῳ
Εἰμὶ, σὺ δ' ἐν Λυκίῃ. - - -

Certe mihi hoſpes paternus es vetus:

(*α*) Verſ. 354. (*β*) Verſ. 215. 224. ſeq.

Quare nunc tibi quidem ego hoſpes amicus Argo medio
Sum, tu autem in Lycia. - -

Ita *Odyſſ.* I. (α) Minerva, præ ſe ferens Mentæ filium, ait Telemacho:

Ξεῖνοι δ' ἀλλήλων πατρώϊοι εὐχόμεθ' εἶναι.
Hoſpites autem paternos nos invicem eſſe profitemur.

Neſtoris quoque filius & Telemachus dicti hoſpites

Ἐκ πατέρων φιλότητος· - -
Ex patrum amicitia : - -

Odyſſeæ XV. (β) Ea de cauſa antiqui moris fuit, *teſſeram* utrinque habere dimidiatam, quam qui ad hoſpitem attuliſſet, continuo poſſet agnoſci, & excipi hoſpitio contractæ neceſſitudinis. Σύμβολον Græci vocarunt; de quo eleganter PLATO *in Sympoſio.* (γ) Ita PLAUTUS *Pœnulo:* (δ)

Ego ſum ipſius, quem tu quæris. - -
A. *Antidamæ gnatum me eſſe.* P. *ſi ita eſt, teſſeram*
Conferre ſi vis hoſpitalem, eccam, attuli.
A. *Agedum huc oſtende. Eſt par probe.*

§. III.

(α) Verſ. 187. (β) Verſ. 197. (γ) Vid. inf. (δ) *Act.* V. *Scen.* II. Verſ. 86. ſeqq.

§. III. Porro non erat modo inter privatos homines hoc *hoſpitii jus*, ſed etiam *inter civitates*, *gentes*, *principes*: *quod* proprie προξενίαν dixerunt. Sic Nicias πρόξενος τῶν Λακεδαιμονίων, *publicus Lacedæmoniorum hoſpes* apud PLUTARCHUM: (*α*) & Callias apud XENOPHONTEM *Hellen.* VI. (*β*) jam inde a majoribus, Τὴν μὲν προξενίαν ὑμῶν οὐκ ἐγὼ μόνος, ἀλλὰ καὶ πατρὸς πατὴρ πατρῴαν ἔχων παρεδίδου τῷ γένει. *Jus hoſpitii publicum, quod mihi vobiſcum eſt, non ego primus ſum conſecutus: ſed avus meus a patre quum accepiſſet, familiæ noſtræ tradidit.* Atque hoc fine etiam σύμβολα ſervata, ut teſtatur LYSIAS *pro Ariſtophanis bonis* (*γ*) Ἐδεήθη μου προσελθεῖν αὐτῷ, λέγων ὅτι ἔλαβε σύμβολον παρὰ βασιλέως τοῦ μεγάλου. *Poſtquam, ut ad ſe venirem, rogaſſet: indicavit ſibi eſſe teſſeram hoſpitalem a rege magno.* Ita hoſpitium inter principes veluti fœdus quoddam ac ſocietas contractum. Alyattes Lydorum Rex pactum cum Mileſiis inivit, ἐπ' ᾧ τε ξείνους ἀλλήλοισι εἶναι καὶ ξυμμάχους, *ut mutuo hoſpites eſſent ac ſocii*, teſte HERODOTO *Clio.*

(*α*) *Vit. Alcib. Tom.* I *opp. p.* 197. *C. coll. not. noſtr.* (*β*) *pag.* 461. *lin.* 39. *ſeqq.* (*γ*) *Orat.* XVIII. *pag.* 304.

Digitized by Google

Clio. (α) Et LIVIUS ſcribit, Æneam cum Latino hujuſmodi iniſſe pactum. *Ibi*, inquit, *Latinum apud penates Deos domeſticum publico adjunxiſſe fœdus, filia Æneæ in matrimonium data: lib.* I. (β)

CAPUT DECIMUM TERTIUM.

De Ritu excipiendi Hoſpites.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Hoſpites
- *Adventantes*
  - *Manu prehenſi* §. I.
  - *Oſculo excepti* §. II.
  - *Conſidere juſſi* §. III.
  - *Lavati ac uncti* §. IV.
- *Diſcedentes*
  - *Libare ſoliti, donatique dimiſſi* §. V.

§. I.

HOſpites primum adventantes *manibus prehenſabant.* Ita Pylii exceperunt Telemachum ac Minervam *Odyſſ.* III. (γ)

- - ὡς οὖν ξείνους ἴδον, ἀθρόοι ἦλθον
ἅπαντες,
Χερσίν τ' ἠσπάζοντο. - - -

Quam-

(α) *v. lib.* I. *cap.* 22. *pag.* 9. (β) *cap.* I. *Tom.* I *opp. pag.* 10. (γ) *Verſ.* 34. *ſeq.*

Digitized by Google

- - *Quamprimum hoſpites viderunt,*
certatim venerunt omnes,
Manibuſque amplectebantur. - -

Similiter Autolyci filii Ulyſſem *Odyſſ.* XIX. (α)

Χερσίν τ' ἠσπάζοντο, ἔπεσσί τε μειλιχίοισι.

Manibuſque complectebantur, ſuavibuſque
verbis.

Sic PHILOSTRATUS *lib.* III. *de Vit. Apollon.* (β) ſcribit, exceptum ab Indis Apollonium: Προσιόντα δὲ τὸν Ἀπολλώνιον οἱ μὲν ἄλλοι σοφοὶ προσῆγοντο, ἀσπαζόμενοι ταῖς χερσίν. *Accedentem ad ſe Apollonium cæteri quidem ſapientes exceperunt, manibus eum amplexi.* Apud VIRGILIUM etiam Pallas Æneam

Accepitque manu, dextramque amplexus
inhæſit:

Æneid. lib. VIII. (γ) Nempe dextra potiſſimum huic uſui inſerviebat: ut ipſemet HOMERUS notat *Iliad.* X: (δ)

Δεξιῇ ἠσπάζοντο ἔπεσσί τε μειλιχίοισι.

Dextris ſalutabant, verbiſque blandis.

Majorum, ait SERVIUS, (ε) *hæc erat ſalutatio; cujus rei* τὸ αἴτιον, *id eſt cauſam Varro, Callimachum ſecutus, expoſuit; aſſerens*

(α) *Verſ.* 415. (β) *c.* XVI. *p.* 107. (γ) *Verſ.* 124. (δ) *Verſ.* 542. (ε) *ad Æneid.* I. *Verſ.* 412.

Digitized by Google

rens omnem eorum honorem dexterarum conſtitiſſe virtute, ob quam rem hac ſe venerabantur corporis parte. Omnino vero quotieſcunque ſe invicem alloquebantur, dexteram prehendere erat moris; uti Menelaum affaturus Agamemnon *Iliados* VII: (α)

> Δεξιτερῆς ἕλε χειρὸς, ἔπος τ' ἔφατ' ἔκ τ' ὀνόμαζεν.
>
> *Dextram prehendit manum, verbaque fecit & compellavit.*

Eoque pertinet ille toties repetitus verſus, (β)

> Ἔν τ' ἄρα οἱ φῦ χειρὶ, ἔπος τ' ἔφατ', ἔκ τ' ὀνόμαζε.
>
> *Inque ejus hæſit manu, verbaque fecit & compellavit.*

Quem EUSTATHIUS ait eſſe φιλικὸν, *amicitiæ convenientem* ac notare τὸ δεξιώσασθαι, *dextram porrigere*: *Iliad.* II. (γ) Simili ritu XENOPHON IV. *Hellen.* (δ) de Ageſilao, Ἀκούσας ταῦτα ὁ Ἀγησίλαος ἔλαβε τῆς χειρὸς αὐτοῦ, καὶ εἶπε. *Hæc cum audiviſſet*

(α) *Verſ.* 108. (β) *Iliad.* VI. *Verſ.* 253. & 406. XIV. *V.* 232. *Odyſſ.* II. *Verſ.* 302. & VIII. *Verſ.* 291. (γ) *Verſ.* 341. *pag.* 234. *lin.* 41. *ſeq.* & *ad Odyſſ.* XXIV. *Verſ.* 409. *pag.* 1965. *lin.* 63. *coll. not. noſtr.* (δ) *pag.* 400. *lin.* 4. *ſeq.*

Digitized by Google

audiviſſet Ageſilaus, manu prehendit illum & dixit. Porro in ſalutatione vox ſolennis fuit χαῖρε *ſalve:* ſicuti *Odyſſ.* VIII, (α) Ulyſſem excipiens Alcinous: ait,

Χαῖρε πάτερ ὦ ξεῖνε, - - -
Sis felix pater o hoſpes; - -

cui reſpondens Ulyſſes,

Καὶ σὺ φίλος μάλα χαῖρε· - -
Et tu amice quam maxume ſalve. -

Simili ratione Crœſus alloquitur Cyrum, χαῖρε ὦ δέσποτα. *Salve mi domine.* Cui ille: καὶ σύγε ὦ Κροῖσε, *& tu ſalvus ſis mi Crœſe;* apud XENOPHONTEM *Pædia lib.* VII. (β)

§. II. Accedebant ſæpe *oſcula.* Chiron advenientibus Argonautis apud ORPHEUM (γ)

Ἀσπασίως ἀνόρουσε, κύσεν δ' ἄρα φῶτα ἕκαστον.
Modeſte aſſurrexit, oſculatusque eſt ſingulos.

Sic APULEIUS *Mileſia* I: (δ) *Amplexuſque ac comiter deoſculatus: Mi Luci, ait, ſat pol diu eſt, quod interviſimus te.* Erat autem moris varias corporis partes deoſculari, præcipue caput, oculos, humeros, manus; uti factum ab

(α) *Verſ.* 408 & 413. (β) *pag.* 143. *lin.* 42. *ſeqq.* (γ) *Argon. verſ.* 398. (δ) *ſ. lib.* I. *Metamorph pag.* 113. *lin.* 18. *ſeqq.*

Digitized by Google

Eumæo, adventante Telemacho *Odyſſ.* XVI: (α)

Κύσσε δέ μιν κεφαλήν τε καὶ ἄμφω φάεα καλὰ,
Χεῖράς τ' ἀμφοτέρας. - - -

Oſculatuſque eſt ipſius caput & ambo lumina pulchra.

Hoc modo & famuli Ulyſſem complexi *Odyſſ.* XXI: (β)

Καὶ κύνεον ἀγαπαζόμενοι κεφαλήν τε καὶ ὤμους,

Et oſculati ſunt amplectentes caputque & humeros.

ipſeque viciſſim

- - Κεφαλὰς καὶ χεῖρας ἔκυσσε. (γ)
- - *Capita & manus deoſculatus eſt.*

§. III. Manu prehenſos hoſpites *domi conſidere* protinus *jubebant. Iliados* XI, (δ) Achilles Diomedem ac Ulyſſem in patris ædes adventantes

Ἐς δ' ἄγε χειρὸς ἑλὼν, κατὰ δ' ἑδριάασθαι ἄνωγε.

Introduxitque manu prehenſos & conſidere juſſit.

Idemque legatos ab Agamemnone miſſos, (ε)

Εἷσεν

(α) *Verſ.* 15. *ſeq.* (β) *Verſ.* 224. (γ) *l. c. Verſ.* 225. (δ) *Verſ.* 645. (ε) *Iliad.* IX. *Verſ.* 200.

Digitized by Google

Εἷσεν δ' ἐν κλισμοῖσι, τάπησί τε πορφυρέοισιν.
Sedere autem fecit in ſellis recubitoriis,
tapetibuſque purpureis.

Juſſit vero etiam pocula iis miſceri, (α) quod & *alibi* (β) factum ingredientibus. Qua de re ATHENÆUS *initio lib.* V: (γ) Δοκεῖ γὰρ ἔχειν πρὸς φιλίαν τι ὁ οἶνος ἑλκυστικὸν, παραθερμαίνων τὴν ψυχὴν καὶ διαχέων, διόπερ οὐδὲ πρότερον ἠρώτων οἵτινες εἶεν, ἀλλ' ὕστερον· ὡς τὴν ξενίαν αὐτὴν τιμῶντες, ἀλλ' οὐ τοὺς ἐν μέρει καὶ καθ' ἕκαστον ἡμῶν. *Videtur autem vinum ad conciliandam alliciendamque amicitiam vim quandam habere, ut quod animum diffundat & calefaciat. Quamobrem non antea qui eſſent rogabant, quam bibiſſent: ſed guſtato jam vino, hoſpitii jus & fidem honorantes potius, quam privatim hoſpitum ſingulos.*

§. VI. Porro ingreſſos *hoſpites* frequenter *ſoliti lavare ac ungere.* Ita Telemachum ac Piſiſtratum apud Menelaum

- - Δμωαὶ λοῦσαν, καὶ χρῖσαν ἐλαίῳ.
- - *Ancillæ lavarunt & unxerunt oleo:*

Odyſſ. IV. (δ) Telemachus quoque a Piræo in ædes introductus, lotus fuit ac

(α) *Verſ.* 202. *ſeq.* (β) *Vid. not.* (γ) *pag.* 185. C.
(δ) *Verſ.* 49.

Digitized by Google

ac unctus ab ancillis, tunicis etiam injectis. *Odyſſ.* XVII. (α) Ita diſponebantur ad convivium, ut *ſupra* (β) diximus. Sed & noctu cubituris repetita lavatio, præſertim pedum, quod Ulyſſi ab Euryclea jubet præſtari Penelope *Odyſſ.* XIX. (γ) Eadem quoque ſummo mane jubet ancillas lavare ac ungere Ulyſſem. (δ) Denique idem factum hoſpitibus diſcedentibus; *Odyſſ.* I, (ε) Telemachus ad Palladem hoſpitem:

Ὄφρα λοεσσάμενός τε, τεταρπόμενός τε φίλον κῆρ,
Δῶρον ἔχων ἐπὶ νῆα κίῃς. - -
Ut & lotus & oblectatus tuum cor,
Donum habens navem eas. - -

Sic *Odyſſ.* V, (ζ) Calypſo Ulyſſem diſcedentem lavat. Qua in re notandum, mulierum, & præſertim virginum, fuiſſe adhibitum miniſterium, magno temperantiæ veterum argumento; quod obſervavit ATHENÆUS *lib.* I. (η) morem hunc pervetuſtum dicens; quem illuſtrat exemplo Cocali gnata-

(α) *Verſ.* 88. *ſeq.* (β) *Vid. lib.* III. *c.* V. §. III. *pag.* 300. & *l. c. cap.* IX. §. I. *p.* 341. *ſeq.* (γ) *Verſ.* 357. *ſeq.* (δ) *Odyſſ.* XIX. *Verſ.* 320. (ε) *Verſ.* 310. *ſeq.* (ζ) *Verſ.* 264. (η) *pag.* 10. *D.*

Digitized by Google

gnatarum, quæ Minoëm in Siciliam advenientem lavarunt, ſed injecta, calidæ loco, pice; unde interemptus, teſte ZENOBIO. (α)

§. V. Diſcedentes hoſpites etiam *poculis libare ſolebant*, viciſſim multa optantes bona: quod factum ab Ulyſſe a Phæacibus diſcedente *Odyſſ.* XIII. (β) & Telemacho ex Menelaï regiä abeunte: *Odyſſeas* XV. (γ) Cumulabantur cibo, potu, aliiſque rebus itineri neceſſariis: præſertim vero hoſpitalibus muneribus donabantur, de quibus *libro ſuperiori* (δ) diximus. Ita factum ſæpe, ut multas divitias hinc inde corrogarint; quod gloriatur Ulyſſes *Odyſſ.* XIX. (ε) Unde ÆLIANUS *lib.* IV. *cap.* XX. (ζ) ait, *eundem ac Menelaüm inſtar Phœnicum mercatorum ad colligendas opes per varias regiones oberraſſe.*

CAPUT

(α) *ProVerb. Centur.* IV. *n.* 92. *pag.* 110. *cf.* & CASAUBONUS *ad* ATHENÆUM *AnimadVerſ. lib.* I. *cap.* VIII. *pag.* 17. *ſeq.* (β) *Verſ.* 39. (γ) *Verſ.* 149. (δ) *cap.* XI. §. I. *pag.* 203. *ſeq.* (ε) *Verſ.* 280. *ſeqq.* (ζ) *pag.* 293.

CAPUT DECIMUM QUARTUM.

De Supplicatione.

ΣΥΝΟΨΙϹ.

Connexio &
Supplicationis
Religio §. I.
Fundamentum §. II.
Ritus, nempe
Manus
Supinas protendere §. III.
Habere velatas §. IV.
Ad genua deponere §. V.
Mentum attingere §. VI.
Oſculari genua, manus &c. §. VII.
Ad focum ſedere §. VIII.
Ad aras ſe recipere §. IX.

§. I.

H*Oſpitibus vicini ſunt ſupplices*, eodem nomine quoque inſigniti, ut patet ex Ulyſſe *Odyſ.* IX: (a) qui hoſpitem ſe dicit & ſupplicem Polyphemo. *Et pari religione utrique culti;* ſiquidem Jupiter

- - Ε'πιτιμήτωρ ἱκετάων τε, ξείνωντε,
- - *Ultor ſupplicumque hoſpitumque*

credi-

(a) *Verſ.* 269. *ſeq.*

creditus. Quod etiam ſcripſit HESIODUS Ἔργοις: (α)

> Ἶσον δ' ὅς θ' ἱκέτην ὅς τε ξεῖνον κακὸν ἔρξει.
>
> *Par eſt delictum, ſi quis ſupplici vel hoſpiti male fecerit.*

Itaque Ulyſſes ſe offenſum ratus a Phæacibus, qui hoſpitem deduxerant, a Jove illis ultionem imprecatur,

> Ζεὺς σφέας τίσαιτο ἱκετήσιος.
>
> *Jupiter ipſos ulciſcatur ſupplicum vindex:*

Odyſſ. XIII. (β) Neceſſarium vero ducebant, ſupplicum preces exaudire; ut fuſe diſceptat Phœnix in oratione ad Achillem *Iliad.* IX: (γ) ubi Λιταί *Preces* Jovis filiæ dicuntur, quæ eum incitant ad noxam recuſantibus immittendam. Quare eas in ſupplicationibus nominare erat moris, uti apud ORPHEUM *Argonaut.* (δ)

> - - - Οὐ γάρ ἄτιμοι
> Ἱκεσίου Ζηνὸς κοῦραι Λιταί. - -
>
> - - - *Non enim contemnendæ Preces, Jovis filiæ ſupplicum præſidis.* -

§. II. *Per Jovem* ipſum ſæpius *ſupplicabant; Odyſſ.* II: (ε)

Λίσ-

(α) Verſ. 325. (β) Verſ. 213. (γ) Verſ. 498. (δ) Verſ. 105. ſeq. (ε) Verſ. 68.

Digitized by Google

Λίσσομαι ἠμὲν Ζηνὸς Ὀλυμπίου, ἠδὲ Θέμιστος,
Oro ſive per Jovem Olympium, ſive per Themidem.

Hymno Veneris: (α)

Ἀλλά σε πρὸς Ζηνὸς γουνάζομαι. - -
Sed te per Jovem ſupplex oro. - -

At APOLLONIUS *lib.* II. *Argonaut.* (β)

Ἱκεσίου πρὸς Ζηνός· - -
Per Jovem ſupplicum numen. - -

LUCIANUS (γ) ſimpliciter: Ἀλλὰ πρὸς Ἱκεσίου φείσασθέ μου. *Sed per Supplicum Præſidem oro: parcatis mihi.* Aliquando adjiciebant res cariſſimas, parentes, uxores, liberos, poſſeſſiones, quæ ſimul complectitur Neſtor *Iliad.* XV. (δ)

Τῶν ὕπερ ἐνθάδ' ἐγὼ γουνάζομαι οὐ παρεόντων.
Per hos hic ego ſupplico non præſentes.

Ita VIRGILIUS *Æneid.* X: (ε)

Per patrios manes, per ſpem ſurgentis Iüli,
Te precor, - - - -

Et poſt: (ζ)

Per te, per qui te talem genuere parentes.

Sic SALLUSTIUS *Bell. Jugurth.* (η) *Oro vos per liberos atque parentes veſtros.* Per caput,

---

(α) *Verſ.* 131. & 188. (β) *Verſ.* 215. (γ) *Piſcat.* s. *Reviviſc.* *T.* I. *p.* 390. (δ) *Verſ.* 665. (ε) *Verſ.* 524. *ſeq.* (ζ) *Verſ.* 597. (η) *cap.* 14. *pag.* 220.

Digitized by Google

caput, genua, animam etiam obſecrabant, *Odyſſ.* XV: (α)

Λίσσομ' ὑπὲρ θυέων καὶ δαίμονος, αὐτὰρ ἔπειτα
Σῆς τ' αὐτοῦ κεφαλῆς, καὶ ἑταίρων οἵ τοι ἕπονται.

Oro per ſacrificia & deum, ac deinde per
Tuum ipſius caput & ſocios qui te ſequuntur.

Iliad. XXII: (β)

Λίσσομ' ὑπὲρ ψυχῆς καὶ γούνων, σῶν τε τοκήων.

Supplex oro per animam & genua, tuoſque parentes.

Cæterum ſingulare eſt, quod Hecuba Hectori ſupplicat per exhibitam mammam,

- - Εἴ ποτέ τοι λαθικηδέα μαζὸν ἐπέσχον·

- - *Si unquam tibi vagitus ſedantem mammam exhibui:*

Iliad. XXII. (γ)

§. III. Porro *moris fuit, ut ſupplicantes manus ſupinas protenderent.* Achilles

- - Μητρὶ φίλῃ ἠρήσατο χεῖρας ὀρεγνύς.

- - *Matri dilectæ ſupplicavit manus porrigens.*

(α) Verſ. 261. ſeq. (β) Verſ. 338. (γ) Verſ. 83.

Iliados I. (α) Ilioneus Peneleo

- - Ἕζετο χεῖρε πετάσσας·
- - *Deſedit manibus porrectis:*

Iliados XIV. (β) Sic Europa apud MOSCHUM (γ)

- - Φίλας καλέεσκεν ἑταίρας
Χεῖρας ὀρεγνυμένη· - - -
- - *Caras vocabat ſodales,*
Manus porrigens. - - -

PLUTARCHUS *Camillo*: (δ) Δεομένων δὲ καὶ προϊσχομένων χεῖρας. *Quum ſupplices manus protenderent.*

VIRGILIUS *Æneid.* XII: (ε)
Ille humilis, ſupplexque, oculos dextramque precantem
Protendens. - - - -

Denique Latinis *precari* dictum a porricienda manu cenſetur GRAMMATICIS. (ζ)

§. IV. *Manus* etiam *habebant velatas.* Ita Chryſes *Iliad.* I: (η)

Στέμμα τ' ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος.

Infu-

(α) *Verſ.* 351. (β) *Verſ.* 495. *de ſupplicatione vero Lycaonis Achilli facta vid. omnino Iliad.* XXI. *Verſ.* 71. *ſeq.* (γ) *Idyl.* II. *Verſ.* 111. *ſeq.* (δ) *Tom.* I *opp. pag.* 133. *C.* (ε) *Verſ.* 930. *ſeq.* (ζ) *Vid. nos.* (η) *Verſ.* 14.

Digitized by Google

Inſulam habens in manibus longe-jaculantis Apollinis.

Ἱκετηρίαν Græci dixerunt *id, quo manus velabant.* HARPOCRATIONI (α) κλάδος ἐλαίας στέμματι ἐστεμμένος, *ramus oleæ lana involutus*, quem ſupplices prætendebant; cujuſmodi ille apud PLUTARCHUM in *Theſeo.* (β) Ita VIRGILIUS *Æneid.* XI: (γ)

Velati ramis oleæ, veniamque rogantes.

LIVIUS quoque *lib.* XXIV. (δ) de bello Punico: *Ramos oleæ ac velamenta alia ſupplicum porrigentes orare, ut ſe reciperent.* Indeque illud PLAUTI *Amphitruone*: (ε)

- - Ad nos veniunt flentes principes:
Velatis manibus orant, ignoſcamus peccatum ſuum.

§. V. *Ad genua fere ſoliti protendere ac deponere.* EURIPIDES: (ζ)

Ἱκετηρίαν δὲ γόνασιν ἐξάπτω σέθεν.
Tuis genibus ſupplex advolvor.

Et *Andromache*: (η)

- - Στεμμάτων δ' οὐχ ἥσσονας
Σοῖς προστίθημι γόνασιν ὠλένας ἐμάς.

(α) *Voc.* Ἱκετηρία. (β) *p. 7. F.* (γ) *V.* 101. (δ) *c.* XXX. *ſin. T.* II. *p.* 367. (ε) *Act.* I. *Scen.* I. *Verſ.* 100. *ſeq.* (ζ) *Iph. in Aul. Verſ.* 1216. (η) *Verſ.* 894. *ſeq.*

- - *&, quæ ramis ſupplicum haud viliores ſunt,*
Meas ulnas tuis genibus appono.

Ita vero in univerſum ſupplices genua tangebant accidentes; *Iliad.* XXIV: (α)

Γοῦνον ἁψάμενοι λιταρεύσομεν, αἴκ' ἐλεήσῃ.

Genibus ejus prehenſis ſupplices oremus, ſi quando miſereri velit.

Odyſſ. X: (β)

Αὐτὰρ ὅγ' ἀμφοτέρῃσι λαβὼν ἐλίσσετο γούνων.

At ille ambabus manibus genua prehendens precabatur;

& infinitis aliis locis. Ita quoque Oreſtes ſupplex Menelaum fratrem alloquitur apud EURIPIDEM: (γ)

Τῶν σῶν γονάτων πρωτόλεια θιγγάνω.

Attingo primum genua tua.

Similiter apud PINDARUM *Nem.*VIII. (δ)

Ἱκέτας Αἰακοῦ σεμνῶν γονάτων
- - ἅπτομαι. - -

Supplex Ajacis veneranda genua
- - *attingo.* - -

Apud PLUTARCHUM (ε) quoque Perſeus dicitur Æmilii γονάτων ὀρεξάμενος, *genua appetens*: de quo LIVIUS *libro* XLV: (ζ) *ſubmittentemque ſe ad pedes ſuſtulit;*

(α) v. 357. (β) v. 264. (γ) v. 382. (δ) init. a. v. 4. 6. (ε) *Vit. L. Paul. Æmil. Tom.* I *opp. pag.* 269. C. (ζ) *cap.* VII. *fin. Tom.* III. *pag.* 940.

ſtulit; nec attingere genua paſſus eſt. Sic VIRGILIUS *Æneid.* X: (α)

> *Et genua amplectens effatur talia ſupplex.*

Meminit hujus ritus PLINIUS *Hiſtor. Natur. lib.* XI. *cap.* XLV: (β) *Hominis genibus*, inquit, *quædam & religio ineſt, obſervatione gentium. Hæc ſupplices attingunt; ad hæc manus tendunt: hæc, ut aras, adorant; fortaſſe quia ineſt iis vitalitas.*

§. VI. Addit *ibidem* morem fuiſſe etiam antiquis Græcis in ſupplicando *mentum attingere.* Cujus exempla non pauca apud HOMERUM extant; ut *Iliad.* I, (γ) de Thetide:

> Καί ῥα πάροιθ' αὐτοῖο καθέζετο καὶ λάβε γούνων
> Σκαιῇ· δεξιτερῇ δ' ἄρ' ὑπ' ἀνθερεῶνος ἑλοῦσα,
> Λισσομένη προσέειπε· - - -
> *Et ante ipſum ſedit, & prehendit genua*
> *Siniſtra: dextraque mento prehenſo*
> *Supplicans allocuta eſt:* - - -

Et *Iliad.* X, (δ) de Dolone:

> - - Ἔμελλε γεννείου χειρὶ παχείῃ
> Ἁψάμενος λίσσεσθαι. - -
> - - *Et is quidem erat mento manu robuſta*
> *Prehenſo ſupplex precaturus.* - -

 At

(α) *Verſ.* 523. (β) *Tom.* I. *p.* 824. (γ) *Verſ.* 500. *ſeqq.* (δ) *Verſ.* 454. *ſeq.*

Digitized by Google

At Achilles manum Priami ad os ſuum porrectam, modeſte removet; *Iliados* XXIV. (α) Polyxena quoque apud Euripidem (β) Ulyſſi, ut inexorabili, objicit, quod vultum avertiſſet,

- - ὡς μὴ προσθίγειν γενειάδος,

- - *ne malam ejus attingeret.*

§. VII. *Oſculari* quoque *genua* ſoliti, ſupplicantes. Id ſe Ægytiorum regi feciſſe affirmat Ulyſſes *Odyſſ.* XIV. (γ)

Καὶ κύσα γούναθ' ἑλών, ὃ δ' ἐρύσατο, καί μ' ἐλέησεν.

Et oſculabar genua amplexus: qui ſervavit & me miſeratus eſt.

Thetis quoque *Iliad.* VIII (δ) Jovi

- - Γούνατ' ἔκυσσε, καὶ ἔλλαβε χειρὶ γενείου.

- - *Genua oſculata eſt, & prehendit manu barbam.*

Quin & manus oſculabantur, uti Priamus

Χερσὶν Ἀχιλλῆος λάβε γούνατα, καὶ κύσε χεῖρας.

Manibus Achillis prehendit genua, & oſculatus eſt manus:

Iliad. XXIV. (ε) Sic Apuleius *Mileſia*

(α) Verſ. 508. (β) Hecub. Verſ. 345. (γ) Verſ. 279. (δ) Verſ. 371. (ε) Verſ. 478.

leſia II: (α) *Cujus diu manus deoſculatus, & ipſa genua contingens, Miſerere, ait, ſacerdos.*

§. VIII. *Ad focum etiam ſeu larem ſedere* mos erat. Huc pertinet, quod Ulyſſes apud Alcinoum ſupplex,

- - Κατ' ἄρ' ἕζετ' ἐπ' ἐσχάρῃ ἐν κονίῃσι.

- - *Reſedit ad focum in cineribus:*

Odyſſ. VII. (β) Similiter APOLLONIUS *Argonaut. lib.* IV: (γ)

Τὼ δ' ἄνεῳ καὶ ἄναυδοι ἐφ' ἑστίῃ ἀΐξαντες
Ἵζανον, (ἥτε δίκη λυγροῖς ἱκέτῃσι τέτυκται.)
Illi ſine ſonitu & voce, in focum facto impetu
Sidebant, (quod a miſerabilibus fieri ſupplicibus jus eſt.)

Themiſtocles quoque apud PLUTARCHUM (δ) dicitur ἐπὶ τὴν ἑστίαν καθίσαι, *ad forum conſediſſe*, cum ad Moloſſorum regem confugiſſet. Quod feciſſe IDEM (ε) narrat Coriolanum Roma exactum, apud Tullum Aufidium principem Volſcorum.

(α) *s. lib.* II. *Metamorph. pag.* 127. *lin.* 7. *ſeq.* (β) *Verſ.* 153. (γ) *Verſ.* 693. *ſeq.* (δ) *Vit. Themiſtocl. Tom.* I *opp. pag.* 124. *A.* (ε) *Vit. Coriol. Tom.* I *opp. pag.* 224. C.

§. IX. Ad aras quoque ſupplices ſe recipiebant. Talis illa Διὸς Ἑρκίου *Jovis Hercei*, ad quam confugere parabat Phemius ut ſibi parceret Ulyſſes: *Odyſſ.* XXII. (α) Priamus quoque ad ſimilem ſe recepit, quam deſcribit PAUSANIAS *Corinthiacis*: (β) Τοῦτον τὸν Δία Πριάμῳ φασὶν εἶναι τῷ Λαομέδοντος πατρῷον, ἐν ὑπαίθρῳ τῆς αὐλῆς ἱδρυμένον, καὶ ὅτε ἡλίσκετο ὑπὸ Ἑλλήνων Ἴλιον, ἐπὶ τούτου καταφυγεῖν ὁ Πρίαμος τὸν βωμόν. *Hunc Jovem, ajunt, Priamo Laomedontis filio patrium eſſe, qui eum in loco quodam aulæ ſubdivali poſuerat. Quare quum expugnaretur Ilium a Græcis ad hujus aram Priamus confugit.* Ab hoc ritu EURIPIDES *Hecuba*: (γ)

Ἀλλ' ἴθι ναοὺς, ἴθι πρὸς βωμοὺς,
Ἵζ' Ἀγαμέμνονος ἱκέτις γονάτων.

Sed propere ad templa, ad aras te recipe,
Supplex que te Agamemnonis genibus advolve.

Adeoque in ſupplicibus ait refugium feris eſſe πέτραν *ſaxum*, ſervis βωμοὺς θεῶν, *aras deorum.* Nempe quia ſervi potiſſimum hoc faciebant, ad evitandam dominorum ſævitiam; unde ETYMOLOGICO (δ) Ἑδρῖται, οἱ οἰκέται, ἀπὸ τοῦ

(α) *Verſ.* 334. *ſeq.* (β) *s. lib.* II. *cap.* 24. *pag.* 165. (γ) *Verſ.* 147. (δ) *Voc.* Ἑδρῖται.

Digitized by Google

τοῦ καταφεύγειν εἰς τὴν ἑστίαν. Ἐδρῖται *ſunt domeſtici ſeu ſervi, ita dicti, quod ad focum domeſticum confugere ſoleant.* Mos hic omnibus antiquitus gentibus fuit ſolennis, ipſis etiam Hæbræis; ut ad loca ſacra Diis, velut aſyla, confugerent ſupplices: cujus hodieque non obſcuræ exſtant apud pleraſque nationes veſtigia.

CAPUT DECIMUM QUINTUM.

De Ratione lugendi.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Lacrymæ §. I.
Corpus
Percuſſum §. II.
Comâ violatum §. III.
Sordibus conſpurcatum §. IV.
Genæ diſcerptæ §. V.
Pectus contuſum §. VI.
Corpus
Terra volutatum §. VII. *& ſæpius*
Interemptum §. VIII.

POſtremo loco ſubjiciendus hic modus, quem ſervabant Græci in *Luctu.*

§. I. Principio a natura omnibus commune eſt *lacrumas emittere,* quas

Digitized by Google

quas a dolore gigni, ut fructus ab arboribus ſcribit PLUTARCHUS. (α) In maximis utique ac fortiſſimis apud Græcos viris hunc affectum ponit HOMERUS: velut Achille, (β) Agamemnone, (γ) aliiſque. (δ) Ita Ageſilaus, conſpecto hoſtis cadavere, fleviſſe dicitur a XENOPHONTE *Hellan. lib.* V. (ε) Cyrus Abradata mortuo *lib.* VII. *Pædiæ.* (ζ) Quin & Alexander Magnus in Nearchi & Archiæ obitu, teſte ARRIANO in *Indicis:* (η) Ipſius morte audita Porus apud PHILOSTRATUM *lib.* II. (θ) Cæſar conſpecto annulo Pompeii, auctore PLUTARCHO; (ι) aliique innumeri. Et in univerſum pronunciat Menelaus apud EURIPIDEM *Helena*, (κ) *id eſſe viri generoſi.*

§. II. *Caput* quoque lugentes ſoliti *percutere.* Priamus metuens Hectoris in pugna interitum,

Ke-

(α) *non hac ipſa quidem, ſed ſimile quid legitur Nat. Quaſt.* 20. *Tom.* II *opp. pag.* 927. *A.* (β) *Iliad.* XXIV. *Verſ.* 4. *&* 511. *&c.* (γ) *Vid. not.* (δ) *Antilocho Iliad.* XVIII. *Verſ.* 32. *Priamo Iliad.* XXIV. *Verſ.* 510. *Iliad.* VII. *Verſ.* 427. *&c.* (ε) *pag.* 441. *lin.* 11. (ζ) *p.* 146. *lin.* 29. (η) *pag.* 192. *fin.* (θ) *cap.* XX. *pag.* 72. (ι) *Vit. Pomp. Tom.* I *opp. pag.* 662. *A.* (κ) *Verſ.*

- - Κεφαλὴν δ᾽ ὅγε κόψατο χερσὶν,
Ὑψόσ᾽ ἀνασχόμενος. - - -

- - *Caputque pulſabat manibus*
In altum ſublatis: - - -

Iliad. XXII. (α) Sic PLUTARCHUS (β) Solonem narrat, audita filii morte, παίειν τὴν κεφαλὴν, καὶ τἄλλα ποιεῖν καὶ λέγειν, ἃ συμβαίνει τοῖς περιπαθοῦσι. *Cœpiſſe caput cædere, aliaque & facere & dicere quæ à mœrore oppreſſis fieri aſſolent.* Similiter HERODOTUS *Thalia* (γ) ſcribit, Pſammenitum captivum Ægypti regem, cum vidiſſet ſenem mendici habitu, quem opulentum inter amicos olim habuerat, *caput percuſſiſſe*, ἐπλήξατο τὴν κεφαλήν.

§. III. *Comam* quoque *violabant* ĕvulſis pilis. Fecit id ipſum Agamemnon *Iliad.* X: (δ)

Πολλὰς ἐκ κεφαλῆς προθελύμνους εἵλκετο χαίτας.

Multos ex capite radicitus vellebat capillos.

Achilles quoque *Iliados* XVIII: (ε)

- - Χερσὶ κόμην ᾔσχυνε δαΐζων·

- - *Manibus comam deturpabat ſcindens.*

Et ſocii Ulyſſis ituri ad inferos (ζ)

- Γόων.

(α) *Verſ.* 33. *ſeq.* (β) *Vit. Solon. Tom.* I *opp. pag.* 81. *D.* (γ) *s. lib.* III. *cap.* 14. *pag.* 166. (δ) *Verſ.* 15. (ε) *Verſ.* 27. (ζ) *Odyſſ.* X. *V.* 567.

- - Γόων, τίλλοντό τε χαίτας.
- - *Flebant, vellebantque capillos.*

Sic VIRGILIUS *Æneid.* IX. (α) de matre Euryali,

- *Evolat infelix, & fœmineo ululatu,*
Sciſſa comam; - - -

Et *lib.* XII: (β)

- - *Crines ſcindit Juturna ſolutos,*
Unguibus ora ſoror fœdans. - -

ARISTOPHANES *Pace:* (γ)

Ἐκεινονὶ γὰρ τὸν λοφοποιὸν οὐχ ὁρᾷς
Τίλλονθ' ἑαυτόν; - - -
Viden' illum criſtarum artificem
Sibimetipſi vellentem. - -

LUCIANUS: (δ) Παῦσαι τιλλόμενος τὴν κόμην· *Deſine vellicare comam.* Denique MARTIALIS *lib.* V: (ε)

Pectuſque pulſans pariter & comam vellens.

§. IV. *Sordibus* etiam *caput conſpurcabant:* ut Achilles *Iliad. lib.* XVIII. (ζ)

Ἀμφοτέρῃσι δὲ χερσὶν ἑλὼν κόνιν αἰθαλόεσσαν
Χεύατο κακκεφαλῆς. - - -
Ambabus autem manibus ſublatos cineres
Fudit ſuper caput. - - -

quod totidem verbis refertur de Laërte *Odyſſ.* XXIV. (η) Sic apud VIRGILIUM

(α) v. 477. *ſeq.* (β) v. 870. *ſeq.* (γ) v. 544. *ſeq.* (δ) *de Luctu. Tom.* II *opp. pag.* 304. (ε) *epigr.* 38. *verſ.* 19. (ζ) *verſ.* 23. *ſeq.* (η) *verſ.* 315. *ſeq.*

Digitized by Google

LIUM *Æneid.* X. (α) pater Lauſi occiſi,

Canitiem immundo deformat pulvere; -

Et Latinus interempta uxore *lib.* XII: (β)

Canitiem immundo perfuſam pulvere turpans.

Electra quoque apud EURIPIDEM (γ) πιναρὰν κόμαν, *horridam comam* oſtendit ob patris mortem. Similiter apud APULEIUM *Mileſia* IX: (δ) *Et diſcerptæ comæ ſemicanæ, ſordentes inſperſu cineris, plerunque ejus anteventulæ contegebant faciem.* Mos hic Hebræis aliiſque orientalibus populis patrius; ut liquet ex *Sacris Hiſtoriis.* (ε)

§. V. *Diſcerptæ* quoque *genæ*, ut *Iliados* XI, (ζ) de vidua:

Τοῦ δὲ, γυναικὸς μὲν τ' ἀμφίδρυφοί εἰσι παρειαί·

Illius autem, uxoris quidem ambæ laceratæ ſunt genæ.

quod & de Proteſilai occiſi uxore dicitur *Iliados* II: (η) ἀμφιδρυφὴς ἄλοχος, *ambas lacerata genas uxor.* Sic mulieres apud HESIODUM *Scuto Herculis,* (θ)

\- - Κατὰ δ' ἐδρύπτοντο παρειάς,

\- - *lacerabanturque genas.*

Apud

(α) v. 844. (β) v. 611. (γ) *Electr.* v. 184. (δ) *ſ. lib.* IX. *Metamorph. pag.* 231. *lin.* 4. *ſeq.* (ε) *vid. not.* (ζ) *verſ.* 393. (η) *verſ.* 700. *ſ. Catal. Nav. verſ.* 207. (θ) *verſ.* 243.

Digitized by Google

Apud VIRGILIUM quoque *Æneid.* XII. (α)

- - - *Lavinia crines*
Et roſeas laniata genas. - - -

Briſëis etiam audita Patrocli morte, faciem, collum ac pectus lacerat; (β)

- - - Χερσὶ δ' ἄμυσσε
Στήθεά τ' ἠδ' ἁπαλὴν δειρὴν, ἰδὲ καλὰ πρόσωπα.

- - - *Manibuſque laniabat*
Pectoraque & teneras cervices, atque pulchra ora.

Similiter uxor Cyzici interfecti apud ORPHEUM *Argonaut.* (γ)

Στήθεα δρυπτομένη λίγ' ἐκώκυεν.
Pectora lacerans valde flevit.

PHILOSTRATUS (δ) de matre filii dæmone agitati: Κἀγὼ μὲν ἐπὶ τούτοις κλάω τε καὶ ἐμαυτὴν δρύπτω. *Equidem hæc defleo, & memetipſam plango.* Quod a Cleopatra captiva factum refert PLUTARCHUS in *Antonio.* (ε)

§. VI. Alias creberrimum fuit *tundere pectora;* uti ancillæ Achillis factitant, *Iliad.* XVIII: (ζ)

- - - Χερσὶ δὲ πᾶσαι
Στήθεα πεπλήγοντο. - -

- *Ma-*

(α) ℣. 605. *ſq.* (β) *Iliad.* XIX. ℣. 284. *ſq.* (γ) ℣. 594. (δ) *de Vit. Apoll. lib.* III. *cap.* XXXVIII. *pag.* 128. (ε) *Tom.* I *opp. p.* 952. *D.* (ζ) *Verſ.* 30. *ſeq.*

Digitized by Google

- - - *Manibus vero omnes*
Pectora plangebant. - -

TRYPHIODORUS in *excidio Ilii* (α) de Caſſandra:

- - - Πυκνὰ δὲ χαίτην
Κοπτομένη καὶ στέρνον ἀνίαχε μαινάδι φωνῆ.

- - - *cum vero crebro cutem*
Pectuſque percuſſiſſet, ſtupendum edidit clamorem.

Et apud VIRGILIUM *Æneid.* XI: (β)
Ingentem gemitum tunſis ad ſidera tollunt
Pectoribus. - - - -

Quin & *femora cædere ſoliti;* ut Aſius

- - ᾤμωξέν τε καὶ ὦ πεπλήγετο μηρώ·
- - *Tum vero ingemuitque & ſua percuſſit femora;*

Iliad. XII: (γ) quod etiam dicitur de Patroclo *Iliad.* XX. (δ) & Achille *lib.* XVI. (ε) Sic apud PLUTARCHUM (ζ) Fabius, cum videret ſuos obſeptos fugere μηρόν τε πληξάμενος καὶ στενάξας μέγα, *percuſſo femore ingens edidit ſuſpirium.* Ex quo ritu illud CICERONIS *de Claris Orat.* (η) *Frons non percuſſa, non femur.*

§. VII. *Volutabant ſe* quoque *terra pulverulenta. Iliad.* XVIII (θ) Achilles

- Ἐν

(α) *Vid. not.* (β) *V.* 37. *ſq.* (γ) *V.* 162. (δ) *V.* 397. (ε) *de quo tamen nil tale ibi repertum, de Vlyſſe potius hæc legas Odyſſ.* XIII. *V.* 198. (ζ) *Vit. Fab. Tom.* I *opp. p.* 181. *A.* (η) *Vid. not.* (θ) *V.* 26. *ſq.*

Digitized by Google

- - Ἐν κονίῃσι μέγας μεγαλωστὶ τανυσθεὶς
Κεῖτο. - - - -
- - *in pulveribus ingens ingenti ſpatio porrectus*
Jacebat. - - - -

Priamus quoque

Αὐλῆς ἐν χόρτοισι κυλινδόμενος κατὰ κόπρον,
Aulæ in ſeptis volutatus per cineres:

Iliad. XXIV. (α) & Menelaus ſe etiam volutaſſe, audita morte fratris, dicit *Odyſſ.* IV. (β)

§. VIII. *Denique præ dolore etiam ſe interimebant*, quod veretur de Achille Antilochus

- - μὴ λαιμὸν ἀποτμήξειν σιδήρῳ·
- - *ne jugulum diſcinderet ferro.*

Iliad. XVIII. (γ) Factum ab Epicaſta *Odyſſ.* XI. (δ) eodem modo atque Amata apud VIRGILIUM *Æneid.* XII. (ε) Idem commiſit Ajax apud SOPHOCLEM (ζ) alioſque tragicos Scriptores, quorum monumenta plena ſunt ejusmodi αὐτοχειρίας, *propriæ internecionis* ad quam veteres illos impenſe conſtat fuiſſe proclives.

ANTI-

(α) Verſ. 640. (β) Verſ. 541. (γ) Verſ. 34. (δ) V. 270. ſeq. (ε) V. 62. ſq. (ζ) Ajac. V. 864. ſq.

Digitized by Google

ANTIQUITATUM HOMERICARUM LIBER QUARTUS.

CAPUT PRIMUM.

De Agricultura.

ΣΥΝΟΨΙC.

Rei Ruſticæ Objecta Agri, quorum Termini & Cuſtodes §. I.
Cultura, cui adhibiti Boves & muli §. II.
Vineæ, vireta, Armenta boum &c. §. III.
Æſtimatio §. IV.
Studium §. V.

§. I.

Reliquum eſt, ut de variis exercitiis quibus occupabantur antiquitus Græci nonnihil dicamus. In iis primum locum tenet *Agri-*
cultura. *Agri* cuique colendi *ſuis ter-*

 minis

minis diſtinguebantur, nimirum lapidibus. Sic *Iliad.* XXI. (α) Minerva Martem proſternit lapide,

> Τὸν ῥ' ἄνδρες πρότεροι θέσαν ἔμμεναι οὖρον ἀρούρης.
>
> *Quem homines priſci poſuerant, ut eſſet terminus arvi.*

Simili ratione atque apud VIRGILIUM Turnus *Æneid.* XII. (β) torquet in Æneam

> *Saxum antiquum, ingens campo qui forte jacebat*
>
> *Limes agro poſitus, litem ut diſcerneret arvis.*

Eos religioſe obſervabant, ſummum ſcelus ducentes exarare, aut dimovere. Quare vetuſtiores Romani Termino divinitatem aſcripſere; nec niſi cum ſacris ceremoniis ſtatuerunt, ut eſt apud DIONYSIUM HALICARNASSEUM *lib.* II. (γ) Hinc & *Servi antiquitus conſtituti, qui agrorum fines cuſtodirent*, qualis πάρουρος EUSTATHIO intelligitur apud HOMERUM *Odyſſ.* XI. (δ) Ὀρεοφύλακας alias Græci dixere, qui *Saltuarii* Latinis, apud ULPIANUM *leg.* XII. *Digeſt. de Inſtrum.*

(α) *Verſ.* 405. (β) *Verſ.* 897. *ſeq.* (γ) *pag.* 134. *lin.* 2. *ſeqq.* (δ) *Verſ.* 488. *pag.* 1695. *lin.* 36.

Inſtrum. vel *Inſtruct. legat.* (α) Tales in Augiæ regis campis apud THEOCRITUM *Idyl.* XXV. (β)

Οὔρους μὴν ἴσασι φυτοσκάφοι, - -

Limites norunt plantarum foſſores. - -

Quod ſi controverſia movebatur de finibus agrorum ſtatuendis, menſuris dirimebant; ſicuti *Iliados* XII: (γ)

Ἀλλ' ὡς ἀμφ' οὔροισι δύ' ἀνέρε δηριάασθον,
Μέτρ' ἐν χερσὶν ἔχοντες ἐπιξύνῳ ἐν ἀρούρῃ,
Ὥτ' ὀλίγῳ ἐνὶ χώρῳ ἐρίζητον περὶ ἴσης.

Sed ſicut de finibus duo viri contendunt,
Menſuras manibus tenentes communi in arvo,
Quique exiguo in loco litigant de ſuo jure.

§. II. *Arabant* potiſſimum *bobus*; qui inde ἀροτῆρες *aratores* dicti HESIODO. (δ) *Mulis* quoque uſi, qui celeriores in arando prædicantur *Odyſſeas* VIII: (ε)

Ὅσσον τ' ἐν νειῷ οὖρον πέλει ἡμιονοῖιν.

Quantumque in novali ſpatium eſt mularum.

Inde apud HESIODUM Ἔργοις: (ζ)

Ἔργα βοῶν δ' ἀπόλοιτο καὶ ἡμιόνων ταλαεργῶν.

(α) *ſ. lib.* XXXIII. *Tit.* VII. §. 3. (β) *Verſ.* 27. (γ) *Verſ.* 421. *ſeqq.* (δ) ἔργ. *Verſ.* 403. (ε) *Verſ.* 124. (ζ) *Verſ.* 46.

Digitized by Google

Opera vero boum ceſſarent mulorumque laborioſorum.

Eoſdemque in curru jungebant ad vehendum *Iliad.* XVII (α) & XXIII, (β) & *Odyſſ.* VI. (γ) Sed peculiaris boum uſus erat in terendis frugibus; *Iliad.* XX: (δ)

Ὡς δ' ὅτε τις ζεύξῃ βόας ἄρσενας εὐρυμετώπους
Τριβέμεναι κρῖ λευκὸν ἐϋτροχάλῳ ἐν ἀλωῇ.

Ut cum quis junxerit boves mares latis frontibus
Ut triturent hordeum album æquabili in area.

Mos idem Hebræis, ut conſtat ex lege Dei, qua vetabatur os obturare bovi trituranti, quam refert PAULUS 1. *Tim.* V. (ε) Βοῦν ἀλοῶντα οὐ φιμώσεις. *Bovi trituranti ne os obtures.* At ÆLIANUS *Hiſt. Animal. lib.* IV. (ζ) refert, ſolitos veteres ſtercore bovino ora inungere, *quo minus fruges guſtarent*, ὅταν ἀλοκτὸς ᾖ καὶ ςρέφονται περὶ δῖνον οἱ βόες,

§. III. *Erant præterea vineæ, vireta* arboribus ac plantis obſita, quæ ſtudioſe colebant; *prata etiam omni pecorum*

(α) Verſ. 742. (β) Verſ. 654. (γ) Verſ. 37 & 73. (δ) Verſ. 495. ſeq. (ε) comm. 18. (ζ) cap. XXV. pag. 210.

Digitized by Google

rum genere referta; uti elegantiſſime deſcribitur *Iliad.* XVIII. (α) in clypeo Achillis. In his vero *primum obtinebant locum boves*, quos præcipuo quodam ſtudio veteres Græcos d[illegible]maſſe *paſſim* (β) conſtat apud HOMERUM; & ex eo confirmat PAUSANIAS *Meſſeniacis*: (γ) Ταῦτα μὲν τὸν λόγον μοι βεβαιοῖ, βουσὶ τοὺς τότε μάλιστα χαίρειν ἀνθρώπους. *Hæc ſatis perſpicuo argumento ſunt, bobus inprimis priſcos illos homines fuiſſe delectatos.* In hanc rem ſtabula habebant extructa, quibus paſtores ex ſervis domeſticis præfecti, canumque præſidio adverſus feras ſtipati; uti videre eſt in gregibus Ulyſſis *Odyſſ.* XIV; (δ) & Augiæ regis Elidis apud THEOCRITUM *Idyl.* XXV. (ε)

§. IV. Atque *ex hac re pecuaria* omnes pene veterum Græcorum *divitiæ cenſebantur;* quam acquiſitionis ſpeciem omnium juſtiſſimam prædicat ARISTOTELES, velut a natura ſubminiſtratam (ζ) Sic Diomedes commendans opes patris ſui,

 Ἄλις

(α) *Verſ.* 541. *ſeqq.* (β) *Vid. not.* (γ) *ſ. lib.* IV. *cap.* 36. *pag.* 372. (δ) *Verſ.* 100. *ſeqq.* (ε) *Verſ.* 47. 68. 77. *&c.* (ζ) *Verba citata ſunt ex Oecon. lib.* I. *cap.* II. *Tom. eod. pag.* 670. C.

Digitized by Google

- - Ἆλις δέ οἱ ἦσαν ἄρουραι
Πυροφόροι, πολλοὶ δὲ φυτῶν ἔσαν ὄρχατοι ἀμφὶς·
Πολλὰ δέ οἱ πρόβατ' ἔσκε. - -

- - *Multaque ei erant arva*
Tritici feracia, multique plantarum ordines erant
Multa etiam pecora ſeorſum: - -

Iliad. XIV. (α) Similiter *Iliad.* XX. (β) Erichthonius ditiſſimus mortalium dicitur,

Τοῦ τρισχίλιαι ἵπποι ἕλος κάτα βουκολέοντο.
Cujus ter mille equæ per paluſtria paſcebantur.

Et *Iliad.* IX, (γ) urbes commendantur *in quibus habitent*

- - ἄνδρες πολύῤῥηνες, πολυβοῦται·
- - *viri pecudibus & bobus abundantes.*

omninoque in univerſum homines opulenti HOMERO (δ) vocantur πολύαρνες, πολύμηλοι *pecoroſi*: quod etiam obſervavit VARRO *lib.* II. *de Re Ruſt. cap.* I. (ε) Ita vero apud THEOCRITUM *Idyl.* XXIV, (ζ)

Εὐρυ-

(α) *Verſ.* 122. *ſeqq.* (β) *Verſ.* 221. (γ) *Verſ.* 154. (δ) *ut* Thyeſtes *Iliad.* II. *Verſ.* 106. Phylacides *ibid.* *Verſ.* 705. *s. Catal. Nav.* *Verſ.* 212. (ε) *p.* 59. (ζ) *Verſ.* 106.

Digitized by Google

Εὔρυτος, ἐκ πατέρων μεγάλαις ἀφνειὸς ἀρούραις.

Eurytus a majoribus amplis locuples arvis.

Et Augiæ κλῆρος *bona* omnia ex re agraria, potiſſimum bobus conſtabant; quæ dicuntur, (α)

- - Πολὺς καὶ ἀθέσφατος ὄλβος.

- - *Multæ & immenſæ opes.*

Similiter apud PINDARUM *Ode* IV *Pyth.* (β) Salmonei regis opes in boum armentis ac agris collocantur, quas in partem hæreditatis accipit a Jaſone Peleus

- - πλοῦτον πιαίνων,

- - *opes pinguefaciens.*

HERODOTUS quoque *Urania* (γ) regis Macedonum divitias variis in gregibus ponit. Sic apud VIRGILIUM *Æneid.* X. (δ) Volſcens,

- - - - *Ditiſſimus agri*
Qui fuit Auſonidum & tacitis regnavit Amyclis.

PLINIUS (ε) vero etiam *locupletem* dici vult, quaſi *loci*, id eſt, *agri plenum.*

(α) *Idyl.* XXV. *Verſ.* 24. (β) ἀντιστρ. ζ. *Verſ.* 7. (γ) *s. lib.* VIII. *cap.* 137. *pag.* 508. (δ) *Verſ.* 563. *ſeq.* (ε) *Hiſtor. Nat. lib.* XVIII. *cap.* III. *Tom.* II. *pag.* 409.

Digitized by Google

num. Et *pecunia* Latinis inde dicta; *quod in pecore pecunia tum conſiſtebat*, ait VARRO *de Ling. Lat. lib.* IV. (α) & PLUTARCHUS notat *Problemat. Rom.* XLI. (β) Εὐποροῦντες ἀπὸ τῶν θρεμμάτων μάλιστα, καὶ τὴν πλειουσίαν ἀπὸ τούτων ἔχοντες. *Quod re maxime pecuaria ſe alerent, indeque opes pararent.*

§. V. Cæterum *in re ruſtica principes etiam viri operam ponere non cenſebant indignum:* ut videre eſt ex Laërte *Odyſſ.* XXIV. (γ) & Augia apud THEOCRITUM. (δ) *Regum etiam filii paternis gregibus paſcendis addicti;* quod HOMERUS tradit factum a ſeptem natis Eetionis Thebarum regis *Iliad.* VI; (ε) ab Iſo & Antipho Priami filiis *Iliados* XI. (ζ) ab Anchiſe *Iliad.* V: (η) ab Ænea *Iliad. lib.* XX, (θ) aliiſque. Et morem hunc per omnem orientem antiquitus obſervatum, conſtat ex *Sacris Hiſtoriis.* (ι) Ab agro utique ad regnum non ſemel videmus homines voca-

(α) *pag.* 25. *e libr. de Re Ruſt. citandus foret lib.* II. *cap.* I. *pag.* 60. (β) *Tom.* II *opp. pag.* 274. *F.* (γ) *Verſ.* 225. *ſeqq.* (δ) *Verſ.* 36. 61. *&c.* (ε) *Verſ.* 424. *coll. præcedd.* (ζ) *Verſ.* 106. (η) *Verſ.* 313. (θ) *Verſ.* 188. *ſeq. coll. præcedd.* (ι) *Vid. not.*

Digitized by Google

vocatos, nec illum, hoc aſſumptó, penitus reliquiſſe; ut liquet exemplo Saulis, qui ex paſtore deſignatus rex, *veniebat de agro & ſequebatur boves*, 1. *Samuel. cap.* XI. (α) Apud Romanos quoque principes viri re ruſtica occupati, ut ipſa etiam teſtantur nobiliſſimorum hominum nomina, Fabiorum, Lentulorum, Vitelliorum, Porciorum, Suilliorum, Bubulcorum, & ſimilium; quemadmodum in hanc rem notavit Plutarchus. (β)

(α) *comm.* 5. (β) *Vit. Poblic. Tom.* I *opp. pag.* 103. *B.* & *Vit. Fabii Max. Tom. eod. pag.* 174. *B. cf. etiam* VARRO *de Re Ruſt. lib.* II. *cap.* I. *pag.* 60.

CAPUT SECUNDUM.

De Venatu.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Venatus

Ferarum, *ejuſque Origo & uſus* §. I.

Venantium Arma §. II.

Subſidia s. Canes §. III.

Venatus volucrium piſcium &c. §. IV.

Venandi modus & finales cauſæ §. V.

§. I.

AD rem ruſticam pertinet *Venatus*, quem oppido frequenter veteres exercebant, qui potiſſimum in agris degebant ad paſcendos greges, uti *Iliad.* XI, (α) aliiſque locis apparet; & exemplo Anchiſæ quoque confirmatur, qui in *Hymno* (β) dicitur cubuiſſe pellibus urſorum & leonum, quos interemerat venando. Frugum etiam gratia hoc ſuſcipiebant, quas belluæ tum temporis majores ſæpius vaſtabant, qualis aper ille Calydonius *Iliad.* IX. (γ) ad quem tollendum ſe contu-

(α) *Verſ.* 547. *ſeqq.* (β) *in Vener. Verſ.* 160. *ſeq.*
(γ) *Verſ.* 545.

contulerunt Curetes ac Ætoli; & leo ille Nemeus, quem Hercules confecit apud THEOCRITUM *Idyl.* XXV. (α) Similiter taurus ille apud Cretenſes, quem occidit Theſeus, auctore PAUSANIA *Atticis*: (β) Πάλαι δὲ ἄρα τὰ θηρία φοβερώτερα ἦν τοῖς ἀνθρώποις, ὡς ὅ τ' ἐν Νεμέᾳ λέων, καὶ ὁ Παρνάσιος, καὶ δράκοντες τῆς Ἑλλάδος πολλαχοῦ, καὶ ὗς περί τε Καλυδῶνα καὶ Ἐρύμανθον, καὶ τῆς Κορινθίας Κρομμυῶνι. *Priſcis enim temporibus belluæ formidoloſiores hominibus fuerunt: cui rei teſtimonio ſunt Nemeus & Parnaſſius leo; dracones in pluribus Græciæ locis: apri etiam Calydonius & Erymanthius, & in Corinthiorum finibus Crommyonius.*

§. II. Erant autem *vario armorum genere* inſtructi cum ibant venatum. Securis ad feriendum bovem agreſtem *Iliados* XVII, (γ) adhibetur a juvenibus. Arcum etiam & haſtas ſumpſerunt Ulyſſes cum ſociis, ad configendum capreas *Odyſſ.* IX. (δ) Idem venatum exiens cum filiis Autolyci haſtam in aprum torſit, a quo vulneratus; *Odyſſ.* XIX. (ε) Quomodo & apud

(α) *Verſ.* 211. *uſque ad fin.* (β) *s. lib.* I. *c.* 27. *p.* 66. (γ) *Verſ.* 520. *ſeq.* (δ) *Verſ.* 155. *ſeq.* (ε) *Verſ.* 438.

Digitized by Google

apud HERODOTUM *Clio*, (α) læſus jaculo filius Crœſi. Hercules etiam leonem ſagittis petiit, & oleagina clava exanimavit; *Idyl.* XXV. (β) Sed & jacula dicuntur a paſtoribus emiſſa in leonem *Iliad.* XI (γ) & XVII, (δ) addito igne, quo illud animal maxime terretur, ut HOMERI etiam teſtimonio confirmat ARISTOTELES *lib.* IX. *Hiſtor. Animal. cap.* XLIV. (ε) & ÆLIANUS *de Animal. lib.* VI. *cap.* XXII. (ζ) qui cauſam inde petit, quod leo impenſe calidi ſit temperamenti. Modum hunc etiam aperit OPPIANUS *lib.* IV, (η) a quo cætera quæ ad venatum pertinent fuſe ac eleganter pertractantur.

§. III. *Canum* quoque *opera in venatu* fuit permagna, unde κυνηγέσια Græcis dicta. Hac re præſtitiſſe dicitur Argus ille Ulyſſis *Odyſſ.* XVII. (θ)

Οὐ μὲν γάρ τι φύγεσκε βαθείης βένθεσιν ὕλης
Κνώδαλον ὅ, ττι ἴδοιτο· καὶ ἴχνεσι γὰρ περιήδη.

Non enim effugiebat profundæ in profunditatibus ſylvæ

Fera

(α) *s. lib.* I. *cap.* 43. *p.* 17. (β) *Verſ.* 299. 255. (γ) *Verſ.* 547. *ſeqq.* (δ) *Verſ.* 661. *ſqq.* (ε) *Tom.* II *opp. p.* 450. *A.* (ζ) *p.* 346. & *lib.* VII. *c.* VI. *p.* 405. (η) Κυνηγετ. *Verſ.* 131. *ſeq.* (θ) *Verſ.* 316. *ſeq.*

Digitized by Google

Fera quamcunque viderat: etenim veſtigia novit.

Et *Odyſſ. lib.* XIX (α) in venatu Ulyſſis, canes præcedebant ἴχνι' ἐρευνῶντες, *veſtigia ſcrutantes:* ipſe

Ἤιεν ἄγχι κυνῶν, κραδάων δολιχόσκιον ἔγχος.
Ibat prope canes, vibrans longam haſtam.

Erant alioqui veteribus principibus etiam κύνες τραπεζῆες, *canes menſales, quos delitiarum ergo nutriebant:*

- - Ἀγλαΐης δ' ἕνεκεν κομέουσιν ἄνακτες·

Odyſſ. XVII. (β) Tales novem Patroclo erant, ex quibus duos in rogum conjecit Achilles; *Iliad.* XXIII. (γ)

§. IV. Porro *aucupio* quoque uſos veteres heroas contendit ATHENÆUS *lib.* I, (δ) dicens columbis & turdis eos retia & laqueos tetendiſſe; & ſe exercuiſſe ad ὀρνεοθηρευτικὴν *aucupium*, columba e malo navis ſuſpenſa funiculo, quam ſagitta procul ex arcu emiſſa ferirent, ut ex ludis funebribus appareret, *Iliad.* XXIII. (ε) *Piſcatui* etiam fuiſſe addictos, idem arguit ex ſociis Ulyſſis *Odyſſ.* XII, (ζ) qui venati

Ἰχθῦς·

(α) *Verſ.* 436. & 438. (β) *Verſ.* 310. (γ) *Verſ.* 173. *ſeq.* (δ) *pag.* 25. C. (ε) *Verſ.* 853. *ſeqq.* (ζ) *Verſ.* 331. *ſeq.*

Digitized by Google

Ἰχθῦς ὄρνιθάς τε, φίλας ὅ, τι χεῖρας ἵκοιτο,
Γναμπτοῖς ἀγκίστροισιν, - - -
Piſces aveſque, charas quocunque in manus veniſſet,
Uncis hamis. - - - -

Eo refert quod *Iliad.* V. (α) Sarpedon Trojam in poteſtatem hoſtium redactam retis capturæ ſimilem dicit,

Μήπως ὡς ἀψῖσι λίνου ἁλόντε πανάγρου,
Ἀνδράσι δυσμενέεσσιν ἕλωρ καὶ κύρμα γένησθε.
Ne forte veluti nexibus lini capti omnia trahentis,
Hoſtibus captura & præda ſitis.

Alii ad aves hoc referunt, nonnulli ad feras. Sed enim & oſtreorum capturam HOMERUS aperte docet *Iliad.* XVI: (β) ubi Cebrionis lapſum e curru confert cum urinatore deſiliente e navi

Πολλοὺς ἂν κορέσειεν ἀνὴρ ὅδε τήθεα διφῶν,
Νηὸς ἀποθρώσκων. - - -
Multos ſatiare poſſet vir hic oſtrea quærens,
Nave deſiliens. - - - -

§. V. Verum enim vero, priſci illi heroës *magis gaudebant pedeſtri ferarum venatu*, quem viris fortibus maxime

(α) *Verſ.* 487. *ſeq.* (β) *Verſ.* 747. *ſeq.*

Digitized by Google

xime dignum laudat Plato *lib.* VII. *de leg.* (α) Μόνη δὴ πᾶσι λοιπὴ καὶ ἀρίστη ἡ τῶν τετραπόδων ἵπποις καὶ κυσὶ καὶ τοῖς ἑαυτῶν θήρα σώμασιν· ὧν ἁπάντων κρατοῦσι δρόμοις καὶ πληγαῖς καὶ βολαῖς, αὐτόχειρες θηρεύοντες ὅσοις ἀνδρείας τῆς θείας ἐπιμελές. *Sola igitur & quidem optima venatio eſt quadrupedum, quæ equis & canibus & corporis viribus peragitur: quibus enim divina fortitudo curæ eſt, ii quadrupedes omnes curſu, vulneribus, teliſque propria manu venando ſuperare debent.* Itaque ad hanc præcipue exercebantur heroës illi jam inde a pueris; ut conſtat exemplo Ulyſſis *Odyſſeas* XIX; (β) & Achillis apud Pindarum *Nem.* III. (γ) ubi ille puer ſexennis leonibus ac apris cædem jaculis moliebatur, corpora ad Chironem magiſtrum deportans; ipſos etiam cervos ſine canibus aut ſeptis interficiebat,

— — ποσσὶ γὰρ κράτεσκεν.

— — *pedibus enim ſubegerat.*

Ita apud Virgilium, priſcorum Latinorum

Venatu

(α) *Tom.* II *opp. pag.* 824. (β) *Verſ.* 429. *ſeq.* (γ) *ϛροφ. γ. Verſ.* 5. *ſeqq.*

Venatu invigilant pueri, ſylvaſque fatigant:

Æneid. IX. (α) Quod Perſarum juventuti patrium fuiſſe ſcribit XENOPHON (β) ut hoc pacto ad bellum exercerentur. Hanc quoque HOMERICIS heroibus præcipuam venatus cauſam dicit fuiſſe ATHENÆUS *lib.* I. (γ) Καὶ ἐπὶ κυνηγεσία δὲ ἐξιᾶσιν οἱ νέοι πρὸς μελέτην τῶν πολεμικῶν κινδύνων. *Atque ad venationem ferarum omnigenarum, tanquam ad meditationem periculorum quæ in bellis adeuntur, juvenes procedunt.* Nimirum quia *venatus rei bellicæ quædam pars eſt aut imago*, ut ait ARISTIDES *Oration. in Minervam:* (δ) Πολεμικῆς μόριον τέχνης ἐςί· μᾶλλον δὲ εἰκών. Proindeque PLATO (ε) eleganter bella vocat ϑήρας ἀνθρώπων, *hominum venationes.*

CAPUT

(α) *Verſ.* 605. (β) *Pæd.* VIII. *pag.* 162. *lin.* 19. *ſeqq.* (γ) *pag.* 24. C. (δ) *ſ. Orat.* II. *T.* I. *pag.* 25. *B.* (ε) *lib.* VII *de Leg. Tom.* II *opp. pag.* 823. *B.*

Digitized by Google

CAPUT TERTIUM.

De Mulierum exercitiis.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Mulierum exercitia recenſita
Generatim §. I.
Speciatim, *ſcil.*
Colum tractare §. II.
Telam texere §. III.
Veſtes texere & conſuere §. IV.
Panem parare §. V.
Aquam afferre §. VI.

§. I.

His rebus potiſſimum occupabantur viri; at mulieres rem domeſticam curabant, ſuo quæque operi ſedulo intentæ. *Commune omnium ſtudium in ducenda lana, telaque texenda verſabatur.* Ita namque Hector Andromachen, conantem ſeſe avertere a pugna, domum concedere jubet, ſuaque opera curare, *ἱστόν τ' ἠλακάτην τε*, *telam ac colum;* (*α*) quemadmodum Telemachus matrem Penelopen *Odyſſ.* I. (*β*)

§. II. Et quidem, *quod ad colum attinet*, eam Helena habet auro ac ar-

(*α*) *Iliad.* VI. *Verſ.* 491. (*β*) *Verſ.* 357.

gento inſignem, a qua violaceam lanam trahebat *Odyſſ.* IV. (α) In ejus utique laudibus ponit THEOCRITUS *Idyl.* XVIII, (β) quod nulla puellarum æqualium perinde nere ſciebat. Sic Nauſicaa ad focum cum ancillis ſedens

Ἠλάκατα ϛρωφῶσ' ἁλιπόρφυρα.

Penſum verſavit purpureum:

Odyſſ. VI. (γ) & Penelope conſedit ad valvas portæ

- - λέπτ' ἠλάκατα ϛρωφῶσα.

- - *tenuia penſa verſans*:

Odyſſ. XVII. (δ) Adeoque Ulyſſes *Odyſſ. libro* XVIII, (ε) jubet ancillas circa colum verſari ac lanas pectere. Ita vero MOSCHUS quoque *Idyl.* II. (ζ) Europæ regiæ puellæ colum, multis emblematibus exornatum, deſcribit. Apud XENOPHONTEM etiam uxor Leontiadis principis apud Thebanos viri ἐριουργοῦσα παρεκάθητο, *lanificium exercens adſedit. Hellan.* V. (η)

§. III. *Telam* vero Helena quoque texuit *Iliad.* III, (θ)

- Ἱςὸν

(α) Verſ. 131. (β) Verſ. 32. ſeqq. (γ) Verſ. 53. de Areta Vid. *Odyſſ.* VII. V. 105. (δ) Verſ. 97. (ε) Verſ. 314. (ζ) *calathum verius deſcribit l. c. v. 37. ſeqq. de colo nil tale repertum.* (η) *pag.* 443. *l.* 26. (θ) Verſ. 125. ſeq.

\- - - ἱστὸν ὕφαινε,
Δίπλακα μαρμαρέην· - - -
\- - - telam texebat
Duplicem ſplendidam: - -

ubi res a Græcis ac Trojanis geſtas inſerit. Ita Andromache *Iliad.* XXII: (α)

\- - ἐν δὲ θρόνα ποικίλ' ἔπασσε,
\- - *opera picta varia ſparſim intexebat.*

ipſaque veſtes ſua manu elaboratas donat Æneæ apud VIRGILIUM *Æneid.* III. (β) Idem Circe & Calypſo Nymphæ factitant *Odyſſ.* V, (γ) & X. (δ) Denique nota tela Penelopes triennio texta & retexta; cui ſimilis illa filiarum Tarchetii regis Albani apud PLUTARCHUM in *Romulo.* (ε) Ad veſtem funebrem illa Laërti parata; uti Euryalo a matre *Æneid.* IX. (ζ)

§. IV. Ita *veſtes* ipſæ *a mulieribus textæ ac conſutæ;* Qualia Hectori veſtimenta jacebant in ædibus, (η)

\- - Τετυγμένα χερσὶ γυναικῶν,
\- - *factæ manibus mulierum.*

 Sic

(α) *Verſ.* 441. (β) *Verſ.* 485. (γ) *Verſ.* 167. 265. *coll. Verſ.* 62. (δ) *Verſ.* 451. 542. *coll. Verſ.* 222. (ε) *Tom.* I *opp. pag.* 18. *E.* (ζ) *Verſ.* 488. *ſeq.* (η) *Verſ.* 511.

Digitized by Google

Sic *Æneid.* VII: (α)

Iliadumque labor veſtes.

Dido quoque Æneæ dedit lænam ſua opera factam *Æneid.* IV. (β) Sicuti apud HERODOTUM *Calliope*, (γ) Ameſtris Xerxis uxor ἐξυφήνασα φᾶρος μέγα τε καὶ ποικίλον καὶ θέης ἄξιον, διδοῖ Ξέρξῃ. *Amiculum quod ipſa texuerat, grande atque variegatum, & ſpectatu dignum, viro donavit.* At Siſygambis Perſarum regina captiva, in mœrorem ac lacrumas ſoluta eſt, cum Alexander ei lanam ac purpuram tradi juſſiſſet: cui ille, *Mater*, inquit, *hanc veſtem ſororum non ſolum donum, ſed & opus vides.* (δ) Ita vero Auguſtus filias & neptes inſtituit, ut etiam lanificio adſuefaceret, ut narrat SUETONIUS; (ε) additque *illum non alia veſte, quam domeſtica uſum.* Idem optat Domitiano Imperatori Roma apud STATIUM *lib.* IV. *Sylvarum:* (ζ)

Et properata tuæ manibus prætexta Minervæ.

Vetus hic apud Romanos mos; ex quo

(α) *Verſ.* 248. (β) *Verſ.* 262. *ſeqq.* (γ) *ſ. lib.* IX. *cap.* 188. *pag.* 553. (δ) *Vid.* CURTIUS *lib.* V. *c.* II. *comm.* 18. *ſeqq.* (ε) *c.* 64. *pag.* 229. (ζ) *Carm.* I. *Verſ.* 22.

Digitized by Google

quo factum, ut inter alios ritus nuptiarum, colum comptam lana & fuſum cum ſtamine uxores in maritorum ædes deductæ portarent, virique januam lanificio coronarent; quemadmodum traditum a PLUTARCHO (α) ac PLINIO. (β)

§. V. *Panem* inſuper ſolitæ mulieres *parare*, & cætera quæ ad victum pertinebant. Sic in aula Alcinoï quinquaginta ancillæ, quarum aliæ frumentum mola contundebant, aliæ texebant: *Odyſſ.* VII. (γ) Et in ædibus Ulyſſis ancillæ duodecim quæ noctu molebant. (δ) THEOPHRASTUS *de Ruſticitate*, (ε) ſimiliter ancillam molentem introducit, cui operam addit homo inſulſus, κἆτ᾽ ἀλέσας μετ᾽ αὐτῆς τοῖς ἔνδον πᾶσι καὶ αὑτὰ τὰ ἐπιτήδεια. *Deinde vero cum illa* (ancilla panifica) *molere, & quæ ſunt ad victum neceſſaria, tum ſibi tum univerſæ familiæ parare ſolet.* Sic SIMONIDES *de Mulieribus*: (ζ)

(α) *Rom. Quæſt.* 31. *Tom.* II *opp. pag.* 271. *F.* (β) *Hiſt. Nat. lib.* VIII. *cap.* XLVIII. *T.* I. *pag.* 562. (γ) *Verſ.* 103. *ſeqq.* (δ) *Odyſſ.* XX. *Verſ.* 109. (ε) *Charact. cap.* V. *pag.* 14. & *in* THOM. GALE *Opuſc. Mythol. Eth. &c. pag.* 576. (ζ) *Vid. not.*

Ἡ δ' οὐλὶ' ἔργα καὶ δούλην περιεργέτει,
Κοὔτ' ἂν μύλης ψαύσειεν, οὔτε κόσκινον
ἄρειεν.

Hæc ſervilibus operibus anxie occupata
Neque a mola unquam ceſſat, vel cribrum
ſeponit.

Eo pertinet quod dicitur in *Evangelio* MATTHÆI *cap.* XXIV: (α) Δύο ἀλήθουσαι ἐν τῷ μύλωνι· μία παραλαμβάνεται, καὶ μία ἀφίεται. *Duæ molentes in piſtrino erunt: quarum una accipietur, altera relinquetur.* Hinc POLLUX *lib.* III. *cap.* III. (β) in ſolemnibus nuptiarum a Græcis obſervatum ſcribit, piſtillum ſponſæ ante thalamum offerri ſolitum, puella etiam cribrum ferente, σημεῖα εἰς εἰκὸς αὐτουργίας, *ſigna nimirum induſtriæ ad opera.* In exercitu vero etiam Xerxis dicuntur fuiſſe γυναῖκας σιτοποιέουσαι, *mulieres pinſentes* apud HERODOTUM *Polymnia;* (γ) uti in urbe Platæenſium a THUCYDIDE *lib.* II: (δ) mulieres σιτοποιοὶ *panificæ* decem & centum recenſentur. Sed & HERODOTUS *Urania* (ε) narrat, ipſam Macedonum *reginam paſtoribus regiis panem confeciſſe:* ἡ δὲ γυνὴ τοῦ βασιλῆος, αὐτὴ

(α) *comm.* 41. (β) §. 37. *pag.* 284. (γ) *ſ. lib.* VII. *cap.* 187. *pag.* 446. (δ) *pag.* 152. C. (ε) *ſ. lib.* VIII. *cap.* 137. *pag.* 508.

Digitized by Google

αὐτὴ τὰ σιτία σφι ἔπεσσι. Inde mulieri etiam data in univerſum *penus cura*, ut in ædibus Ulyſſis Eurycleæ,

Σῖτον δ' αἰδοίη ταμίη παρέθηκε φέρουσα,
Εἴδατα πόλλ' ἐπιθεῖσα. - - -

Panem vero verecunda proma appoſuit ferens,
Fercula multa addens: - -

Odyſſ. prim. (α) Morem hunc etiam fuiſſe Athenienſibus tradit ARISTOPHANES *Concionantibus*: (β)

Ταῖς γὰρ γυναιξὶ φημὶ χρῆναι τὴν πόλιν
Ὑμᾶς παραδοῦναι, καὶ γὰρ ἐν ταῖς οἰκίαις
Ταύταις ἐπιτρόποις καὶ ταμίαισι χρώμεθα.

Dico enim oportere vos urbem noſtram
Mulieribus tradere. Nam in ædibus noſtris
Illis procuratricibus & diſpenſatricibus utimur.

§. VI. *Aquam* etiam *e fonte* mulieres *conſueverant afferre.* Id agere ancillas jubet Euryclea *Odyſſ.* XX: (γ)

- - - Ταὶ δὲ μεθ' ὕδωρ
Ἔρχεσθε κρήνηνδε, καὶ οἴσετε θᾶσσον ἰοῦσαι.

- - - *Partim autem ad aquam*
Ite ad fontem, & portate cito euntes.

 Poſt,

(α) Verſ. 139. ſeq. (β) Verſ. 210 ſeqq. (γ) Verſ. 153. ſeq.

Poſt, (α)

Αἱ μὲν εἴκοσι βῆσαν ἐπὶ κρήνην μελάνυδρον.
Viginti quidem iverunt ad fontem nigræ aquæ.

Hector quoque metuit uxori Andromachæ, ne ſe mortuo captiva Argis aquam ferre cogatur, ac telam alienam texere,

Καί κεν ὕδωρ φορέοις Μεσσηΐδος ἢ Ὑπερείης
Πόλλ' ἀεκαζομένη. - - -
Et aquam tuleris ex fonte Meſſeide aut Hyperia,
Valde invita: - - - -

Iliad. VI. (β) Ita vero Cambyſes Pſammeniti regis filiam veſte ſervili amictam emiſiſſe dicitur apud HERODOTUM *Thalia*, (γ) ἐπ' ὕδωρ ἔχουσαν ὑδρήϊον, *cum hydria ad aquam;* unde ipſa flevit. Atqui IDEM *Erato* (δ) hunc morem fuiſſe docet ingenuis puellis apud Athenienſes pervetuſtum. Et apud HOMERUM *Odyſſ.* X, (ε) regis Læſtrygonum filia ὑδρεύουσα *aquatum* ad fontem concedit.

CAPUT

(α) *Verſ.* 158. (β) *Verſ.* 457. *ſeq.* (γ) *ſ. lib.* III. *cap.* 14. *pag.* 166. (δ) *ſ. lib.* VI. *cap.* 137. *p.* 380. (ε) *Verſ.* 105. *ſeq.*

Digitized by Google

CAPUT QUARTUM.

De Muſica.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Muſica
- *Inſtrumentalis*, cujus *Inſtrumenta*
  - *Recenſentur* §. I.
  - *Deſcribuntur*, ubi eorum *Materia & forma* §. II.
  - *Modus tractandi* §. III.
- *Vocalis* s. *Cantus*, & ejus
  - *Objectum* §. IV.
  - *Uſus*, apud
    - *Sacra* §. V.
    - *Principes viros* §. VI.
    - *Convivia* §. VII.

ATque hæc *exercitia* erant *neceſſaria*; accedebant etiam *delectabilia*, & voluptatis gratia comparata, in quibus *primas tenent cantus & ſaltatio.*

§. I. *Cantus* quidem *conſtat voce, aut inſtrumentis*, quæ *Muſica* vulgo dicuntur. Ea partim ſunt φυσητικὰ, *quæ inflantur*, ut αὐλὸς, σύριγξ, *tibia*, *fiſtula*, *Iliad.* X: (α) alia ἐντατικὰ, *quæ chordis extenduntur*, ut κιθάρα ſeu κίθαρις, φόρμιγξ, λύρα, *cithara*, *lyra*: quæ unum idemque eſſe tradit POLLUX; (β) & ipſemet

(α) *Verſ.* 13. (β) *lib.* IV. *cap.* IX. §. 59. *pag.* 379. *ſq.*

Digitized by Google

ipſemet HOMERUS aperte docet. Etenim dicit φόρμιγγι κιθαρίζειν, *cithara perſonare Iliad.* XVIII. (α) & λύρῃ κιθαρίζειν, *lyra ludere* in *Hymno Mercurii;* (β) ubi indifferenter omnes has voces uſurpat. EUSTATHIUS (γ) vero etiam ſcribit χέλυν *lyram* vocatam fuiſſe πᾶσαν κιθάραν, *omnem citharam.*

§. II. *Intendebantur hæc ſeptem chordis*, quæ plerumque erant *ex inteſtinis ovium;* unde HOMERUS *Odyſſ.* XXI, (δ) chordam vocat

– – ἐΰστρεφὲς ἔντερον οἰός,

– – *bene-tortum inteſtinum ovis.*

Ex lino etiam conſtitiſſe cenſet vetus SCHOLIASTES *Iliad.* XVIII. (ε) ubi dicitur

– – λίνον δ' ὑπὸ καλὸν ἄειδε

– – *chorda autem eleganter ſuccinebat.*

Porro *ſeptem extitiſſe chordas* in teſtudine a Mercurio conſtructa, docet HOMERUS: (ζ)

Ἑπτὰ δὲ συμφώνους οἴων ἐτανύσσατο χορδάς.

Septem autem concinnas extendit ovium chordas.

Quod

(α) Verſ. 569. ſeq. (β) Verſ. 422. (γ) ad Odyſſ. XXI. Verſ. 391. pag. 1913. lin. 37. (δ) Verſ. 408. (ε) Verſ. 570. (ζ) Hymn. in Mercur. Verſ. 51.

Quod in *Hymno Mercurii* expreſſit HORATIUS *lib.* III. *Carm. ode* XI: (α)

Tuque teſtudo reſonare ſeptem
Callida nervis.

Quare PINDARUS *Pyth.* II. (β) φόρμιγγα ἑπτάτυπον vocat, & *Nem.* V. (γ) ἑπτάγλωσσον, *ſeptiſonam citharam.*

§. III. *Plectro* autem *tangebantur chordæ*, *Hymno Mercurii:* (δ)

Πλήκτρῳ ἐπειρήτιζε κατὰ μέλος· ἡ δ᾽ ὑπὸ χειρὸς
Σμερδαλέον κονάβησε.
Plectro tentabat cantum: hæc autem a manu
Sonuit horrendum.

Idem *ſæpius* repetitur apud Lyricum vatem PINDARUM; (ε) itemque apud ANACREONTEM: (ζ)

Ἐλεφαντίνῳ δὲ πλήκτρῳ
Λιγυρὸν μέλος κροαίνων.
Eburneo autem plectro
Argutum carmen ſtremens.

Quemadmodum apud VIRGILIUM: (η)

- - *jam pectine pulſat eburno.*

Sic

(α) *Verſ.* 3. (β) ἐπῳδ. γ. *Verſ.* 11. *ſeq.* (γ) στροφ. β. *Verſ.* 10. (δ) *Verſ.* 419. *ſeq.* (ε) uti *Nem.* V. στρ. ε. *Verſ.* 11. *&c.* (ζ) *in Apollin. Verſ.* 5. *ſeq. legitur inter Carmina incerta* ANACREONTIS *pag.* 85. (η) *Æneid.* VI. *Verſ.* 647.

Digitized by Google

Sic ARISTOTELES *Polit.* I. (α) Εἰ αἱ κερκίδες ἐκέρκιζον αὐταὶ, καὶ τὰ πλῆκτρα ἐκιθάριζεν. *Cum radii textoris per ſe texerent, & plectra citharam pulſarent.* Quod uſque adeo obſervatum fuit, ut Lacedæmonii ψάλτην ἐπιδημήσαντα ἐζημίωσαν, ὅτι δακτύλοις κιθαρίζει, *Fidicinem peregrinum mulctaverint eo, quod digitis fides feriret:* teſte PLUTARCHO. (β) Fuiſſe vero plectrum hoc non ita exile, conſtat ex eo, quod ÆLIANUS *lib.* III. (γ) ſcribit, Herculem occidiſſe illo Linum, a quo Muſicam edocebatur: & quod STRATONICUS ait apud ATHENÆUM *lib.* VIII. (δ) *aliud eſſe plectrum, aliud ſceptrum,* ἕτερον, ὦ βασιλεῦ, σκῆπτρον, ἕτερον δὲ πλῆκτρον· ut proinde nonnulla interceſſerit affinitas.

§. IV. *Cum citharæ ſono jungebant vocem,* uti Mercurius (ε)

- - Τάχα δὲ λιγέως κιθαρίζων
Γηρύετ' ἀμβολάδην· ἐρατὴ δέ οἱ ἕσπετο φωνή.
- - *Celeriter autem acute citharam pulſans*
Canebat exorſus: amabilis autem illum ſequebatur vox. Simi-

(α) *cap.* IV *Tom.* III *opp. p.* 398. (β) *Apophth. Lac. Tom.* II *opp. pag.* 233. *F.* (γ) *cap.* XXXII. *pag.* 227. (δ) *pag.* 350. *C.* (ε) *Hymn. in Mercur. Verſ.* 424. *ſeq.*

Digitized by Google

Similiter *Iliad.* I, (α) Apolline citharam feriente, Muſæ canebant

- - *Ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ,*

- - *alternantes voce pulchra.*

Sic ORPHEUS apud Argonautas (β)

- - *Ἑλὼν φόρμιγγα λιγεῖαν,*
Ἐκ στόματος μελίγηρυν ἱεὶς ἀπέπεμπον ἀοιδήν.

- - *arrepta lyra ſtridula,*
Ex ore mellifluum emittens reſonuit cantum.

Canebant variis de rebus, tam divinis, quam humanis. Ita Mercurius cantu celebrat Deos immortales, terramque, & quomodo quæque nata ac diſpoſita ſunt in univerſo. (γ) Similiter ORPHEUS (δ) apud Chironem centaurum canit de rerum principiis, & quæ memoratu digna antiquitus evenerunt. Apud VIRGILIUM *Æneidos* I: (ε)

- - *Citharâ crinitus Jopas*
Perſonat auratâ, docuit quæ maximus Atlas:
Hic canit errantem Lunam, Soliſque labores,

& quæ ſequuntur. Helena quoque apud

(α). *Verſ.* 604. (β) *Argon. Verſ.* 417. *ſeq.* (γ) *Hymn. m. cit. Verſ.* 426. *ſeqq.* (δ) *Arg. Verſ.* 419. *ſeqq.* (ε) *Verſ.* 744. *ſeqq.*

Digitized by Google

apud THEOCRITUM *Idyl.* XVIII, (α) *Dianam ac læto - pectore Minervam cantu celebrat*:

Ἄρτεμιν ἀείδοισα καὶ εὐρύστερνον Ἀθάναν.

Demodocus in *Odyſſea* (β) canit de Martis ac Veneris furtivo congreſſu, de contentione Ulyſſis & Achillis; de equo Trojano: Phemius de reditu Achivorum: (γ) Achilles vero *Iliados* IX, (δ) canebat cithara κλέα ἀνδρῶν, *laudes clarorum virorum*, ut ait CICERO in *lib.* IV. *Tuſculan.* (ε) Chiron etiam centaurus de bello Lapitharum ac Centaurorum cantat. (ζ) Sic *Æneid.* IX, (η) Cretheus

Semper equos, atque arma virûm, pugnaſque canebat.

Omnino vero *ſoliti* veteres hunc in modum *cantilenas de rebus quibuſque memorabilibus componere, quarum* antiquiſſima λίνον; de quo EUSTATHIUS *Iliad.* XVIII, (θ) & PAUSANIAS *Bœoticis.* (ι) Idem factum iri de cæde Agamemnoni a Clytæmneſtra illata, dicit HOMERUS *Odyſſ.* XXIV. (κ)

στυγερὴ

(α) *Verſ.* 36. (β) VIII. *Verſ.* 267. *Verſ.* 75. & *Verſ.* 500. *ſeqq.* (γ) *Odyſſ.* I. *V.* 326. (δ) *Verſ.* 189. (ε) *cap* II. *Volum.* VIII. *opp. p.* 2758. (ζ) *apud* ORPHEUM. *Argon.* V 413. *ſeq.* (η) *Verſ.* 777. (θ) *Verſ.* 570. *pag.* 1163 *lin.* 54. *ſeq.* (ι) *s. lib.* IX. *cap.* 29. *pag.* 766. (κ) *Verſ.* 199. *ſeq.*

Digitized by Google

- - στυγερὴ δὲ ἀοιδὴ
Ἔσσετ' ἐπ' ἀνθρώπους, - -
- - *odioſa autem cantilena*
Erit inter homines. - -

itemque de Oreſte, Clytemnæſtram ac Ægyſthum perimente *Odyſſ.* III. (α)

Οἴσουσι κλέος εὐρὺ, καὶ ἐσσομένοισιν ἀοιδήν.
Ferent gloriam amplam, & poſteris præconium.

A Lacedæmoniis hoc omni tempore fuiſſe religioſe obſervatum ſcribit, Athenæus *lib.* XIV: (β) Τηροῦσί γε καὶ νῦν τὰς ἀρχαίας ᾠδὰς ἐπιμελῶς, πολυμαθεῖς τε εἰς ταύτας εἰσὶ καὶ ἀκριβεῖς. *Priſcas etiamnum cantiones memoriæ tradunt, multaſque ex illis diſcunt, quas exacte ſciunt.* Queriturque luxuria depravatam in Græcia veterum Muſicam, & eorum more optat, denuo Deorum laudes heroumque acta cantu celebrari.

§. V. *In ſolennioribus Deorum ſacris ac celebritatibus potiſſimum hic cantus obtinebat;* quemadmodum videre eſt in *Hymno Apollinis:* (γ) ubi Jaones cum liberis ac uxoribus dicuntur congregari in Delum, & cantu Apollinem exhilarare; Deliades præcipue puellæ, quæ, cele-

(α) *Verſ.* 204. (β) *pag.* 632. *fin. quæ ſequuntur Vid. ibid. pag. ſeq.* (γ) *Verſ.* 152. *ſeqq.*

celebrato Apolline, Latona ac Diana, factaque mentione virorum antiquorum ac mulierum,

Ὕμνον ἀείδουσιν, θέλγουσι δὲ φῦλ' ἀνθρώπων·

Hymnum canunt, demulcentque gentes hominum.

Ὕμνους, *hymnos* hoc genus cantus dixerunt, quos Theocritus ἀθανάτων γέρας, *ornamentum immortalium* appellat *Idyl.* XVII. (α) Erant autem variis Diis varii, uti ſuis nominibus diſtinguuntur apud Pollucem *lib.* I. *cap.* I. (β) Παιὰν Ἀπόλλωνος, ὕπιγγος Ἀρτέμιδος, Διονύσου διθύραμβος, Δήμητρος ἴουλος, *Pæan Apollini dicatus eſt, hypingus Veneri, Baccho dithyrambus & Cereri julus*, & ſimiles. Princeps ille Apollinis, á quo & cæteri παιᾶνες *pæanes* dicti. Eo uſi Achivi in ſolenni Apollinis ſacrificio *Iliados* I: (γ)

Καλὸν ἀείδοντες παιήονα, - -

Lætum canentes pæana. - -

§. VI. Porro *erat antiquis heroibus Muſices-ſtudium familiare:* ut conſtat exemplo Herculis, Achillis, Eetionis Thebanorum regis, Chironis & aliorum. (δ) Etiam poſterioribus ſeculis apud viros principes in uſu, quod docet Themiſtocles,

(α) Verſ. 8. (β) §. 38. pag. 26. (γ) Verſ. 473. (δ) Vid. not.

cles, qui cum recuſaſſet lyram, habitus eſt indoctior. (α) Ipſi vero *cantores*, quos ἀοιδοὺς HOMERUS vocat, omnibus ſapientiæ partibus erant inſtructi: quod ex Phemio liquet, quem Penelope dicit noſſe omnia Deorum ac hominum acta,

Ἔργ᾽ ἀνδρῶν τε θεῶν τε, τά τε κλείουσ᾽ ἀοιδοί.
Geſta hominumque deorumque, quæ celebrant poëtæ:

Odyſſ. I. (β) Unde EUSTATHIUS (γ) eum θείων καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἐπιςήμονα, *rerum divinarum humanarumque probe gnarum* appellat. *Philoſophorum utique nomen Muſici antiquitus obtinebant*, ut teſtatur SCHOLIASTES *Odyſſ.* III: (δ) Τὸ ἀρχαῖον οἱ ἀοιδοὶ φιλοσόφων τάξιν ἐπεῖχον. ÆSCHYLUS (ε) quoque σοφιςὰς vocat:

Εἶτ᾽ οὖν σοφιςὴς καλὰ παραπαίων χέλυν.
Deinde probe teſtudinem pulſans ſophiſta.

Sic PINDARUS *Iſthm.* V. (ζ)

- - Μελέταν δὲ Σοφιςαῖς
Διὸς ἕκατι πρόσβαλον σεβιζόμενοι.
- - *Studium vero Sophiſtis,*

 Jovis

(α) *Vid.* CICERO *Tuſc. Quaeſt. lib.* I. *c.* II. *Vol.* VIII. *opp. pag.* 2560. (β) *Verſ.* 338. (γ) *de cantoribus in univerſum tale quid pronunciat* EUSTATHIUS *ad Odyſſ.* III. *Verſ.* 267. *p.* 1466. *lin.* 61. *de Phemio Vid. ad Odyſſ.* I. *Verſ.* 338. *pag.* 1421. *lin.* 31. *ſeqq.* (δ) *Verſ.* 267. (ε) *apud* ATHENÆUM *lib.* XIV. *p.* 632. *C.* (ζ) ἀντιςρ. β. *Verſ.* 1. *ſeq.*

Digitized by Google

Jovis voluntate præbuerunt in veneratione habiti.

SCHOLIASTES: (α) Σοφιστὰς καὶ σοφοὺς ἔλεγον τοὺς ποιητάς. *Sophiſtas & ſapientes vocaverunt poëtas vel cantores.* Temperantiæ ac omnium virtutum magiſtros extitiſſe, auctor ATHENÆUS *lib.* I: (β) Σώφρον δέ τι ἦν τὸ τῶν ἀοιδῶν γένος, καὶ φιλοσόφων διάθεσιν ἐπέχον. *Fuit autem eo ſeculo modeſtum cantorum genus, & philoſophicæ prorſus morum integritate.* Unde & Agamemnon diſcedens reliquit Clytæmneſtræ ἀοιδὸν φύλακα καὶ παραινετήν τινα, *monitorem & cuſtodem*, qui honeſtarum mulierum laudibus decantatis, probitatis ſtudium in ea accenderet, & ſua conſuetudine illam a nefariis cogitationibus diverteret: quare non ante ab Ægyſtho corrupta fuit, quam hoc occiſo; *Odyſſ.* III. (γ) *Atque adeo in univerſum* IDEM pronunciat *lib.* XIV: (δ) *veterem Græcorum ſapientiam Muſica potiſſimum conſtitiſſe:* Τὸ δὲ ὅλον, ἔοικεν ἡ παλαιὰ τῶν Ἑλλήνων σοφία τῇ μουσικῇ μάλιστα εἶναι δεδομένη. Hinc ORPHEI, MUSÆI, LINI θεολογία Muſicis numeris compoſita; eorumque exemplo conſtructa univerſa HOMERI poëſis

(α) *ad h. l.* (β) *p.* 14. *A. B.* (γ) *Verſ.* 270. *ſeqq.* (δ) *pag.* 632. *C.*

poëſis, ὃς διὰ τὸ μεμελοποιηκέναι πᾶσαν ἑαυτοῦ τὴν ποίησιν ἀφροντιστὶ τοὺς πολλοὺς ἀκεφάλους ποιεῖ στίχους, καὶ λαγαροὺς, ἔτι δὲ μειούρους. *Qui propterea quod univerſam poëſin ſuam canebat certis numeris, atque modis, verſus non dubitavit multos facere ſubinanes, abſque capite & ad extremum curtatos:* ait ATHENÆUS. (α)

§. VII. Cæterum *tritus fuit vulgo Muſica uſus in conviviis*, ut ex iis, qui citati *ſupra* (β) ſunt locis apparet. Unde HOMERUS citharam conviviorum ſociam appellat:

- - - φόρμιγξ,
- - ἣν ἄρα δαιτὶ θεοὶ ποίησαν ἑταίρην·
- - - *Cithara,*
- - *quam convivio dii fecerunt ſociam:*

Odyſſ. XVII. (γ) Quod laudat Diogenianus apud PLUTARCHUM *Sympoſ. lib.* VII. *cap.* VIII. (δ) Ita vero & PINDARUS *Olymp.* ode I: (ε)

Οἷα παίζομεν φίλαν
ἄνδρες ἀμφὶ θαμὰ
τράπεζαν. - -
Cujuſmodi ludimus amicam

Ee 2 (*nos*)

(α) *ibid. C.* (β) *lib.* II. *cap.* XIV. *§.* V. VI. *p.* 228. *ſeqq.* (γ) *Verſ.* 270. *ſeq. cf.* & *Odyſſ.* VIII. *Verſ.* 99. (δ) *Tom.* II *opp. pag.* 712. *D.* (ε) ἀντιστ. α. *Verſ.* 7. *ſeqq.*

(nos) viri frequenter circa menſam. - - -

HORATIO (α) etiam teſtudo

- - *grata; nunc et*
Divitum menſis & amica templis.

Sed & *alibi* cantus; *obtinuit* ſicuti in caſtris Trojanorum *Iliad.* X: (β)

Αὐλῶν συρίγγων τ' ἐνοπήν, - -
Tibiarum fiſtularumque ſonum. - -

In agris etiam, tempore vindemiæ *Iliad.* XVIII: (γ)

Τοῖσιν δ' ἐν μέσσοισι πάϊς φόρμιγγι λιγείῃ
Ἱμερόεν κιθάριζε. - - -
His vero in mediis puer cithara arguta
Suaviter perſonabat. - - -

Ibidem (δ) etiam paſtores τερπόμενοι σύριγξι, *oblectantes ſe fiſtulis.* Sic Anchiſes in ſtabulo βουκολίων κιθαρίζει, *boves paſcens pulſabat citharam.* Quo pertinent *Bucolica* THEOCRITI, MOSCHI, VIRGILII & aliorum.

CAPUT

(α) *Carm. lib.* III. *oda* XI. *Verſ.* 4. *ſeq.* (β) *Verſ.* 13. (γ) *Verſ.* 569. *ſeq.* (δ) *Verſ.* 526.

CAPUT QUINTUM.

De Saltatione.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Saltationis
 Uſus
  Profanus §. I.
  Sacer §. II.
Genera varia §. III.
Ritus §. IV.
Æſtimatio §. V.

§. I.

AFfinis cantici Saltatio, quo nomine PLATO in *Theagene* (α) Muſicam definit, *qua canentes regimus in choris;* ᾗ τῶν ᾀδόντων ἐπιστάμεθα ἐν τοῖς χόροις ἄρχειν. Itaque apud HOMERUM ſemper fere conjunguntur; præſertim *in conviviis*, quorum *ornamenta* vocat *Odyſſ.* I: (β)

Μολπή τ' ὄρχηστύς τε (τὰ γάρ τ' ἀναθήματα δαιτός)
Cantus ſaltatioque: (hæc enim ſunt ornamenta convivii)

Quæ ἀκροάματα vocat Diogenianus apud PLUTARCHUM. (γ) Hinc ATHENÆUS (δ) loquens de Homericis heroïbus:

(α) *Tom.* I *opp. p.* 123. *E.* (β) *Verſ.* 152. (γ) *Sympoſ. lib.* VII. *cap.* VIII. *Tom.* II *opp. pag.* 711. *E.* (δ) *lib.* I. *pag.* 14. *A.*

Digitized by Google

Ἐχρῶντο δ' ἐν τοῖς συμποσίοις καὶ κιθαρῳδοῖς, καὶ ὀρχησταῖς. *Adhibebantur in conviviis citharœdi, ac ſaltatores.* Ex quo ritu Dio Chrysostomus *Orat. ad Alexandrinos:* (α) Τοὺς μὲν ἄλλους ἀνθρώπους ἡ μέθη πρὸς ᾠδὴν τρέπει καὶ ὄρχησιν· παρ' ὑμῖν δὲ τοὐναντίον ἐστίν. ἡ γὰρ ᾠδὴ μέθην ἐμποιεῖ καὶ παράνοιαν. *Alios homines ebrietas ad cantum & ſaltationem trahit: apud vos autem fit e diverſo. Cantus enim ebrietatem efficit, & amentiam.*

§. II. *In Deorum quoque ſacris* ſaltationem cum cantu ſociabant: uti videmus factum Apollini in Delo, in *Hymno.* (β) Perpetuam illic ſaltationem fuiſſe tradit Lucianus περὶ ὀρχήσεως, *de Saltatione.* (γ) Cujus exemplum apud Plutarchum in *Theſeo:* (δ) Ἐχόρευσε μετὰ τῶν ἠϊθέων χορείαν, ἣν ἔτι νῦν ἐπιτελεῖν Δηλίους λέγουσι. *Tripudium ſaltavit cum impuberibus; quod hac ĕtiam memoria ferunt Delios ſervare.* Ita Thyades Atticæ mulieres, quotannis ad Bacchi ſacra Delphos proficiſcentes, per viam ſolitæ ſaltare, maxime ad Panopeum, quam ideo καλλίχορον *ſaltationibus celebrem*, alias *amœnam* Homerus vocavit *Odyſſ.* XI. (ε) ut

(α) *s. Orat.* XXXII. *pag.* 378. *B.* (β) *Verſ.* 149. (γ) *Tom.* I *opp. p.* 792. (δ) *Tom.* I *opp. p.* 9. *D.* (ε) *Verſ.* 580.

Digitized by Google

ut notat PAUSANIAS *Phocicis.* (α) Atque adeo antiquiores Græcos in honorem Deorum choreas, maxime celebritatibus publicis agitare ſolitos, ex infinitis Auctoribus comprobatur.

§. III. *Duum generum* ſaltationes apud HOMERUM obſervat ATHENÆUS: (β) Ὀρχήσεις δ' εἰσὶ παρ' Ὁμήρῳ αἱ μέν τινες τῶν Κυβιστητήρων, αἱ δὲ διὰ τῆς σφαίρας. *Saltationes apud Homerum ſunt aliæ Cybiſterum, aliæ cum pila.* Κυβιστητῆρες eodem ac petauriſtæ modo, in caput provolvebantur, corpore in ſpiram contracto, pedeſque ac manus huc illuc diducebant. Ut *Odyſſeas* IV: (γ)

- - Δοιὼ δὲ κυβιστητῆρε κατ' αὐτοὺς
Μολπῆς ἐξάρχοντες ἐδίνευον κατὰ μέσσον.
- - *Duoque ſaltatores inter eos*
Cantum auſpicantes ſaltabant in medio.

At διὰ σφαίρας *cum pila* ſaltaſſe legitur Nauſicaë *Odyſſ.* VI: (δ) una cum ſociis puellis ludens. Eique Agallis Corcyræa inventionem hujus ritus adſcribit, teſte ATHENÆO. (ε) Poſt apud Phæacas *Odyſſ.* VIII, (ζ) etiam pilæ luſus extitit, ſubjuncta ſaltatione. Etſi hanc ab illo dif-

(α) *ſ. lib.* X. *cap.* 4. *pag.* 805. (β) *lib.* I. *pag.* 14. *D.* (γ) *verſ.* 18. *ſeq.* (δ) *verſ.* 100. (ε) *lib.* I. *pag.* 14. *D.* (ζ) *verſ.* 377. *ſeq.*

diſcernat ATHENÆUS, (α) aſſerens Phæacas ſeorſim alterne junctos ſaltaſſe, dum alii erecti ſtarent ac digitis numeros ſonarent.

§. IV. Sed enim *apertiſſime ſine pila ſaltant juvenes virgineſque manu junctæ*, in choro illo, qui Dædali illius apud Cnoſſum exemplo deſcriptus eſt in *clypeo Achillis*. (β) Obſervat vero hic EUSTATHIUS, (γ) vulgo cenſeri apud pleroſque, antiquitus morem fuiſſe, ut viri ac mulieres ſeorſim choreas agitarent; primum eos, qui cum Theſeo fuerunt ſervati, ſeptem adoleſcentes, totidemque puellas ἀναμίξ *promiſcue* ſaltaſſe, duce ac præceptore Dædalo. DIONYSIUS vero HALICARNASSEUS *lib.* VII. *Antiquit. Rom.* (δ) etiam notat, *priſcum Græciæ ritum, ut juvenis ſaltaret cum armis, quam* πυῤῥίχην dixerunt. Nam in hac ſaltatione *aureas geſtabant enſes, ex argenteis faſciis dependentes*: οἱ δὲ μαχαίρας εἶχον χρυσίας ἐξ ἀργυρέων τελαμώνων. Hoc nimirum Cretenſibus erat patrium, ut teſtatur NICOLAUS apud STOBÆUM: (ε) Οἱ δὲ

Κρητῶν

(α) *lib.* I. *p.* 15. *C.* (β) *Iliad.* XVIII. *v.* 590. *ſeqq.* (γ) *ad h. l. pag.* 1166. *lin.* 16. *ſeqq.* (δ) *p.* 476. *lin.* 39. *ſqq.* & *pag.* 477. *lin.* 17. *ſeq.* (ε) *Serm.* CXLV. *de Legib. & Conſuet. p.* 473. *lin.* 9. *ſeq.*

Digitized by Google

Κρητῶν παῖδες ἀγελάζονται κοινῇ, - - καὶ τὴν ἐνόπλιον Πυῤῥίχην ἐκπονοῦντες, ἥν τινα πρῶτος εὗρε Πύῤῥιχος Κυδωνιάτης Κρὴς τὸ γένος. *Cretenſium autem filii una congregari ſolent, & pyrrichen in armis ſaltant: quam Pyrrichus Cydoniates natione Cretenſis primum inveniſſe dicitur.* Ita quoque SCHOLIASTES HOMERI *Iliad.* XVI: (α) Ἐπυῤῥίχιζον γὰρ τοῖς ὅπλοις οἱ Κρῆτες πρὸς ἄσκησιν τῶν πολεμικῶν. *In armis enim Cretenſium pueri pyrrichen ſaltabant, ut ad bellum exercerentur.*

§. V. In hunc modum ſaltatio *exercitatio quædam bellica* veteribus *fuit*, προγύμνασμα οὖσα τοῦ πολέμου ait ATHENÆUS de Lacedæmoniis, apud quos ea poſt alios Græcos remanſit, *lib.* XIV. (β) Unde SOCRATES (γ) eos, qui optime ſaltant, bello optimos affirmat:

Οἳ δὲ χοροῖς κάλλιστα θεοὺς τιμῶσιν, ἄριστοι
Ἐν πολέμῳ. - - - - -

Qui choris religioſiſſime deos venerantur, fortiſſimi
(ſunt) In bello. - - -

Itaque Æneas Merionis fortitudinem exaggerat, quod bonus eſſet ſaltator:

Μηριόνη τάχα κέν σε καὶ ὀρχηστήν περ ἐόντα

 Ἔγχος

(α) *Verſ.* 617. (β) *p.* 631. *A.* (γ) *apud* ATHENÆUM *lib.* XIV. *pag.* 628. *F.*

Ἔγχος ἐμὸν κατέπαυσε διαμπερὲς, εἴ σ' ἔβαλόν περ·

Merione mox certe te ſaltatorem quantumvis (egregium)

Haſta mea compeſcuiſſet in perpetuum, ſi quidem te ferire potuiſſem:

Iliad. XVI. (α) At vero Priamus reprehendit ſuos filios quod eſſent

- - Ὀρχηςαί τε, χορειτυπίῃσιν ἄρισοι,

- - *Saltatoreſque, choreis præſtantiſſimi;*

Iliad. XXIV. (β) Sed mollem & effœminatam illis ſaltationem objicit; quomodo & Paridi citharam Hector: (γ) nempe quia haud canebat heroüm fortium geſta, ut Achilles; ſed laſciva carmina, μέλη μοιχικὰ, καὶ οἷα αἱρεῖν γυναῖκας καὶ θέλγειν, *adulteriis accommodata carmina, & fœminis captandis demulcendiſque magis convenientia:* ut ait ÆLIANUS *lib.* IX. *cap.* XXXVIII. (δ)

CAPUT

(α) Verſ. 617. *ſeq.* (β) Verſ. 261. (γ) *Iliad.* III. Verſ. 54. (δ) *pag.* 483.

Digitized by Google

CAPUT SEXTUM.

De variis Ludorum generibus.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Ludorum
Ortus & inſtitutio §. I.
Species, ſcil:
Saltus &
Curſus
Pedeſtris §. II.
Equeſtris §. III.
Jactus §. IV.
Lucta & Pugilatus §. V.
Ritus §. VI.
Ludicra alia §. VII.

§. I.

ERant quoque apud Græcos in uſu *varii ludi, ſaltus, curſus, jactus, lucta, pugilatus.* Ii potiſſimum *inſtituebantur in Deorum honorem*, ſolennibus populi conventibus ac celebritatibus, quas Πανηγύρεις Græci dixerunt. Quemadmodum *Hymno Apollinis* (a) congregari dicuntur Jones,

Οἱ δέ σε πυγμαχίῃ τε καὶ ὀρχηθμῷ καὶ ἀοιδῇ
Μνησάμενοι τέρπουσιν, ὅταν ςήσωνται ἀγῶνα.

Hi autem te pugilum certamine & tripudio & cantu
Memores exhilarant, quando conſtituunt certamen.

Idem

(a) Verſ. 149. ſeq.

Idem obtinuit Olympiæ in honorem Jovis, cujus meminit HOMERUS *Iliad.* IX: (α) Ad Pytho quoque, Nemeam, & Iſthmum, in honorem Apollinis, Neptuni ſeu, ut alii, Palæmonis, ac Archemori. Quibus quatuor locis totius Græciæ concurſu varii generis certamina edebantur, præmiis victoribus propoſitis; quæ complectens LUCIANUS *de Gymnaſiis*: (β) Ὀλυμπιασὶ μὲν, inquit, στέφανος ἐκ κοτίνου, Ἰσθμοῖ δὲ, ἐκ πίτυος, ἐν Νεμέᾳ δὲ σελίνων πεπλεγμένος, Πυθοῖ δὲ, μῆλα τῶν ἱερῶν τοῦ θεοῦ. *In Olympiis corona oleagina, in Iſthmiis pinea, in Nemeis ex apio concinnata, in Pythiis poma Deo ſacra.* Sed *& in funere alicujus defuncti Principis viri ejuſmodi ludos edere fuit moris;* ut videre eſt *toto libro Iliad.* XXIII, (γ) factum Patroclo. *In gratiam quoque hoſpitis* illuſtrioris varia certamina a viris Principibus inſtituta: ut Ulyſſi evenit apud Phæacas *Odyſſ.* VIII. (δ) Illic ſorte *electi novem præſides ludorum, qui in certamine ſingula adminiſtrabant,*

Αἰσυμνῆται δὲ κριτοὶ ἐννέα πάντες ἀνέσταν
Δήμιοι, οἳ κατ' ἀγῶνας ἐΰ πρήσσεσκον ἕκαστα.

In ludis vero funebribus Patrocli Achilles

(α) *Vid. not.* (β) *Tom.* II *opp. pag.* 272. (γ) *à Verſ.* 257. *ad fin.* (δ) *V.* 100. *ſeqq.* & 258. *ſeq.*

les omnia diſponit. & ſorte jacta, ſingulos inter ſe committit victores, præmiis propoſitis donans.

§. II. *Saltu* apud Phæacas *vincit Amphialus*; (α)

Ἅλματι δ' Ἀμφίαλος πάντων προφερέστερος ἦεν.

Curſus erat *alius pedeſtris*, *alius equeſtris*. *Pedibus* apud Phæacas certant Laodamas, Halius & Clytoneus ἀπὸ νύσσης *e carceribus* ad terminum præfinitum contendentes, quorum poſtremus attigit primum. (β) Ita quoque Ajax Oïlei & Ulyſſes pari niſu concurrunt, Ulyſſe Ajacem lapſum prævertente. (γ)

§. III. *Equis curru junctis* certarunt complures; meta ligno querno, aut picea, ulnæ altitudine erecto, cui lapides bini utrinque appoſiti; circa quam qui primus currum flexiſſet, victoriam obtinebat. *Erant quoque veteribus in uſu equi ſine curru*, quibus junctis inter currendum *huc illuc alternatim tranſiliebant*; quod κελητίζειν dixerunt: uti eſt *Iliad.* XV, (δ) ubi quatuor ejuſmodi equi a viro per viam aguntur:

– – ὁ δ' ἔμπεδον ἀσφαλὲς αἰεὶ
Θρώσκων,

(α) *Odyſſ. l. c. Verſ.* 128. (β) *ibid. Verſ.* 119. *ſeqq.* (γ) *Iliad.* XXIII. *Verſ.* 754. *ſeqq. coll.* 774. *ſeqq.* (δ) *Verſ.* 683. *ſeq. coll. Verſ.* 679.

Digitized by Google

Θρώσκων, ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλον ἀμείβεται, οἱ δὲ πέτονται.

- - *Hic autem firmiter ſine lapſu aſſidue Saliens, alius in alium alternat, illi autem volant.*

DEMETRIUS (α) memoriæ prodidit, ſe equitem ejuſmodi vidiſſe. *Deſultores* Romani vocarunt; ſed duobus tantum uſi equis, ut eſt apud SEXTUM POMPEIUM. (β) Cæterum EUSTATHIUS (γ) cenſet, hoc κατὰ πρόληψιν ab HOMERO ſcriptum; ſiquidem Troïcis temporibus ignoti ejuſmodi equites exiſtimantur; quod etiam ſcribit GELLIUS *libro* X. *cap.* XVI. (δ)

§. IV. *Jactus fiebat diſco*, qui SCHOLIASTÆ HOMERI (ε) dicitur βαρὺς λίθος, ὃν ἐῤῥίπτουν οἱ γυμναζόμενοι, *lapis gravior quem jaciebant concertantes*, quis nimirum longius propelleret, quod notis ſolebat deſignari. Ita Epeus, Ajax Telamonius, & Polypœtes contenderunt, hoc reliquos vincente. (ζ) Ulyſſes quoque Phæacas omnes diſco ſuperavit. (η) Achillis etiam copiæ ad littus

Διο-

(α) *apud* EUSTATHIUM *ad h. l. pag.* 1037. *lin.* 57. (β) *Vid. not.* (γ) *l. m. c. lin.* 59. *ſeq.* (δ) *p.* 235. (ε) *ad Iliad.* II. *Verſ.* 774. *s. Catal. Nav.* V. 281. (ζ) *Iliad.* XXIII. V. 826. *ſqq.* (η) *Verſ.* 186. *ſqq.*

Δίσκοισιν τέρποντο καὶ αἰγανέῃσιν ἱέντες.
Delectabantur diſcis & haſtilibus jaculantes:
Iliad. II. (α) quemadmodum & proci Penelopes in pavimento aulæ *Odyſſ.* IV. (β) Tragulæ ibi additæ, ut alias jacula; & ſagittæ arcu emiſſæ: nempe in columbam malo navis appenſam *Iliad.* XXIII. (γ) in ſecuris foramen *Odyſſ.* XXI. (δ)

§. V. *Lucta* inter Ajacem ac Ulyſſem facta, qui manibus ſe invicem corripuerunt, & huc illuc percuſſerunt, contendentes, uter prior adverſariorum humi proſterneret. Similiter luctati Ulyſſes & Irus, qui ab illo dejectus ac pene exanimatus fuit: *Odyſſ.* XVIII. (ε)

Pugilatus fiebat pugnis loro bovino minutis, quibus ſe percutiebant; ut videmus factum ab Euryalo & Epeo, *Iliados* XXIII. (ζ) Sic Theocritus *Idyl.* XXII, (η) ait Pollucem pugnis metuendum:
Χεῖρας ἐπιζεύξαντα μέσοις βοέοισιν ἱμᾶσιν.
Cum manus cinxit mediis bubulis loris.
Quod poſtea clarius liquet ex illius cum Amico certamine. Similiter apud Virgilium *Æneid.* V: (θ)

In

(α) *Verſ.* 774. *s. Catal. Nav. Verſ.* 281. (β) *Verſ.* 625. *ſeqq.* (γ) *Verſ.* 855. 862. 871. (δ) *Verſ.* 97. *ſeqq.* (ε) *Verſ.* 38. *ſeqq.* (ζ) *Verſ.* 684. *ſeqq.* (η) *Part.* I. *Verſ.* 3. (θ) *Verſ.* 401. *ſqq.*

Digitized by Google

In medium geminos immani pondere caſtus
Projecit: quibus acer Eryx in prælia ſuetus
Ferre manum, duroque intendere brachia
tergo.

Antiquitus autem habebant pugiles *lorulos e crudo bovis corio implicatos*, qui ad volam manus erant revincti, ita ut digiti eſſent nudi, unguibus ſe decerpere liceret: μειλίχας priſci dixerunt. Poſtea cæſtus fuerunt in uſu, attenuato in acutum loro, quos ad utriuſque manus καρπὸν *articulum* religabant; uti tradit PAUSANIAS *Arcadicis.* (α) At POLLUX *libro* II. *cap.* XXX. (β) dicit, glandibus plumbeis inſutis riguiſſe: ideoque σφαιρομαχεῖν, *cæſtibus decertare* pugiles dicit.

§. VI. Porro *tam in lucta, quam pugilatu veteres dempta veſte, media corporis parte cingebantur.* Sic enim de Ulyſſe & Ajace luctaturis HOMERUS loquitur,

Τὼ δὲ, ζωσαμένω βήτην ἐς μέσσον ἀγῶνα.
Hi autem cum ſe accinxiſſent prodierunt in
medium circum:

Iliados XXIII. (γ) Ulyſſes quoque concertaturus cum Iro, (δ)

Ζώσατο μὲν ῥάκεσιν περὶ μήδεα, φαῖνε δὲ μηροὺς
Καλοὺς

(α) *s. lib.* VIII. *cap.* 40. *pag.* 682. (β) §. 150. *p.* 344. (γ) *Verſ.* 685. (δ) *Verſ.* 66. *ſeqq.*

Digitized by Google

Καλούς τε μεγάλους τε, φάνεν δέ οἱ εὐρέες ὦμοι,
Στήθεά τε ςιβαροί τε βραχίονες. - -

Cingebatur quidem pannis circum genitalia, oſtendebat autem ſemora
Pulchraque magnaque, apparuerunt autem ei lati humeri,
Pectoraque, fortiaque brachia. - -

Confirmat hunc veteris Græciæ morem ex HOMERO DIONYSIUS HALICARNASSEUS *Antiq. Roman. lib.* VII. (α) Τὰ δὲ πρὸ τούτων δι' αἰσχύνης εἶχον ἅπαντες Ἕλληνες, ὅλα γυμνὰ φαίνειν ἐν τοῖς ἀγωνίαις τὰ σώματα, ὡς Ὅμηρος τεκμηριοῖ μαρτύρων ἀξιοπιςότερός τε καὶ ἀρχαιότατος ὤν, ζωννυμένους τοὺς ἥρωας ποιῶν. *Antea vero turpe habebatur apud omnes Græcos totum corpus in certaminibus nudare; ſicut colligere licet ex Homero teſtium omnium graviſſimo & antiquiſſimo, dum ſuccinctos inducit heroas.* Primus ſe totum nudavit in Olympico ſtadio Acanthas Lacedæmonius Olympiade XV, ut IDEM AUCTOR tradit. (β) THUCYDIDES quoque *lib.* I. (γ) narrat Lacedæmonios primum corpora nudaſſe, cum antea athletæ ſubligacula haberent circum verenda: Ἐγυμνώθησάν τε πρῶτοι, καὶ ἐς τὸ φανερὸν ἀποδύντες, λίπα μετὰ τοῦ γυμνάζεσθαι ἠλείψαντο· τὸ δὲ πά-

(α) *pag.* 476. *lin.* 1. *ſeqq.* (β) *lib.* VII. *pag.* 475. *fin.*
(γ) *pag.* 5. *A.*

λαι καὶ ἐν τῷ ὀλυμπιακῷ ἀγῶνι διαζώματα ἔχοντες περὶ τὰ αἰδοῖα οἱ ἀθληταὶ ἠγωνίζοντο. *Hi ſunt, qui primi corpora certaturi nudaverunt, propalam ſe exuentes, oleoque unxerunt: quum olim etiam in olympiaco certamine athletæ ſubligacula circum verenda habentes pugnarent.* Additque barbaros permultos, peculiariter Aſianos, cinctos concertare. Quod apud Romanos etiam obtinuiſſe conſtat.

§. VII. Cæterum *erant alia quoque ludicra* exercitia veteribus Græcis in uſu, ut ἀςραγάλου πεσσοὶ, *talorum calculi.* Patroclus *Iliados* XXII, (α) dicit ſe occidiſſe parvulum Amphidamantis filium, ludo ἀςραγάλων *talorum,*

- - ἀμφ' ἀςραγάλοισι χολωθεὶς,
- - *ob talos iratus.*

Puerilis nimirum ille ludus fuit, ut teſtatur Pausanias *Eliacis,* (β) ubi narrat Gratiarum mediam pictam cum talo: ἀςράγαλόν τε μειρακίων τε καὶ παρθένων, οἷς ὥχαις οὐδέν πω πρόσεςιν ἐκ γήρως, τούτων εἶναι τὸν ἀςράγαλον παίγνιον. *Talus quidem adoleſcentulorum & virginum luſionem ſignificat; quæ a natu grandioribus aliena, teneræ ætati non indecora eſt.* Hinc apud Apollonium *Argon.* (γ) Cupido ac Ganymedes talis ludunt,

- Ἀμφ'

(α) *Verſ.* 87. *ſeq.* (β) *Poſter. cap.* 24. *pag.* 515.
(γ) *lib.* III. *Verſ.* 117. *ſeq.*

Digitized by Google

- - Ἀμφ' ἀςραγάλοισι δὲ πύγε
Χρυσείοις, ἅτε κοῦροι ὁμηθέες ἑψιόωντο.
- - *Hi vero talis (ludunt)*
Aureis, utpote pueri familiares luſitabant.

Notum quoque illud Dionyſii apud PLUTARCHUM *de fortitud. Alex.* (α) *pueros talis, viros juramentis eſſe fallendos*: Τοὺς μὲν παῖδας ἀςραγάλοις, τοὺς δ' ἄνδρας ὅρκοις ἐξαπατᾷν. At vero proci Penelopes ludebant
Πεσσοῖσι προπάροιθε θυράων - -
Calculis ante januam: - -
Odyſſeas I. (β) qua de re ATHENÆUS *libro* I. (γ)

CAPUT SEPTIMUM.

De Bello.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Belli ſtudium &
Armorum
Frequentia §. I.
Uſus, præcipue
Offenſivus, unde
Bellorum
Origo &
Cauſæ ſcil.
Boum abactiones §. II.
Mulierum raptus §. III.
Bellatores, s. milites §. IV.

 §. I.

(α) *Tom.* II *opp. pag.* 330. *E. cf. etiam Lacon. Apophthegm. Tom. eod. pag.* 229. *B.* (β) *Verſ.* 107. (γ) *pag.* 17. *A.*

§. I.

AD bellica exercitia poſtremum veniamus, quorum reliqua omnia fuerunt προγυμνάσματα ac *præludia*. Hac una namque in re priſci Græci omnem virtutem poſuerunt; quemadmodum præclare ſcribit ATHENÆUS *libro* XIV: (α) Οἱ παλαιοὶ τὴν ἀνδρείαν ὑπελάμβανον εἶναι μεγίστην τῶν πολιτικῶν ἀρετῶν, καὶ ταύτῃ τὰ πολλὰ προσνέμειν οὐ τοῖς ἄλλοις. *Cæterum fortitudinem inter civiles omnes virtutes eſſe præſtantiſſimam veteres judicabant; eam multo pluris æſtimantes, quam alias.* Et *optimus* quiſque dictus ἄριστος, qui Ἄρει *Marte* eſſet præſtantiſſimus. In hanc rem arma perpetuo ferre erat moris, uti *initio ſuæ Hiſtoriæ* ſcripſit THUCYDIDES: (β) Πᾶσα γὰρ ἡ Ἑλλὰς ἐσιδηροφόρει, διὰ τὰς ἀφάρκτους τε οἰκήσεις καὶ οὐκ ἀσφαλεῖς παρ' ἀλλήλους ἐφόδους· καὶ ξυνήθη τὴν δίαιταν μεθ' ὅπλων ἐποιήσαντο, ὥσπερ οἱ βάρβαροι. *Omnis enim Græcia arma geſtabat, quod videlicet nec penates munitionibus cincti, nec difficiles mutuo incurſiones eſſent: vitamque perpetuo ſub armis agebant, ritu barbarorum.* Quod Perſis peculiariter adſcribit AMMIANUS MARCELLINUS *lib.* XXIII: (γ) *Omnes tamen*

(α) *pag.* 627. *B.* (β) *pag.* 4. *C.* (γ) *cap.* VI. *pag.* 295.

Digitized by Google

men promiſcue vel inter epulas feſtoſque dies gladiis cincti cernuntur, quem Græcorum veterum morem abjeciſſe primos Athenienſes, THUCYDIDES (α) *eſt auctor ampliſſimus.*

§. II. *Armis hiſce uſi cum ad ſe* adverſus aliorum injurias *defendendum, tum ad alios infeſtandos*, quod antiquis illis temporibus in more, atque adeo laude poſitum erat. Violentia utique maxima, in alienis rebus armata manu occupandis, paſſim apud HOMERUM apparet. *Indeque nata bella*, quibus referta veteris Græciæ monumenta. Ita Ulyſſes ab Ilio enavigans Ciconum urbem depopulatus eſt, & ab iiſdem pugna impetitus, magnam ſociorum partem amiſit: *Odyſſ.* IX. (β) Similiter *Odyſſ.* XIV (γ) narrat, ſe, cum in Ægyptum appuliſſet, cum ſociis agros vaſtaſſe, omniaque abegiſſe, viris pleriſque interfectis. Eaque ratione apud inferos mortis cauſſam ab Agamemnone poſtulans, num ab inimicis cæſus ſit, boves aut oves occidens: *Odyſſ.* XI. (δ) Sic Neſtor cum Elidenſibus pugnavit ἀμφὶ βουλασίην, *ob boum abactionem; Iliados* XI. (ε) Itaque

 Achil-

(α) *pag.* 4. *D.* (β) *Verſ.* 39. *ſeqq.* (γ) *Verſ.* 263. *ſeqq.* (δ) *Verſ.* 400. *ſeq.* (ε) *Verſ.* 671.

Achilles *Iliad.* I. (α) cum cauſam ſibi non eſſe dicit, cur cum Trojanis belligeretur, inquit:

Οὐ μὲν πώποτ' ἐμὰς βοῦς ἤλασαν, οὐδὲ μὲν ἵππους.

Non enim unquam meas boves abegerunt, neque equos.

Plutarchus quoque in *Theſeo* (β) ait, hunc armis inſecutum Pirithoüm, qui ei abegerat boves. Sic apud Hesiodum *in Scuto*, (γ) Amphitruo dicitur occidiſſe Electryonem regem Thebarum, vi domitum

Χωσάμενος περὶ βουσί. - -

Ira commotus propter boves. - -

Ita boum abactio præcipuam belli cauſam priſcis dedit.

§. III. *Mulierum quoque raptus*, non minus illo tempore infrequens, ſæpe bellum peperit; quale hoc quod *tota Iliade* ab Homero eſt deſcriptum. Cum enim Alexander Priami filius Helenam Menelai uxorem ex Lacedæmone in Troadem abduxiſſet, lectiſſimi Græciæ principes ſacramento a Tyndareo patre obſtricti, duce Agamemnone illuc enavigarunt, & poſt varia certamina ultro citro-

(α) *Verſ.* 154. (β) *Tom.* I *opp. pag.* 14. *B.* (γ) *Verſ.* 12.

Digitized by Google

citroque commiſſa, tandem exacto decennio, urbem ceperunt, & funditus everterunt. Atque hanc eſſe omnium bellorum originem, quæ inter Græcos & Aſiaticos fuerunt geſta, affirmant Perſæ apud Herodotum *Clio.* (α) Ipſi injuriorum quidem virorum eſſe rati, fœminas rapere: amentium vero, raptas vindicare: prudentium nihil eas curare, quippe quæ, niſi voluiſſent, raptæ non fuiſſent. Ita vero etiam Durius *lib.* II. *Hiſtoriarum* (β) narrat, bellum quod ſacrum Græci appellarunt, extitiſſe ob mulierem quandam Thebanam, nomine Theano, raptam a quodam Phocenſi. Calisthenes quoque *de bello ſacro* (γ) ſcribit, bellum Cirrhaicum inde exortum, quod Cirrhæi Megiſto Phocenſis Pelagontis filiam & Achivorum gnatas ex Pythico ſacro redeuntes per vim abduxiſſent. Denique Horatius *Satyra* III. *libro* I: (δ)

- - Fuit ante Helenam cunnus teterrima belli
Cauſa; ſed ignotis perierunt mortibus illi,

(α) *ſ. lib.* I. *cap.* 4. *pag.* 2. (β) *apud* Athenæum *lib.* XIII. *p.* 560. *B.* (γ) *apud eundem* Athenæum *l. c. C.* (δ) *Verſ.* 107. *ſeqq.*

Quos Venerem incertam rapienteis more ferarum,
Viribus editior cædebat, ut in grege taurus.

§. IV. Porro THUCYDIDES *lib.* I. (α) tradit, Agamemnonem coëgiſſe claſſem, quod tunc viribus ac potentia inter Græcos, maxime Peloponnenſes præſtaret, nec tantopere quod duceret Helenæ procos Tyndarei metu adactos; omnino que *exercitum comparaſſe non pluribus gratia quam metu adductis*: Τὴν στρατιὰν οὐ χάριτι τὸ πλέον ἢ φόβῳ ξυναγαγὼν ποιήσασθαι. Ægre utique multi ad Trojam profecti; ut conſtat de Ulyſſe, qui in fabulis dicitur inſaniam ſimulaſſe, ne cum reliquis abiret. Ipſe vero *Odyſſ.* XIV, (β) fingens ſe Caſtoris Cretenſis filium, cum Idomeneo dicit profectum, quod non eſſet ratio abnuendi,

- - - οὐδέ τι μῆχος
Ἦεν ἀρνήσασθαι, χαλεπὴ δ' ἔχε δήμου φῆμις.
- - - *Neque ulla ratio*
Erat denegandi, malus enim occupabat populi rumor.

At *Iliad.* XI. (γ) cum Neſtore *per univerſam Græciam* idem *milites* Agamemnonis juſſu fertur *collegiſſe*: & Achillem ex Pelei ædibus

(α) *pag.* 6. *B. C.* & *pag.* 7. *A.* (β) *Verſ.* 238. *ſeq.*
(γ) *Verſ.* 764. *ſeqq.*

Digitized by Google

ædibus abduxiſſe. Ille tamen in Lycomedis gynæceo, mulieribus permiſtus, traditur delituiſſe in Scyro, ut hoc pacto falleret Græcorum duces. *Sorte quoque jacta ex familiis adſcitos filios* liquet ex *Iliad.* XXIV. (α) ubi Mercurius ſe filium Polyctoris Myrmidonis dicit, cui ſeptem cum eſſent filii, jactaque eſſet ſors, ſe deſignatum ad ſequendum Achillem:

Τῶν, μεταπαλλόμενος, κλήρῳ λάχον ἐνθάδ᾽ ἕπεσθαι.

Inter hos, facta ſortitione, mihi ſors obtigit huc concedere.

Porro *copiæ* quæque Priami magna ex parte *conſtitere ex auxiliariis*, qui finitima loca incolebant, etiamſi e longinquo etiam eſſent advocati, qui τηλέκλειτοι ἐπίκουροι, *e longinquo vocati auxiliares* dicti *Iliados* IX. (β) Qualis fuit Memnon Æthiopum rex *Odyſſ.* XI: (γ) quem PAUSANIAS *Phocicis*, (δ) narrat e Suſis Perſarum civitate ad Trojam cum numeroſa manu veniſſe. Cæterum univerſus exercitus tam Græcorum quam Trojanorum cum ſuis ducibus ac turmis exacte deſcribitur *Iliados libro* II. (ε)

(α) *Verſ.* 400. (β) *Verſ.* 233. & τηλέκλητοι *dicuntur iidem Iliad.* XII. *Verſ.* 108. (γ) *Verſ.* 521. (δ) *s. lib.* X. *c.* 31. *pag.* 875. (ε) *Part.* II. *quæ Bœotia v. Catalogus Navium inde vocatur.*

Digitized by Google

CAPUT OCTAVUM.

De Galea, Thorace, Ocreis, Scuto.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Argumenti diſpoſitio,
Galea §. I.
Thorax §. II. *cui acced.*
Cingulum §. III.
Ocreæ §. IV.
Scutum §. V. *cui annex.*
Lorum §. VI.

ARmorum alia ad corpus adverſus hoſtium impetum muniendum pertinent; alia ad adverſarios lædendum. In primo generis ſunt *galea*, *thorax*, *ocreæ*, *ſcutum ſeu clypeus.*

§. I. *Galeam* capiti imponebant, quam Κυνῆν ſæpius HOMERUS vocat, quaſi *caninam;* quia antiquitus *canis fluviatilis pellis ad tegendum caput* ſumebatur, ut ait EUSTATHIUS: (α) δορὰ κυνὸς ποταμίου σκέπουσα τὰς κεφαλὰς τοῖς παλαιοῖς. Poſt nomen remanſit, licet variata materia. *Iliad.* X: (β)

- - Ἀμφὶ δέ οἱ κυνέην κεφαλῆφιν ἔθηκε
Ταυρείην. - - - -

- *Capi-*

(α) *ad Iliad.* III. *Verſ.* 336. *pag.* 421. *lin.* 8. *ſeq.* (β) *Verſ.* 257. *ſeq.*

- - *Capitique ejus galeam impoſuit*
Taurinam. - - -

Et *eâdem*: (α)

Κρατὶ δ' ἐπὶ κτιδέην κυνέην· ἕλε δ' ὀξὺν ἄκοντα,

Capitique impoſuit muſtelinam galeam; cepitque acutum jaculum:

ἐξ ἰκτίδος δέρματος πεποιημένην, *ex viverræ pelle confectam*, dicit SCHOLIASTES. (β) Erant ei plerumque impoſiti λόφοι *criſtæ*, ſeu *ſetæ equinæ* in apice exurgentes. *Iliados* III: (γ)

Κρατὶ δ' ἐπ' ἰφθίμῳ κυνέην εὔτυκτον ἔθηκεν

Ἵππουριν, δεινὸν δὲ λόφος καθύπερθεν ἔνευεν.

Capiti inde forti galeam affabre-factam impoſuit,

Setis equinis comantem; terribiliter vero criſta deſuper nutabat.

Iliad. XIX: (δ)

- - - - Ἀπέλαμπεν

Ἵππουρις τρυφάλεια· περισσείοντο δ' ἔθειραι

Χρύσειαι, ἃς Ἥφαιστος ἵει λόφον ἀμφὶ θαμειάς.

- - - - *refulgebat*

Setis equinis comans galea: quaſſabanturque comæ

Aureæ, quas Vulcanus fuderat conum circa denſas.

Sic THEOCRITUS de Hierone Rege *Idyl.* XVI: (ε) - Ἵππιαι

(α) Verſ. 335. (β) *ad loc. poſter.* (γ) Verſ. 336.
(δ) Verſ. 381. *ſeqq.* (ε) Verſ. 81.

Digitized by Google

\- - Ἵππιαι δὲ κόρυν σκιπάσυσιν ἔθειραι.
\- - *Equinæ jubæ galeam inumbrant.*

Et apud Aristophanem *Acharnes.* (α) de Lamacho duce,

Τὸ λοφεῖον ἐξένεγκε τῶν τριῶν λόφων.
Loculamentum trium criſtarum cedò mihi.

Sic Virgilius *Æneid.* III, (β) Grajas jubas celebrat:

Et conum inſignis galeæ, criſtaſque comantes,
Arma Neoptolemi. - - -

Et *Æneid.* VII. (γ) de Turno:

Cui triplici crinita juba galea alta chimæram
Suſtinet. - - - -

Mos hic antiquitus pleriſque gentibus familiaris: ut Caribus apud Plutarchum *Artoxerxe*, (δ) quos ideo Perſæ ἀλεκτρυόνας *gallos* vocarunt, διὰ τοὺς λόφους οἷς κοσμοῦσι τὰ κράνη, *criſtarum cauſa quibus exornant galeas.* Simili ratione apud Suetonium in *Cæſare* (ε) Gallica legio *Alauda* dicta. Cæterum *galeam loro ſub collo habebant adnexam*, quod ὀχέα Homerus vocat *Iliad.* III, (ζ) de Paride:

Ἄγχε δέ μιν πολύκεστος ἱμὰς ἁπαλὴν ὑπὸ δειρὴν
Ὅς οἱ ὑπ' ἀνθερεῶνος ὀχεὺς τέτατο τρυφαλείης.

Præfo-

(α) Verſ. 1108. (β) Verſ. 468. ſeq. (γ) Verſ. 785. ſeq. (δ) Tom. I opp. pag. 1016. A. (ε) c. 24. pag. 34. (ζ) Verſ. 371. ſeq.

Digitized by Google

Præfocabat autem eum acu pictum lorum tenero ſub jugulo,
Quod ipſi ſub mento retinaculum adſtringebatur galeæ.

§. II. Pectori circumponebatur Θώραξ *thorax; Iliad.* III, (α) de Paride:

Δεύτερον αὖ θώρηκα περὶ στήθεσσιν ἔδυνεν.

Deinde vero thoracem circa pectora induit. Quæ verba de Hercule armato protulit HESIODUS quoque in *Scuto.* (β) Ita & XENOPHON: (γ) Θώραξ μὲν γὰρ περὶ τὰ στέρνα ἁρμόζων ἑκάστῳ ἔσαι. *Singulis thorax pectori erat adaptatus.* HESYCHIUS (δ) λωρίκιον *loricam parvam* vertit, Romana voce; ut a lorica Romanorum non multum diſtitiſſe cenſeatur. APOLLONIUS pectori apponit θώρηκα στάδιον *rigidum thoracem Argon.* III. (ε) cujuſmodi longum ac erectum fuiſſe arbitrantur; cum reliqui θώρηκες eſſent ἀλυσιδωτοί, *conſerti fibulis,* (ζ) qualem VIRGILIUS celebrat (η)

Loricam conſertam hamis, auroque trilicem.

Plerumque θώραξ *conſtabat ex ſolidiore metallo,* velut ære, unde ſæpius χάλκεος θώρηξ *æreus thorax* apud HOMERUM. (θ) Alias

(α) *Verſ.*332. (β) *Verſ.*124. (γ) *Cyrop. lib.* 2. *p.* 33. *fin.* (δ) *Voc.* Θώραξ. (ε) *Verſ.*1225. (ζ) *Vid. Scholia ad* APOLLON. *l. m. c.* (η) *Æneid.* III. *v.* 467. (θ) *Iliad.* XIII. *v.* 371. *ſeq.* & 397. *ſeq.*

Digitized by Google

Alias etiam ex lino; *Iliados* II, (α) de Ajace Oïlei,

- - Ὀλίγος μὲν ἦεν, λινοθώρηξ·
- - *parvus quidem erat, lineum thoracem geſtans.*

Ab ALCÆO (β) quoque celebrantur

- - - θώρηκές τε νέῳ λίνῳ·
- - - *thoraces novi linei.*

quemadmodum apud XENOPHONTEM (γ) etiam recenſentur λινοῦς θώρακας, *linei thoraces.* Atque hac ratione HOMERUS etiam χιτῶνα *tunicam* armatis aſſignat, quam χάλκεον *æneam* vocat; (δ) στρεπτὸν quoque, (ε) ut ſit *lorica ex annulis tortis compacta Iliad.* II: (ζ)

Ἑκτόρεον δὲ χιτῶνα περὶ στήθεσσι δαΐξαι.
(*Da vero*) *etiam Hectoream circa pectus tunicam diſcindere.*

Et *Iliad.* X. (η) Agamemnon

- - Ἔνδυνε περὶ στήθεσσι χιτῶνα.
- - *Induit circa pectora tunicam.*

Idem ſuperinduit pellem leoninam (ϑ)

Ἀμφὶ δ' ἔπειτα δαφοινὸν ἑέσσατο δέρμα λέοντος,
Et deinde ſanguine infectam induit pellem leonis.

Simi-

(α) *Verſ.* 529. *s. Catalog. Nav. Verſ.* 36. (β) *apud* ATHENÆUM *lib.* XIV. *pag.* 627. *B.* (γ) Ἀναβάσ. *lib.* IV. *pag.* 265 *lin.* 21. (δ) *Iliad.* XIII. *V.* 439. *ſeq.* (ε) *Iliad* V. *Verſ.* 113. (ζ) *Verſ.* 416. (η) *Verſ.* 131. (ϑ) *Iliad.* X. *Verſ.* 23.

Digitized by Google

Similiter Menelaus, (α)

Παρδαλέῃ μὲν πρῶτα μετάφρενον εὐρὺ κάλυψε
Ποικίλῃ. - - - -

Pelle pardi quidem primum tergum latum texit
Varia. - - - -

Quomodo & PINDARUS aſſignat Peliæ regi παρδαλέαν, *pellem pardi Ode* IV. *Pythior.* (β) Ita quoque Hercules pelle leonina ſe induit, apud THEOCRITUM *Idyl.* XXV (γ) *&* *ſeq.* ut eſſet ἕρκος Ἐνυαλίου, *Martis ſeptum.* Apud ORPHEUM (δ) etiam Ancæus urſinam pellem geſtabat

- - Ἄρκτου λάσιον στέρνοις ἀμπίσχετο δέρμα·
- - *Urſi hirſutam pectori induit pellem.*

Sic apud APOLLONIUM *lib.* I. *Argon.* (ε) Argus amictus tauri pelle,

Δέρμα δ' ὁ μὲν ταύροιο ποδηνεκὲς ἀμπέχετ' ὤμοις
Ἄργος Ἀρεστορίδης λάχνῃ μέλαν. - -

Ac humeros amiciverat pelle taurina talari
Atrique velleris Argus Areſtoris. - -

Ubi SCHOLIASTES (ζ) *morem hunc omnibus fuiſſe heroibus priſcis* tradit: Σύνηθες τοῖς ἥρωσι τὸ δερματοφορεῖν. Simili ratione apud VIRGILIUM *Æneid.* V: (η) *Aceſtes*

Horri-

(α) *ibid. Verſ.* 29. (β) ἀντιστ. δ. *Verſ.* 6. (γ) *Verſ.* 279. (δ) *Argon. Verſ.* 199. (ε) *Verſ.* 324. *ſeq.* (ζ) *ad h. l.* (η) *Verſ.* 36. *ſeq.*

Digitized by Google

Horridus in jaculis, & pelle Libyſtidos urſæ.
Et *libro* VIII: (α)

- - - *Quem fulva leonis*
Pellis obit totum, præfulgens unguibus aureis.

§. III. *Accedebat cingulum*, quo lumbos conſtringebant, ζώνην HOMERUS vocat ſeu μίτρην. Sic *Iliad.* V, (β) Mars vulneratus ad imum ventrem

Νείατον ἐς κενεῶνα, ὅθι ζωννύσκετο μίτρην.
Imum in ile, ubi cingebatur cinctu;

Et *Iphidamas percuſſit Agamemnonem*

- - κατὰ ζώνην, θώρηκος ἔνερθε·
- - *ad zonam, thoracem ſubter:*

Iliad. XI. (γ) Menelaum quoque, tuta μίτρη ex ære confecta, ne ſagitta Pandari ventrem trajiceret; *Iliad.* IV. (δ) SCHOLIASTÆ (ε) χαλκῆ λεπὶς, ἣν ζώννυνται περὶ τὸν κενεῶνα χάριν πλείονος ἀσφαλείας. *Lamina ænea, qua ſe circa ventrem cingunt, majoris ſecuritatis gratia.* At vero *Iliad.* XVI (ζ) ἀμιτροχίτωνες *armis ſpoliati* dicti, qui in acie ceciderunt, quos ἀζώστους *cingulo carentes* interpretatur ATHENÆUS *libro* XII. (η) *Cingebant, e, cum prælium eſſet ineundum; Iliad.* XI: (θ)

Ἀτρείδης δ' ἐβόησεν, ἰδὲ ζώννυσθαι ἄνωγεν,

Atrides

(α) Verſ. 552. ſeq. (β) Verſ. 857. (γ) Verſ. 234. (δ) Verſ. 137. & 187. (ε) ad Verſ. 187. (ζ) Verſ. 419. (η) pag. 523. D. (θ) Verſ. 15.

Atrides clamavit; & accingi i. e. armari juſsit.

Unde PAUSANIAS *Bœoticis*: (α) Τὸ δὲ ἐνδῦναι τὰ ὅπλα, ἐκάλουν ἄρα οἱ παλαιοὶ ζώσασθαι. Καὶ δὴ Ὅμηρον Ἄρει τὸν Ἀγαμέμνονα ποιήσαντα ἐοικέναι τὴν ζώνην, τῶν ὅπλων τὴν σκευὴν φασιν εἰκάζειν. *Ipſum vero* arma induere, *veteres* cingere *dixerunt. Nam & Homerum, quum Agamemnonem Marti ſimilem zona feciſſet, de armorum ornatu id intelligi voluiſſe putant.* In eundem modum cingi ſoliti Romani; ut cum ex aliis Scriptoribus, tum PLUTARCHO conſtat, in *Vita Coriolani*: (β) ἦν δὲ τότε τοῖς Ρ'ωμαίοις ἔθος, εἰς τάξιν καθισαμένοις, καὶ μέλλουσι τοὺς θυρεοὺς ἀναλαμβάνειν, καὶ περιζώννυσθαι τὴν τήβεννον· κ. τ. λ. *Moris erat id temporis in acie ſtantibus Romanis, quum jam ſumpturi ſcuta eſſent & togam præcincturi, &c. Prælio commiſſo zonam deponebant;* unde Xerxes apud HERODOTUM *Urania*, (γ) cum fugeret Athenis, Abderis zonam ſoluiſſe dicitur; *veluti loco ab hoſtibus tuto*, ὡς ἐν ἀδείᾳ ἐών.

§. IV. *Tibiarum* quoque *habebant munimenta*, quæ κνημῖδας, *ocreas* HOMERUS vocat: ut cum Paridis ac Achillis arma-

 turam

(α) *s. lib.* IX. *cap.* 17. *pag.* 743. *fin.* (β) *Tom.* I *opp. pag.* 217. *C.* (γ) *s. lib.* VIII. *cap.* 120. *pag.* 503.

turam deſcribit. *Iliad.* III. (α) & XIX. (β)

Κνημῖδας μὲν πρῶτα περὶ κνήμησιν ἔθηκε
Καλὰς, ἀργυρέοισιν ἐπισφυρίοις ἀραρυίας.
Ocreas quidem primum circa tibias poſuit
Pulchras, argenteis fibulis adaptatas.

Sic Hercules apud HESIODUM *Scuto,* (γ)

- - Κνημῖδας ὀρειχάλκοιο φαεινοῦ
Ἡφαίστου κλυτὰ δῶρα, περὶ κνήμησιν ἔθηκε.
- - *Ocreas ex Orichalco ſplendido*
Vulcani inclyta dona, tibiis induxit.

ALCÆUS apud ATHENÆUM *lib.* XIV. (δ) de domo quadam, quam Ἄρει κεκοσμῆσθαι dicit, *Marte ornatam* inſtructamque,

Χάλκειαι δὲ πασσάλοις κρυπτοῖσιν
Περικείμεναι λαμπραὶ κναμῖδες.
Undique vero clavis occultis
Ocreæ ſplendidæ affixæ ſunt.

§. V. Poſtremum *ſcuto ſeu clypeo univerſum corpus protegebant;*

Μηρούς τε, κνήμας τε κάτω, καὶ στέρνα καὶ ὤμους
Ἀσπίδος εὐρείης γαστρὶ καλυψάμενος.
Femora, tibiaſque inferne, & pectora, & humeros
Clypei lati umbone contegens:

ait TYRTÆUS. (ε) Ex corio bubulo plerumque conſtabat, unde ἀσπίδας βοείας HOME-

(α) Verſ. 330. ſeq. (β) Verſ. 369. (γ) Verſ. 122. ſeq. (δ) pag. 627. B. (ε) Carm. III. Verſ. 23. ſeq.

Digitized by Google

HOMERUS ſæpe (α) vocat. Erat hoc multiplex, quo clypei eſſent fortiores, ære ſuperinducto; quomodo deſcribit Sarpedonis ſcutum *Iliad.* XII: (β)

Αὐτίκα δ' ἀσπίδα μὲν πρόσθ' ἔσχετο πάντοσ' ἐΐσην,
Καλὴν, χαλκείην, ἐξήλατον, ἣν ἄρα χαλκεὺς
Ἤλασεν, ἔντοσθεν δὲ βοείας ῥάψε θαμειὰς,
Χρυσείοις ῥάβδοισι διηνεκέσιν περὶ κύκλον.

Statim vero clypeum quidem ante ſe ferebat undique æqualem,
Pulchrum, æneum, lamina ductili tectum, quod faber
Ductili artificio fecerat, intus vero pelles bovinas conſuerat ſpiſſas,
Aureis virgis perpetuis circa orbem.

Ita Ajacis ſcutum dicerem fuiſſe ἑπταβόειον, *e ſeptem boum pellibus, quibus octavum accedebat æs. Iliad.* VII: (γ)

— — — Σάκος ἑπταβόειον
Ταύρων ζατρεφέων, ἐπὶ δ' ὄγδοον ἤλασε χαλκόν.

At Æneæ clypeus quinque plicas habebat, duas æneas, duas ſtanneas & unam auream,

Λεπτοτάτη δ' ἐπέην ῥινὸς βοός. — —
Tenuiſſimum erat inductum corium bovis:

 Iliad.

(α) *Veluti Iliad.* V. *Verſ.* 452. *ſeq.* XII. *Verſ.* 425. *ſeq.*
(β) *Verſ.* 294. *ſeqq.* (γ) *Verſ.* 219. *ſeq.* & 223.

Digitized by Google

Iliad. XX. (α) *Quinque etiam plicæ dicuntur fuiſſe in clypeo Achillis*, qui deſcribitur *Iliad.* XVIII: (β)

Πέντε δ' ἄρ' αὐτοῦ ἔσαν σάκεος πτύχες.

Teucer quoque

- Ἀμφ' ὤμοισι σάκος θέτο τετραθέλυμνον.

- *Circum humeros poſuit ſcutum quadruplex:* *Iliad.* XV. (γ) HESYCHIO, (δ) τετράπτυχον, ἐκ τεσσάρων πτυχῶν τεθειμένον, ὅ ἐστιν ἐπιθήματα ἔχων τέσσαρα ἐπάλληλα, ἐκ τεσσάρων δερμάτων συνεστός, *e quadruplici bovis tergore conſutum;* τέσσαρας θέσεις ἔχων ἐπ' ἀλλήλους, *quatuor plicas habens ſibi invicem ſuperimpoſitas*: ut ait SCHOLIASTES. (ε) Circularis erat figuræ, unde εὐκύκλους ἀσπίδας *clypeos pulchre orbiculatos* dixit HOMERUS *Iliad.* V. (ζ) Et ἄντυγα paſſim celebrat *exteriorem* περιφέρειαν *circumferentiam*, quæ etiam varia erat ac multiplex, corio extrema parte prominente, ut de Hectore *Iliad.* VI: (η)

Ἀμφὶ δέ μιν σφυρὰ τύπτε καὶ αὐχένα δέρμα κελαινὸν,
Ἄντυξ ἣ πυμάτη θέεν ἀσπίδος ὀμφαλοέσσης.
Circum autem ipſum malleolos pulſabat & cervicem corium nigrum,

Ora

(α) Verſ. 276. (β) Verſ. 481. (γ) Verſ. 479. (δ) Voc. Τετραθέλυμνον. (ε) *ad Iliad.* XV. V. 479. (ζ) Verſ. 453. (η) Verſ. 117. *ſeq.*

Digitized by Google

Ora quæ extrema currebat circa ſcutum umbonem habens.

§. VI. Adnexum erat *lorum*, quod τελαμῶνα HOMERUS appellat, quale argenteum in clypeo Achillis laudat,

— — Περὶ δ' ἄντυγα βάλλε φαεινὴν,
Τρίπλακα, μαρμαρέην, ἐκ δ' ἀργύρεον τελαμῶνα.
— — *Orbe etiam (clypeum) circumdedit fulgido*
Triplicem, candentem, & ab eo nexit argenteum lorum:

Iliad. XVIII. (α) Hoc ſuſpenſum erat ex humeris ſcutum, *Iliados* XVI: (β)

— — — — Αὐτὰρ ἀπ' ὤμων
Ἀσπὶς σὺν τελαμῶνι χαμαὶ πέσε τερμιόεσσα.
— — — — *Et ab humeris*
Clypeus cum loro in humum cecidit talaris.

Ex ſiniſtra vero parte propendebat, ut dextra hoſtem libere aggrederentur. *Iliad.* XVI. (γ) de Ajace,

— — Ὁ δ' ἀριστερὸν ὦμον ἔκαμνεν,
Ἔμπεδον αἰὲν ἔχων σάκος αἰόλον. — —
— — *Ille vero ſiniſtro humero delaſſabatur,*
Firmiter uſque tenendo ſcutum varium. —

Hinc apud VIRGILIUM *Æneid.* II: (δ)

— — *Clypeoque ſiniſtram*

(α) *Verſ.* 479. *ſeq.* (β) *Verſ.* 802. (γ) *Verſ.* 106
(δ) *Verſ.* 671. *ſeq.*

Inſertabam aptans. - -

ÆLIANUS quoque narrat *lib.*XI. *cap.*IX. (α) Scipionem, oſtentanti affabre factum ſcutum militi, dixiſſe: non in læva, ſed in dextra homini Romano ſpem ponendam. PLINIUS *Hiſtor. Natur. lib.* XXXIII. *cap.* I. (β) *Quisquis annuli uſum primus inſtituit, cunctanter id fecit, læviſque manibus ac latentibus induit, cum ſi honos ſecurus fuiſſet, dextra fuerit oſtentandus. Quod ſi impedimentum potuit in eo aliquod intelligi, etiam conſertoris uſu, argumentum eſt, majus in læva fuiſſe, qua ſcutum capitur. Inſertorium* utique vocat quod HOMERUS τελαμῶνα; niſi malimus intelligere κανόνας *manubria* quæ in clypeo appellat: uti illo Idomenei *Iliad.* XIII, (γ)

Δινωτὴν φορέεσκε, δύω κανόνεσσ' ἀραρυῖαν.

Tornatum gerebat, duobus manubriis aptatum.

Et *libro* VIII: (δ)

Ἀσπίδα Νεσορέην τῆς νῦν κλέος οὐρανὸν ἵκει,
Πᾶσαν χρυσείην ἔμεναι, κανόνας τε καὶ αὐτήν.

Clypeum Neſtoreum, cujus nunc fama ad
cælum pervenit,
Totum aureum eſſe, manubriumque & ipſum.

SCHOLIASTES: (ε) ῥάβδους αἷς ἐκράτουν τὰς ἀσπίδας, *virgas, quibus clypeos tenebant.*

EUSTA-

(α) *pag.* 532. (β) *Tom.* II *pag.* 440. (γ) *Verſ.* 407. (δ) *Verſ.* 192. *ſeq.* (ε) *ad loc. ult. cit.*

Digitized by Google

EUSTATHIUS (α) tradit ex veterum ſententia eſſe ῥάβδους ἀναφορέας τῆς ἀσπίδος, *virgulas clypeum ſuſtinentes*, quippe nondum inventa ὄχανα, id eſt, οἱ δὴ ἱμάντων πόρπακες, *anſæ loricales.* Et HESYCHIUS, (β) Κανόνες, αἱ τῆς ἀσπίδος ῥάβδοι, ἀφ' ὧν ὁ τελαμὼν ἐξῆπτο. Κανόνες *ſunt virgulæ clypei, a quibus lorum enſis dependebat.*

CAPUT NONUM.

De Haſta, Gladio, Arcu, aliisque Armis.

ΣΥΝΟΨΙϹ.

Haſtæ, earumque
Materia & partes §. I.
Genera varia §. II.
Gladius §. III.
Arcus §. IV.
Funda §. V.
Bipennes §. VI.
Clava §. VII.

§. I.

IN armis quæ ad lædendum hoſtem ſunt comparata, primum locum tenet *Haſta*; cujus ſolo nomine reli-

(α) *ad loc. eund. pag.* 707. *lin.* 57. *ſeqq.* (β) *Voc.* Κανών.

Digitized by Google

qua omnia ſæpius veniunt notanda. *Conſtabat ex ligno, plerumque fraxineo;* unde Μελίην *fraxinum* ſæpe appellat POETA: peculiariter illam Achillis,

Πηλιάδα μελίην τὴν πατρὶ φίλῳ τάμε Χείρων
Πηλίου ἐκ κορυφῆς, φόνον ἔμμεναι ἡρώεσσιν.

Peliadem fraxinum, quam patri ejus ceciderat Chiron
Pelii ex vertice, cædis auctorem futuram heroibus:

Iliad. XIX. (α) Unde PLINIUS *Hiſt. Nat. libro* XVI. *cap.* XIII. (β) de fraxino loquens: *Procera hæc ac teres, pennata & ipſa folio, multumque Homeri præconio & Achillis haſta nobilitata.* *Cuſpis* αἰχμὴ erat ænea, unde paſſim χάλκεον ἔγχος *ænea haſta.* Erat quoque *ima parte æs acuminatum, quo in terram defixo, haſtæ ſtabant erectæ:* Σαυρωτῆρες HOMERUS vocat *Iliad.* X. (γ) HESYCHIUS (δ) τὸ ἔσχατον σιδήρειον τοῦ δόρατος. *Ferramentum imum haſtæ.* Ita POLLUX *lib.* I. *cap.* X. (ε) Et EUSTATHIUS (ζ) ait veteribus dictum τὸ ἐν ἑτέρῳ ἄκρῳ τοῦ δόρατος ἔσχατον ὀπίσθιον σιδήρειον, *infimæ cuſpidi haſtæ ex adverſo additum ferramentum.* Ait vero

(α) *Verſ.* 390. *ſeq.* (β) *Tom.* II *pag.* 244. (γ) *Verſ.* 153. (δ) *hac Voc.* (ε) *§.* 136. *pag.* 93. & *libro* X, *cap.* XXXI. §. 143. *pag.* 1325. (ζ) *ad Iliad.* X. *Verſ.* 153. *pag.* 795. *lin.* 32.

Digitized by Google

vero (α) ipſe: *fuiſſe* σιδήρειον κοῖλον ἐξ ἄκρου ὀξὺ, ᾧ ἐνπθέμενον τὸ ὀπίσω ἄκρον τοῦ δόρατος ὀρθὸν αὐτὸ ἱστάναι ποιεῖ, πηγνύμενον κατὰ γῆς· *ferramentum concavum mucronatum, cui inſeritur ultima pars haſtæ, quo terræ infixa haſta, conſiſtebat erecta; utique* κατὰ σκόλοπα ἤγουν σαυρὸν, *ad modum patibuli ſeu crucis*: ut ſit quaſi σαυρωτήρ. Utcunque res habeat, certum eſt, ſolitos veteres σαυρωτῆρι haſtas erigere, cum a bellico labore ſe reficerent, quemadmodum videmus factum a Diomede ac ſociis dormientibus: (β)

- - - ἔγχεα δέ σφιν
Ὄρθ' ἐπὶ σαυρωτῆρος ἐλήλατο. - -
- - - *Et haſtæ ipſis*
Erectæ in cuſpide poſteriore fixæ erant.

Idem obſervatum ab Illyriis ſua tempeſtate tradit ARISTOTELES *lib. de Art. Poëtica*: (γ) & ſimile quid apud Hebræos obtinuiſſe conſtat ex 1. *Samuel. cap.* XXVI. (δ) Alias haſtis ſtabant inclinati, quemadmodum Achilles defeſſus,

Στῆ δ' ἄρ' ἐπὶ μελίης χαλκογλώχινος ἐρεισθείς,
Stetit autem fraxino ære præfixa innixus:

Iliados XXII. (ε)

(α) *ibid. lin.* 30. *ſeq.* (β) *Iliad.* X. *verſ.* 152. *ſeq.* (γ) *cap.* XXV. *Tom.* IV *opp. pag.* 30. *C.* (δ) *comm.* 7. (ε) *verſ.* 225.

§. II. Porro *duplex erat haſtarum genus;* unum quo cominus, alterum, quo eminus pugnabant. STRABO *lib.* X: (α) Διττὴ γὰρ ἡ τῶν ὅπλων χρῆσις, ἡ μὲν, ἐκ χειρὸς, ἡ δ' ὡς παλτοῖς. *Eſt enim duplex haſtæ uſus, unus cominus, alter jaculando.* HOMERUS Eubœenſes maximi celebrat *Iliad.* II: (β) ubi dicuntur

Αἰχμηταὶ μεμαῶτες ὀρεκτῇσι μελίῃσι
Θώρηκας ῥήξειν. - -

Bellatores docti porrectis haſtis fraxineis
Thoraces diſrumpere. - -

Taliſque fuit Achillis haſta, quam nemo præter eum poterat agitare. (γ) Ex altero genere fuit Hectoris illa haſta, quam in Achillem conjecit *Iliad.* XXII: (δ)

Στῆ δὲ κατηφήσας, οὐδ' ἄλλ' ἔχε μείλινον ἔγχος·

Stetit autem vultu dejecto, neque enim aliam habebat fraxineam haſtam:

Indeque gladio diſtricto eum aggreſſus eſt. Ita Paris & Menelaus inter ſe ſortiti, uter prior emitteret haſtam; quod cum utrinque eſſet factum, gladio depugnarunt; *Iliad.* III. (ε) Simili ratione apud THEOCRITUM *Idyl.* XXII, (ζ) Caſtor

(α) *pag.* 448. *D.* (β) *Verſ.* 543. *ſ. Catalog. Navium Verſ.* 50. (γ) *Iliad.* XVI. *Verſ.* 140. *ſeq.* (δ) *Verſ.* 293. (ε) *Verſ.* 340. *ſeqq.* (ζ) *Part.* II. *Verſ.* 191. *ſeq.*

Digitized by Google

ſtor & Lynceus haſtas in ſe invicem contorſerunt, quibus clypeorum umbone diffractis gladios evaginarunt,

Τὼ δ' ἄορ' ἐκ κολεοῖιν ἐρυσσαμένω, φόνον αἰπὺν
Τεῦχον ἐπ' ἀλλάλοισι· - - -
Illi vero enſes e vaginis ſtringentes, rurſum cædem
Sibi mutuo ſtruebant. - -

§. III. *Gladium* ferebant ab humeris loro ſuſpenſum. *Iliad.* II, (α) & XI. (β) de Agamemnone,

Ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισιν βάλετο ξίφος ἀργυρόηλον,
Ex humeris vero ſuſpendit gladium argenteis clavis diſtinctum.

Et *Odyßeas* II. (γ) de Telemacho:

- - Περὶ δὲ ξίφος ὀξὺ θέτ' ὤμῳ.
- - *Gladiumque acutum ſuſpendit ab humeris.*

Et HESIODUS *Scuto Herculis*, (δ)

Ὤμοισιν δέ μιν ἀμφὶ μελάνδετον ἄορ' ἔκειτο
Χάλκεον ἐκ τελαμῶνος, - - -
Ex humeris autem circa eum vagina incluſus niger gladius pendebat
Æreus ex loro. - - -

In latus vero deſinebat; unde paſſim dicti

(α) Verſ. 45. (β) Verſ. 29. (γ) Verſ. 3. (δ) Verſ. 221. ſeq.

Digitized by Google

dicti milites extrahere παρὰ μηροῦ *a femore*, ut *Iliad.* I. (α)

- - Φάσγανον ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ.

- - *Gladium acutum ſtringens a femore.*

Et alibi. Sic apud Virgilium *lib.* X. (β) Æneas:

- - - - *Ocyus enſem*

Eripit a femore. - - -

Et *libro* VIII: (γ) *Evander*

- - *Lateri atque humeris Tegæum ſubligat enſem.*

Gladiorum vero vaginis appendebant *pugiones* μάχαιραι, uti patet ex Agamemnone *Iliad.* III: (δ)

- Ἀτρείδης δὲ ἐρυσσάμενος χείρεσσι μάχαιραν,
Ἥ οἱ πὰρ ξίφεος μέγα κουλεὸν αἰὲν ἄωρτο,
Ἀρνῶν ἐκ κεφαλέων τάμνε τρίχας. - -

Atrides vero diſtricto manibus cultro,
Qui ejus ad enſis magnam vaginam ſemper appenſus erat,
Agnorum ex capitibus abſcidit pilos. -

Et vero ſimile eſt, hoc veluti cultro uſos in menſa; quando apud Græcos non alia vox huic rei ſignificandæ apta. Morem hunc veteribus Gallis tribuit Pos-

(α) *Verſ.* 190. *Vid.* & *Iliad.* V. *Verſ.* 666. &c. 694. *Odyſſ.* IX. *Verſ.* 300. X. *Verſ.* 126. 294. 321. 535. (β) *Verſ.* 786. & 788. (γ) *Verſ.* 459. (δ) *Verſ.* 271. *ſeqq.*

Digitized by Google

POSIDONIUS apud ATHENÆUM *libro* XIV: (α) quem hodieque apud pleroſque milites obtinere videmus.

§. IV. Poſt gladium venit *Arcus*, quem etiam humeris habebant aptatum cum pharetra ſagittis inſtructa; ut videre licet in Apolline *Iliad.* I: (β)

Τόξ' ὤμοισιν ἔχων ἀμφηρεφέα τε φαρέτρην.

Arcum humeris geſtans, & undique tectam pharetram.

Sic Hercules apud HESIODUM: (γ)

- - Κοίλην δὲ περὶ στήθεσσι φαρέτρην
Καββάλετ' ἐξόπιθεν. - - -

- - *Cavam autem circa pectora pharetram*
Rejecit in tergum. - - -

Et Chloreo apud VIRGILIUM *Æneid.* XI: (δ)

Aureus ex humero ſonat arcus.

Sagittationis graphica deſcriptio eſt *Iliados* IV, (ε) ubi Pandarus Menelaum vulnerat. Cornua arcus ex capra ſylveſtri facta; aurea impoſita κορώνῃ *curvatura*, *ad quam ponebantur ſagittæ*, *crena nervo bovino ex altera parte immiſſa. Jaculaturus* autem *nervum mammæ admovet; qui mos etiam fuit Amazonum: at nunc in aurem dextram trahitur*,

(α) *pag.* 151. *fin.* & *ſeq.* (β) *Verſ.* 54. (γ) *Verſ.* 129. *ſeq.* (δ) *Verſ.* 652. (ε) *Verſ.* 105. *ſeqq.*

Digitized by Google

bitur, ait EUSTATHIUS; (α) quod facere etiam ſolitos Perſas teſtatur PROCOPIUS *lib.* I. *de Bell. Perſ.* (β) Ἕλκεται δὲ αὐτοῖς κατὰ τὸ μέτωπον ἡ νευρὰ, παρ' αὐτὸ μάλιστα τῶν ὤτων τὸ δεξιόν. *Cæterum elato ad frontem arcu, nervum retorquent, ad aurem pene uſque dextram.* Porro σίδηρον *ferrum* vocat HOMERUS telum, (γ) a cuſpide fortaſſis ferro præmunita. Alias tela quoque veneno fuiſſe armata, liquet ex *Odyſſ.* I: (δ) ubi Ulyſſes fertur profectus in Ephyram,

Φάρμακον ἀνδροφόνον διζήμενος, ὄφρα οἱ εἴη
Ἰοὺς χρίεσθαι χαλκήρεας. - -

Venenum mortiferum inquirens, ut poſſet
Sagittas ungere æratas. - -

Ita VIRGILIUS *Æneid.* IX. (ε) de Amyco,

- - - *Quo non felicior alter*
Ungere tela manu, ferrumque armare veneno.

Mos hic Parthis ac Scythis magis uſitatus, quam Græcis. Cæterum non modo ſagittis arcu emiſſis utebantur; ſed vel maxime *jaculis*, quæ ἄκοντα HOMERUS vocat, (ζ) *manu vibratis.*

§. V.

(α) *ad l. m. c. pag.* 452. *lin.* 5. *ſeq.* (β) *cap.* I. *Vid. Script. Hiſt. Byzantin. pag.* 226. *D.* (γ) *Iliad.* IV. *Verſ.* 123. *Odyſſ.* XXI. *Verſ.* 3. 81. *&c.* (δ) *Verſ.* 261. *ſeq.* (ε) *Verſ.* 772. *ſeq.* (ζ) *Iliad.* XI. *Verſ.* 551. XVII. *Verſ.* 661. *Odyſſ.* XIV. *Verſ.* 225. *&c.*

Digitized by Google

§. V. Arcui vicina σφενδόνη *funda*: quam POETA appellat ἐΰστροφον οἰὸς ἄωτον, *tortam ovis lanam Iliad.* XIII: (α) ubi ait Locros non uſos ſcutis vel haſta, ſed arcubus ac fundis. Hac lana quoque obligata Agenori manus, haſta vulnerata: (β)

Αὐτὴν δὲ ξυνέδησεν ἐϋστρόφῳ οἰὸς ἀώτῳ,
Σφενδόνῃ, ἣν ἄρα οἱ θεράπων ἔχε ποιμένι λαῶν.
Ipſam vero colligavit ſcite circumvoluta ovis lana,
Funda, quam ei miniſter tenebat paſtori populorum.

Δουλικώτερον *magis ſervile* hoc armaturæ genus cenſet Cyrus, apud XENOPHONTEM VII. *Pædiæ:* (γ) eoque vult inermem multitudinem uti. Et Alexander apud CURTIUM *libro* IV. (δ) hoſtiles copias elevans, *Intuerentur*, inquit, *barbarorum inconditum agmen: alium nihil præter jaculum habere; alium funda ſaxa librare, paucis juſta arma eſſe.*

Sed & *ipſi heroës manu ſaxa contorquebant*. Sic namque Agamemnon *Iliados* XI. (ε) pugnabat

Ἔγχεΐ τ', ἄορί τε, μεγάλοισί τε χερμαδίοισιν.
Haſtaque, enſeque, magniſque ſaxis.

Et

(α) *Verſ.* 716. (β) *ibid. Verſ.* 599. *ſeq.* (γ) *pag.* 149. *lin.* 16. (δ) *cap.* XIV. *comm.* 5. (ε) *Verſ.* 265.

Digitized by Google

Et Ajax Hectorem ſaxo ferit *Iliad.* VII. (α) & XIV. (β) Hector Epigeum, (γ) Patroclus Sthenelaum *Iliad.* XVI. (δ) Sic apud PINDARUM *Ode* IV. *Nem.* (ε) πέτρῳ *ſaxo* occiſi duodecim heroës. Mardonium quoque lapide occidit in prælio Spartiata, λίθῳ τὴν κεφαλὴν πατάξας, *capite ejus lapide icto*: ut eſt apud PLUTARCHUM *Ariſtide.* (ζ) *Ex muris præcipue ſaxa dejicere ſoliti in invadentem hoſtem*: quemadmodum Danai

- - χερμαδίοισιν ἐϋδμήτων ἀπὸ πύργων
Βάλλον ἀμυνόμενοι· - - -

Iliados XII. (η) Sic apud VIRGILIUM *Æneid.* IX. (θ) *Teucri,*

Saxa quoque infeſto voluebant pondere. -

Et HERODOTUS *Urania* (ι) narrat, *Athenienſes in barbaros portas ſubeuntes ſaxa molaria devolviſſe.* Atque hoc modo ad Argos interemptus *Pyrrhus Epirota, qui, dum Antigonum in urbe clauſum expugnare conatur, inter confertiſſimos violentiſſime dimicans, ſaxo de muris ictus*: ut ait JUSTINUS *libro* XXV. (κ) §. VI.

(α) *Verſ.* 268. *ſeqq.* (β) *Verſ.* 409. *ſeqq.* (γ) *Iliad.* XVI. *Verſ.* 577. *ſeq.* (δ) *Verſ.* 586. *ſeq.* (ε) ϛροφ. β. *Verſ.* 7. *ſeqq.* calculum vero ſi ex *Verſ.* 10. poſueris, *viginti quatuor* emergunt. (ζ) *Tom.* I *opp. pag.* 330. C. (η) *Verſ.* 154. *ſeq.* (θ) *Verſ.* 512. *coll.* 510. (ι) *s. lib.* VIII. *cap.* 52. *pag.* 479. (κ) *cap.* V. *comm.* 1.

Digitized by Google

§. VI. *Bipennes* quoque, quas ἀξίνας HOMERUS vocat, uſurparunt. Hoc armorum genere Piſander excepit Agamemnonem, cum gladio invadentem *Iliad.* XIII. (α) In navali etiam pugna adhibuerunt, *Iliados* XV: (β)

Ὀξέσι δὴ πελέκεσσι καὶ ἀξίνῃσι μάχοντο.

Acutis jam ſecuribus & bipennibus pugnabant.

Ibidem & *contis uſi*, (γ)

Μακροῖσι ξυστοῖσι, τά ῥά σφ' ἐπὶ νηυσὶν ἔκειτο
Ναύμαχα, κολλήεντα, κατὰ στόμα εἱμένα χαλκῷ.
Longis contis, qui eis in navibus jacebant
Ad navale prælium apti, compacti, os obducti ære.

§. VII. Poſtremum *clava* quoque in bello uſi, ut Areithous cognomento Κορυνήτης *Claviger*, qui non arcu vel haſta pugnabat,

Ἀλλὰ σιδηρείῃ κορύνῃ ῥήγνυσκε φάλαγγας·

Sed ferrea clava rumpebat phalangas:

Iliad. VII. (δ) Talis quoque Periphetes ille κορυνήτης *clavatus* dictus apud PLUTARCHUM, (ε) unica clava armatus, quam abſtulit victor Theſeus: ut etiam retulit DIODORUS SICULUS *lib.* IV. (ζ)

(α) *Verſ.* 612. (β) *Verſ.* 711. (γ) *Verſ.* 388. *ſeq.*
(δ) *Verſ.* 141. (ε) *Vit. Theſei Tom.* I *opp. p.* 4. *B.*
(ζ) *cap.* LXI. *pag.* 262.

Digitized by Google

CAPUT DECIMUM.

De armorum Materia ac Forma.

ΣΥΝΟΨΙC.

Materia armorum
Æs §. I.
Ferrum §. II.
Stannum, aurum & *argentum* §. III.
Forma armorum
Decora §. IV.
Terribilis §. V.

§. I.

ARma pleraque veterum heroum *ex ære* componit HOMERUS: eumque ſecuti antiquiores Poëtæ Græci, ac Latini. Multus eſt in hac re aſtruenda PAUSANIAS *Laconicis*, (α) & ænea fuiſſe veterum arma confirmat ex Piſandri bipenni ſeu ſecuri, ac Merionæ telo, quas æneas prodidit HOMERUS; (β) itemque ex Achillis haſta Phacelide in Minervæ templo poſita, & Memnonis enſe apud Nicomedenſes in Æſculapii fano aſſervato, qui totus ex ære, cum haſtæ illius ima tantum & ſumma cuſpis ſit ærea. PLUTARCHUS quoque in *Vita*

(α) *l. lib.* III. *cap.* 3. *pag.* 211. (β) *Iliados* XIII. *Verſ.* 612.

Digitized by Google

Vita Theſei (α) narrat, cuſpidem haſtæ æneam, enſemque æneum repertum a Cimone Miltiadis, cum ex ejus ſepulcro, quod extabat in inſula Saro, Athenas oſſa transportaret. Similiter HERODOTUS *Euterpe* (β) memoria prodidit, Jonas quoſdam & Cares prædandi gratia in Ægyptum venientes, *ære fuiſſe armatos*, ὁπλισθέντας χαλκῷ. Huc pertinet quod ſcribit DIONYSIUS HALICARNASSEUS *libro* IV. *Antiq. Rom.* (γ) Servium Tullum ſelectæ cuidam tribui imperaſſe arma ænea: ἀσπίδας Ἀργολικὰς, καὶ θώρακα, καὶ κράνη χάλκεα, καὶ θώρακας καὶ κνήμιδας καὶ ξίφη, *clypeum Argivum, loricam & galeam ex ære, & ocreas; haſtam & gladium.* Inde LIVIUS *libro* I. (δ) *Arma his imperata, galea, clypeus, ocreæ, lorica, omnia ex ære.* Nimirum *prior apud mortales fuit æris quam ferri uſus*: ut teſtatur HESIODUS Ἔργοις, (ε) ubi de variis mundi ætatibus agit:

Τοῖς δ' ἦν χάλκεα μὲν τεύχεα, χάλκεοι δέ τε οἶκοι,
Χαλκῷ δ' ἐργάζοντο· μέλας δ' οὐκ ἔσκε σίδηρος.

His erant ænea arma, æneaque domus,

(α) *Tom.* I *opp. pag.* 17. *B.* (β) *s. lib.* II. *cap.* 152. *pag.* 149. (γ) *pag.* 221. *lin.* 22. *ſeq.* (δ) *cap.* 43. *Tom.* I. *pag.* 85. (ε) *Verſ.* 149. *ſeq.*

Ære vero operabantur: nigrum enim non-
dum erat ferrum.

Confirmat hanc ſententiam LUCRETIUS, *libro* V: (α)

Arma antiqua Manus, Ungues, Denteſque
fuerunt,
Et Lapides, & item ſylvarum fragmina Rami,
Et Flammæ, atque Ignes, poſtquam ſunt
cognita primum:
Poſterius Ferri vis eſt, Æriſque reperta:
Et prior Æris erat quam Ferri cognitus uſus.

§. II. Hinc factum, ut poſtquam jam invaluiſſet *ferri uſus*, tamen æri ſua dignitas permanſerit, armaque heroum ex eo compoſita fuerint. Quin & æris nomine denotatum ferrum; ſiquidem χαλκεύς *faber ærarius* dictus ὁ τὸν σίδηρον ἐργαζόμενος, *qui ferrum exercet*: ait ARISTOTELES in *Poëtica*; (β) cujus exemplum apud HOMERUM *Odyſſ.* IX. (γ) ubi cum χαλκεύς dictus eſſet ſecurim ſtridentem aqua tingere, ſubjungitur

- - Τὸ γὰρ αὖτε σιδήρου τε κράτος ἐστίν.
- - *Hoc enim jam ferri utique robur eſt.*

Ita PLUTARCHUS *Camillo*: (δ) ἐχαλκεύσατο κράνη τοῖς πλείστοις ὁλοσίδηρα. *Galeas pleriſque fer-*

(α) *Verſ.* 1282. *ſeqq.* (β) *cap.* XXV. *Tom.* IV *opp. pag.* 31. *B.* (γ) *Verſ.* 393. (δ) *Tom.* I *opp. pag.* 150. *D.*

ferreas paravit. Quod movit nonnullos, ut quæ *χάλκεα ænea* HOMERUS appellat, *ferrea* verterent. Sed ferrum ab ære manifeſte diſtinguit POETA, (α) in heroum armatura. In qua hoc videtur obſervaſſe, *ut ferri uſum pene ad arma defenſionis gratia comparata* reſtringat; *in cæteris* promiſcue ponat *æs.* Nimirum, ut poſt ARISTOTELEM (β) ſcripſit PLUTARCHUS in *Sympoſiacῶν lib.* III. (γ) vulnera ære inflicta minus dolent, faciliuſque curantur. Ut proinde generoſi illi heroës ære hoſtem aggredi, quam ferro maluerint.

§. III. *Stannum* quoque fuit in heroum armis; ut in thorace Agamemnonis *Iliad.* XI: (δ) Ocreis Achillis *Iliados* XVIII, (ε) Clypeo Æneæ *Iliad.* XX, (ζ) & aliis id genus. *Auri* quoque *&* *argenti maximus uſus* heroum armis paſſim apparet. At *Iliad.* II, (η) Amphimachus vituperatur, quod inſtar puellæ, aurum geſtans ad bellum profectus ſit:

Ὃς καὶ χρυσὸν ἔχων πόλεμόνδ᾽ ἴεν ἠΰτε κούρη,
Νήπιος. - - - - -

(α) *Vid. not.* (β) *Problem. Sect.* I. *Quæſt.* 35. *Tom.* IV *opp. pag.* 43. *A.* (γ) *cap.* X. *pag.* 659. *C.* (δ) *Verſ.* 34. (ε) *Verſ.* 612. (ζ) *Verſ.* 271. (η) *Verſ.* 872. *&* *Catal. Nav. Verſ.* 370. *ſeq.*

Digitized by Google

Qui & aurum geſtans ad bellum ibat velut
puella,
Stultus. - - - -

Ita quoque Perſis aurum vitio verſum apud PLUTARCHUM *Ariſtide*: (α) ἐσθῆτες ποικίλματα, καὶ χρυσὸς ἐπὶ σώμασι μαλακοῖς καὶ ψυχαῖς ἀνάνδροις. *Veſtes picturatæ, & aurum in corporibus mollibus & animis effœminatis.* Eorum tamen more ornatos Homericos heroas dicit DIO CHRYSOSTOMUS *Orat.* II. *de Regno.* (β) Οὔκουν φαίνεται χρυσοφορίας ἐπαινῶν ὁ Ὅμηρος, καὶ ταῦτα εἰς πόλεμον, ψελλίων τε καὶ στρεπτῶν, ἔτι δὲ χρυσῶν φαλαρείων καὶ χαλινῶν, ὁποῖα τοὺς Πέρσας φασὶν ἐπιτηδεύειν. *Non igitur videtur Homerus auri geſtationem approbare, & præſertim in bellum, armillarum & torquium, inſuper & aurearum phalerarum & frenorum, quibus ſummopere Perſas ſtudere ajunt.*

§. IV. *Armorum* quoque *ſplendor* valde ab heroibus affectatus; non tam *ad decus*, quam *ad metum hoſtibus incutiendum;* uti *Iliad.* XIII: (γ)

- - Ὄσσε δ' ἄμερδεν
Αὐγὴ χαλκείη. - -

- - *oculos autem perſtringebat*
Splendor æreus. - -

In

(α) *Tom.* I *opp. pag.* 328. C. (β) *pag.* 29. B. (γ) *verſ.* 340. *ſeq.*

In hunc modum *variis* quoque *picturis diſtinguebant*. Qualis thorax ille Agamemnonis, cujus decem ſemitæ ex nigro Cyano metallo, duodecim ex auro, viginti ex ſtanno; cærulei vero dracones tres juxta collum erant protenſi *Iliad.* XI. (α) In clypeis potiſſimum hoc obtinebat, qualis ſupra alios ab HOMERO deſcribitur ille Achillis, factus a Vulcano variarum rerum imaginibus inſignis: *Iliad.* XVII. (β) Cui ſimilis is, quem ſingulari poëmate complexus HESIODUS, *Scuto Herculis*: (γ) Quem item Æneæ datum a Vulcano ſcribit VIRGILIUS *Æneid.* VIII. (δ) Turni quoque clypeus depictam habebat Jo, cum cuſtode Argo, & Inachum amnem vina fundentem. (ε)

§. V. Ita vero *moris fuit perpetuo inſigne aliquod in ſcuto geſtare.* SERVIUS *ad lib.* II. *Æneid.* (ζ) ſcribit, in Græcorum clypeis Neptunum fuiſſe pictum, Minervam in illis Trojanorum. At Ulyſſes Delphinis inſigne habuiſſe dicitur PLUTARCHO (η) *De Solertia Animalium.*

(α) *Verſ.* 32. *ſeqq.* (β) *Verſ.* 481. *ſeqq.* (γ) *a Verſ.* 139. *ad* 320. (δ) *Verſ.* 729. (ε) *Æneid.* VII. *Verſ.* 789. *ſeqq.* (ζ) *Verſ.* 396. (η) *Tom.* II *opp. pag.* 985. *B.*

lium. Agamemnon vero Terrorem leonis capite expreſſum, apud PAUSANIAM *Eliacis.* (α) PLUTARCHUS quoque narrat, (β) Alcibiadem notatum ob ἀσπίδος διαχρύσου ποίησιν, οὐδὲν ἐπίσημον τῶν πατρίων ἔχουσαν, ἀλλ' ἔρωτα κεραυνοφόρον, *clypeum deauratum, in quo non aſſueta a majoribus inſignia habebat inſculpta, ſed Amorem fulmen tenentem.* Priores hujus rei auctores dicti Cares apud HERODOTUM *Clio:* (γ) Καὶ γὰρ ἐπὶ τὰ κράνεα λόφους ἐπιδέεσθαι Κᾶρές εἰσι οἱ καταδέξαντες· καὶ ἐπὶ τὰς ἀσπίδας τὰ σημεῖα ποιέεσθαι· καὶ ὄχανα ἀσπίσι οὗτοί εἰσι οἱ ποιησάμενοι πρῶτοι. *Galeis criſtas imponendas primi oſtenderunt Cares, clypeis ſigna adjunxere, poſtremo lora quoque ſcutorum excogitaverunt.* Atque hæc de veterum Græciæ heroum armatura ex HOMERO dicta ſunto; quibus corollarii loco ſubjiciendum, quod notavit PLUTARCHUS, eum fortiſſimos quoſque ac pugnaciſſimos viros quam optime armatos in certamen educere, ut vita non temere ſit exponenda: Ὅθεν Ὅμηρος μὲν ἀεὶ τοὺς θαῤῥαλεωτάτους καὶ μαχιμωτάτους ἄνδρας εὖ καὶ καλῶς ὡπλισμένους ἐξάγει πρὸς τοὺς ἀγῶνας. *Unde* for-

(α) *Prior. s. lib.V. cap.* 19. *pag.* 425. (β) *Vit. Alcibiadis Tom.* I *opp. pag.*198. *fin.* (γ) *s. lib.* I *cap.* 171. *pag.* 71.

Digitized by Google

fortiſſimos quoſque & bellicoſiſſimos viros educit ubique ad certamen Homerus accurate armatos, in *Pelopida*. (α)

CAPUT UNDECIMUM.

De Equis.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Equorum
- *Ornamenta* §. I.
- *Cura* §. II.
- *Uſus*, *in*
  - *Pugna jugali*, *ubi*
    - *Currus* §. III.
    - *Equorum numerus* §. IV.
    - *Auriga* §. V.

§. I.

EQuorum magnus quoque heroibus in bello uſus, unde paſſim ἱππόδαμοι *equorum domitores*, (β) ἱπποκορυσταὶ *equis pugnantes* (γ) dicti. Illi *variis ornamentis inſigniebantur.* Χρυσήνιοι ſubinde appellati (δ) *ob aurea frena;* qualis ille Maſi-

(α) *Tom.* I *opp. pag.* 278. *E.* (β) *Iliad.* IV. *Verſ.* 509. VI. *Verſ.* 299. IX. *Verſ.* 51. *&c.* (γ) *Iliad.* II. *Verſ.* 1. X. *Verſ.* 431. XVI. *Verſ.* 287. (δ) Diana *χρυσήνιος aureas habenas tractans* dicitur *Iliad.* VI. *Verſ.* 205. item Mars *Odyſſ.* VIII. *Verſ.* 285. *de equis hoc epitheton nuſquam legeris apud* HOMERUM.

Maſiſtii etiam apud HERODOTUM *Calliope;* (α) ἵππον ἔχων Νισαῖον χρυσοχάλινόν τε, καὶ ἄλλως κεκοσμημένον καλῶς. (*Qui*) *equo Niſæo inſedit, aureo freno & aliis inſignibus eximie ornato.* At Mydoni frena ebore candentia *Iliad.* V: (β)

Ἡνία λεύκ' ἐλέφαντι χαμαὶ πέσον. - -

Frena candida ebore humi ceciderunt. -

Maxillare quoque παρήϊον ebore ornatum, & purpura ruſſatum *Iliad.* IV; (γ) qui mos regibus potiſſimum adſcriptus

- - βασιλῆϊ δὲ κεῖται ἄγαλμα.

- - *Regi vero eſt repoſitum ornamento.*

Erat & *funiculus auratus, quo comæ in equorum frontibus ſparſæ colligantur,* Ἄμπυξ HOMERO (δ) dictus. EUSTATHIO, (ε) σειρὰ κατάχρυσος τὰς περὶ τὸ μέτωπον τῶν ἵππων τρίχας συνδέουσα. Hinc equi χρυσάμπυκες, *aureis phaleris inſignes* denominati. Coma etiam ζεύγλη *circulo* circa jugum revincta, ut *Iliad.* XVII. (ζ) in equis Achillis,

- - - Μιαίνετο χαίτη,

Ζεύγλης ἐξεριποῦσα παρὰ ζυγὸν - -

- - - *fœdabantur autem juba*

Circulo profuſa juxta jugum. - -

§. II.

(α) *l. lib.* IX. *cap.* 20. *pag.* 520. (β) *Verſ.* 583. (γ) *Verſ.* 142. & 144. (δ) *ex mente* EUSTATHII *mox citandi; ſimplex vero hoc vocabulum in equorum ornatu non occurrit.* (ε) *ad Iliad.* V. *Verſ.* 358. *p.* 556. *lin.* 24. *ſeq.* (ζ) *Verſ.* 439. *ſeq.*

§. II. *Aqua* vero *jubas equorum lavare ſoliti, oleo deinde affuſo;* quod ſæpius equis ſuis a Patroclo dicit præſtitum Achilles, *Iliad.* XXIII: (α)

\- - - Πολλάκις ὑγρὸν ἔλαιον
Χαιτάων κατέχευε, λοέσσας ὕδατι λευκῷ.
\- - - *Sæpe humidum oleum*
Jubis ſuperfundebat, lavans aqua limpida.

Nempe ut hoc pacto vegetiores ac nitidiores apparerent. In *paſtum* vero habebant lotum & apium:

Λωτὸν ἐρεπτόμενοι, ἐλεόθρεπτόν τε σέλινον.
Lotum depaſcentes paluſtreque apium:

Iliad. II. (β) At equi Pandari mandentes hordeum ac avenam,

\- - Κρῖ λευκὸν ἐρεπτόμενοι καὶ ὀλύρας.
\- - *Hordeo albo veſcentes, & arinca:*

Iliad. V. (γ) Diomedis vero triticum, (δ)

\- - Μελινδέα πυρὸν ἔδοντες.
\- - *Dulce triticum edentes.*

Idem traditur de Hectoris equis; addito in potum vino, quod ipſa Andromache ſuppeditabat; *Iliados* VIII. (ε) Hoc utique equis macilentis dari, auctor COLUMELLA. (ζ)

§. III.

(α) Verſ. 281. ſeq. (β) Verſ. 776. ſ. Catalog. Nav. Verſ. 283. (γ) Verſ. 196. (δ) Iliad. X. v. 569. (ε) Verſ. 187. ſeqq. (ζ) de Re Ruſt. lib. VI. cap. XXX. Vid. Scriptor. Rei Ruſt. pag. 587.

Digitized by Google

§. III. *Pugnabant equis, nonniſi curru junctis; quem variis* etiam *ornamentis habebant inſignem. Iliad.* X, (α) de curru Rheſi:

> Ἅρμα δέ οἱ χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ εὖ ἤσκηται.
>
> *Currus vero ei auroque & argento ſcite elaboratus eſt.*

Sic *Iliados* XXIII, (β) Diomedis

> Ἅρματα δὲ χρυσῷ πεπυκασμένα κασσιτέρῳ τε.
>
> *Currus autem auro ac ſtanno tecti.*

Simili modo apud Curtium *lib.* X, (γ) Orſinis Perſæ currus auro & argento adornati. *Velis* quoque *tecti currus; Iliad.* V, (δ) de rhedis Lycaonis:

> \- - - ἀμφὶ δὲ πέπλοι
> Πέπτανται· - - - -
> \- - - *circumque vela*
> *Expanſa ſunt:* - - -

& ἅρματα *currus* Achillis εὖ πεπυκασμένα *bene tecti, Iliad.* II. (ε)

§. IV. *Equi* ut plurimum *bini jungebantur,* uti Lycaoni *Iliad.* V: (ζ)

> \- - Πὰρ δέ σφιν ἑκάστῳ δίζυγες ἵπποι
> Ἑστᾶσιν. - - - -
> \- - *Apud eorum unumquemque bijuges equi*
> *Adſtant.* - - - -

Sic

(α) Verſ. 438. (β) Verſ. 503. (γ) *cap.* I. *comm.* 24. (δ) Verſ. 194. *ſeq.* (ε) Verſ. 777. *ſ. Catal. Nav.* Verſ. 284. (ζ) Verſ. 195. *ſeq.*

Digitized by Google

Sic duo equi Achilli Xanthus & Balius, *Iliad.* XIX. (α) Ita *Æneid.* VII: (β)

Abſenti Æneæ currum, geminoſque jugales.

Addebatur nonnunquam tertius, παρήορος *ad temonem devinctus* HOMERO dictus, (γ) ὁ παρεζευγμένος, ἤγουν ὁ ἐγγὺς ὢν τῶν ζυγιτῶν, ἢ τῶν ζυγίων· *qui equis jugalibus a latere eſt adſtrictus*, ait EUSTATHIUS: (δ) additque *eos non ſtricte & firmiter currui alligari ſolitos, ſicut jugales, ſed* ἀφέτους παρείρεσθαι ἤτοι παραζεύγνυσθαι, *liberos appendi vel alligari.* Lorum quo continebantur παρηορείαι vocat HOMERUS *Iliad.* VIII; (ε) ubi recidit Neſtor, equo lethali vulnere afflicto, ne eſſet aliis impedimento:

Ὄφρ᾽ ὁ γέρων ἵπποιο παρηορείας ἀπέτεμνε
Φασγάνῳ ἀΐσσων. - - -

Dum ſenex equi lora abſcindebat
Gladio inſurgens. - - -

Talis quoque extrajugalis equus Sarpedoni, quem ſimiliter vulneratum abſcidit Automedon:

Ἀΐξας ἀπέκοψε παρήορον. - -

Inſurgens abſcidit equum ad temonem devinctum:

Iliad.

(α) *Verſ.* 400. (β) *Verſ.* 280. (γ) *Iliad.* XVI. *Verſ.* 471. (δ) *ad Iliad.* VIII. *Verſ.* 87. *p.* 700. *lin.* 46. *coll.* EODEM *ad Iliad.* XXIII. *Verſ.* 603. *pag.* 1319. *lin.* 7. *ſeq.* (ε) *Verſ.* 87. *ſeq.*

Digitized by Google

Iliad. XVI. (α) Meminit hujus ritus DIONYSIUS HALICARNASSEUS *Antiquit. Rom.* VII: (β) Ἀρχαῖον ἐπιτήδευμα καὶ ἡρωϊκὸν, ᾧ ποιεῖ τοὺς Ἕλληνας Ὅμηρος ἐν ταῖς μάχαις χρωμένους. Δυσὶ γὰρ ἵπποις ἐζευγμένοις, ὃν τρόπον ζεύγνυνται συνωρὶς, τρίτος παρείπετο σειραῖος ἵππος ῥυτῆρσι συνεχόμενος· ὃν ἀπὸ τοῦ παρηωρεῖσθαι, καὶ συνεζεῦχθαι παρήορον ἐκάλουν οἱ παλαιοί. *Priſcum & heroicum ſtudium, quo Græcos in pugnis utentes facit Homerus. Nam duobus equis bigarum in morem junctis adjungebatur tertius funalis, loramentis adnexus; quem* παρήορον *vocabant priſci,* ἀπὸ τοῦ παρηωρεῖσθαι καὶ συνεζεῦχθαι, *id eſt, ex eo quod appenſus atque adjunctus eſſet.* Addit autem ſua ætate hanc conſuetudinem deſiiſſe; apud Romanos tamen adhuc obſervari. Cæterum *Iliad.* VIII, (γ) videntur quatuor equi in curru Hectoris juncti, ſic namque eos alloquitur:

Ξάνθε τε, καὶ σὺ Πόδαργε, καὶ Αἴθων, Λάμπέ τε δῖε.

Xantheque, & tu Podarge, & Æthon,
Lampeque generoſe.

Sed veteres Critici cenſent, duo priora nomina eſſe ἐπίθετα poſteriorum, quos binos tantum agnoverunt equos; ea fulti

(α) *Verſ.* 474. (β) *pag.* 479. *lin.* 36. *ſeqq.* (γ) *Verſ.* 185.

fulti ratione, quod duali numero Hector utatur, (α)

Νῦν μοι τὴν κομιδὴν ἀποτίνετον· - -

Nunc mihi alimentorum præmia rependite.

Alioqui conſtat etiam quadrigarum uſum HOMERO non fuiſſe ignotum ex *Odyſſ.* XIII, (β) ubi dicit navem Phæacum currere,

- Ὥστ' ἐν πεδίῳ τετράοροι ἄρσενες ἵπποι.

- *Sicut in campo quadrijuges maſculi equi.*

§. V. Equis his regendis *ſedebat* ἐν δίφρῳ *in curru auriga*, qui *ſcutica impellebat.* Aderat παραιβάτης *rhedarius*, *qui ex curru pugnabat*, ſimulque illi dictabat quo frena vellet torqueri, ut notat EUSTATHIUS *Iliad.* XI. (γ) Priori munere ſæpe functi magni viri, uti Pandarus Lycaonis filius; etſi *Æneæ* παραιβάτῃ ceſſerit certa de cauſa, *Iliad.* V. (δ) Neſtor etiam in curru Diomedis *Iliad.* VIII. (ε) Similiter duo filii Priami in curru, nothus & legitimus, quorum ille aurigabatur, hic pugnabat; *Iliad.* XI. (ζ) Imo & Hector ſcutica impellit equos, *Iliad.* XV. (η) Id vero Perſarum principibus indecorum habitum

(α) *Verſ.* 186. (β) *Verſ.* 81. (γ) *Verſ.* 519. *pag.* 860. *lin.* 22. *ſeqq. cf.* EUNDEM *ad Iliad.* VIII. *v.* 127. *pag.* 703. *lin.* 15. (δ) *Verſ.* 237. *ſeq.* (ε) *Verſ.* 115. *ſeq.* (ζ) *Verſ.* 102. *ſeq.* (η) *Verſ.* 352.

Digitized by Google

habitum, qui lege regia vetiti tangere frena, ut liquet ex DIODORO *lib.* XVII; (α) ubi Darius extrema coactus neceſſitate, equos habenis retrahit. Cæterum ex curru ſubinde deſiliebant pugnaturi, uti Paris *Iliad.* III: (β)

- - Ἐξ ὀχέων σὺν τεύχεσιν ἆλτο χαμᾶζε.

- - *De curru cum armis deſiliit humi.*

Similiter Hector *Iliad.* XI. (γ) Idem factum ab Hercule & Cygno pugnaturis,

- - Εὐπλεκέων δίφρων θόρον αἶψ' ἐπὶ γαῖαν.

- - *A bene compactis bigis deſilierunt celeriter in terram:*

HESIODUS *Scuto.* (δ) Et apud VIRGILIUM *Æneid.* X. (ε)

Deſiluit Turnus bijugis: pedes apparat ire.

CAPUT

(α) *cap.* XXXIV. *pag.* 513. *fin.* (β) *Verſ.* 29. (γ) *Verſ.* 211. (δ) *Verſ.* 370. (ε) *Verſ.* 453.

Digitized by Google

CAPUT DUODECIMUM.

De Navibus.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Navium

Uſus

Bellicus & piraticus §. I.

unde

Pugnæ navales §. II.

Species variæ §. III.

Inſignia

Picta §. IV.

Effigiata §. V.

§. I.

AD bellicum apparatum etiam pertinent *naves.* Iis enim Græci ad Trojam expugnandam profecti, numero MCLXXXVI; ut liquet *ex catalogo*, qui eſt *Iliad.* II: (α) etſi THUCYDIDES (β) MCC enumeret. *In illis* quoque *pugnarunt armis nauticis inſtructi:* qualia *ξυστὰ ναύμαχα conti navales, Iliados* XV. (γ) Achilles utique *Iliad.* IX. (δ) ait, ſe navali claſſe duodecim civitates expugnaſſe:

Δώδεκα δὴ σὺν νηυσὶ πόλεις ἀλάπαξ' ἀνθρώπων.

(α) *a Verſ.* 494. *ad fin. s. Part.* II. *qua Bœotia quoque audit.* (β) *lib.* I. *pag.* 8. *A.* (γ) *Verſ.* 677. (δ) *Verſ.* 328.

Duodecim autem urbes hominum claſſè vaſtavi.

Et Ulyſſes prædicat ſe novies bello navali imperaſſe:

Εἰνάκις ἀνδρέσσιν ἦρξα καὶ ὠκυπόροισι νέεσσιν
Ἄνδρας ἐς ἀλλοδαπούς. - - -
Novies viris imperator fui & velocibus navibus
Viros adverſus externos: - -

Odyſſ. XIV. (α) Ita vero *piratæ veteres, paſſim navibus omni armaturæ genere inſtructis,* huc illuc *graſſabantur;* & mari terraque infeſta bellis ac latrociniis omnia loca habebant, ut ex *multis* HOMERI *locis* (β) conſtat; & ex THUCYDIDE confirmatur *initio libri primi.* (γ) Et quidem tradit, eorum more conſtructas habuiſſe ſuas naves heroas Homericos, non utique *tectas* στεγανιδωμένας, ſed concavas magis, ut apparatus bellicus cum ipſis infra in navi jaceret: ſicuti explicat SCHOLIASTES. (δ)

§. II. *Ab hoc* utique *hominum genere proceſſerunt navales pugnæ,* quæ poſtea in Græcia fuerunt celebratæ. Earum *primam*

(α) *Verſ.* 230. *ſeq.* (β) *Vid. Odyſſ.* III. *Verſ.* 73. *ſeq.* IX. *Verſ.* 254 *ſeq.* & *cf.* AUCTOR. *Noſter ſupr: libro* II. *cap.* IX. *pag.* 192. *ſeqq.* (γ) *pag.* 4. *A.* (δ) *ad lib.* I. *pag.* 8. *lit.* *a.*

Digitized by Google

nam inierunt Jones cum Cyro; poſtea Polycrates, qui varias inſulas ſibi ſubjecit. Tum Phocenſes prælio navali Carthaginenſes ſuperarunt; donec tandem Medico bello Darii ac Xerxis tempore, majoribus claſſibus dimicatum, ut narrat THUCYDIDES. (α)

§. III. Ac primæ quidem naves erant longæ, longoque remorum ordine agebantur; qui modo plures, modo pauciores fuere. *Odyſſ.* IX., (β) mentio fit νηὸς ἐικοσόροιο *navis viginti remis actæ.* At *Iliad.* II, (γ) quinquaginta remiges, iidemque ſagittarii in ſeptem Philoctetæ navibus ab HOMERO collocantur,

- - ἐρέται δ' ἐν ἑκάστῃ πεντήκοντα·

- - *remiges autem in unaquaque quinquaginta*

(*Erant.*)

Quales naves πεντηκόντοροι *quinquaginta remigum* communiter Græcis dictæ, quæ maximum omnium habuerunt uſum. Primum apud Græcos his navigaſſe tradit Phocæenſes HERODOTUS *Clio*: (δ) οἱ δὲ φωκαίεες οὗτοι ναυτιλίῃσι μακρῇσι πρῶτοι Ἑλλήνων ἐχρήσαντο, καὶ τόν τε Ἀδρίην, καὶ τὴν Τυρσηνίην,

(α) *lib.* I. *pag.* 12. *ſeq.* (β) *Verſ.* 322. (γ) *Verſ.* 719. *s. Catal. Navium Verſ.* 226. (δ) *s. lib.* I. *cap.* 163. *pag.* 67.

καὶ τὴν Ἰβηρίην, καὶ τὸν Ταρτησσὸν οὗτοί εἰσι οἱ καταδέξαντες· ἐναυτίλλοντο δὲ οὐ στρογγύλῃσι νηυσὶ, ἀλλὰ πεντηκοντέροισι. *Hi Phocæenſes primi Græcorum longis navibus uſi feruntur: Adriamque ſimul & Tyrrheniam, Iberiam atque Tarteſſum occupaverunt. Navigiis autem utebantur non roſtratis, ſed penteconteris, h. e. lembis quinquagenûm remorum.* Ejuſmodi fuit Argo πεντηκόντορος, ut ex Argonautarum numero conſtat, qui fuere αὐτερέται, *ipſi remiges*: (α) etſi THEOCRITUS in *Hyla* (β) τριακοντάζυγον dicat, *tricenis utrinque remis impulſam.* Fuit utique hoc navis genus affine *Galeæ*, quæ hodie obtinet apud pleraſque gentes. Cæterum τριήρεις *triremes*, quibus creberrime uſi veteres, longo tempore poſt heroas inventæ; & quidem primum Corinthi., ut tradit THUCYDIDES. (γ)

§. IV. *Solebant* porro *naves pingi* ac illuſtrari variis coloribus: unde eas ſubinde HOMERUS (δ) vocat μιλτοπαρῄους, φοινικοπαρῄους *miniatis ac punicatis veluti genis.* Ita VIRGILIUS quoque *Æneid.* VIII. (ε) *pictas carinas* celebrat; ubi SERVIUS: (ζ) *Homerus meminit, quod naves pingebantur* *rubri-*

(α) *Vid. not.* (β) *s. Idyl.* XIII. *Verſ.* 74. (γ) *lib.* I. *p.* 10. *B.* (δ) *Iliad.* II. *Verſ.* 637. *s. Catal. Nav. Verſ.* 144. *Odyſſ.* X. *V.* 123. & *Odyſſ.* XXIII. *Verſ.* 271. (ε) *Verſ.* 93. (ζ) *Vid. ad Æneid.* X. *Verſ.* 157.

Digitized by Google

rubrica. Morem hunc pervetuſtum tradit HERODOTUS *Thalia:* (α) Τὸ δὲ παλαιὸν ἅπασαι αἱ νῆες ἦσαν μιλτηλιφέες. *Antiquitus autem naves omnes erant rubrica delibutæ.* Poſterioribus quoque ſeculis paſſim naves pictæ. SENECA *Epiſt.* LXXVI: (β) *Navis bona dicitur, non quæ pretioſis coloribus picta eſt, nec cui argenteum aut aureum roſtrum eſt, nec cujus tutela ebore cælata eſt. Conſueverant* autem *certas imagines in iis depingere,* a quibus ipſæ naves habebant nomen. Ita apud VIRGILIUM *Æneid.* V, (γ) naves dictæ *Piſtrix, Centaurus, Chimæra.* Tauri quoque nomine inſignis fuit illa, qua tranſvecta Europa, ut traditum eſt ab AGATHARCHIDE CNIDIO in *rebus Europicis.* (δ) Sic apud LUCIANUM (ε) πλοίῳ ſive *Votis,* navis prora utrinque habet τὴν ἐπώνυμον τῆς νεὼς θεὸν Ἶσιν· *Iſin deam ex cujus nomine navis appellabatur.*

§. V. Sed enim *ſoliti quoque deorum imagines habere in navibus tutelæ ergo;* quales Phœnicibus Πάταικοι *Patæci* apud HE-

(α) *s. lib.* III. *cap.* 58. *pag.* 184. (β) *Tom.* II *opp. p.* 295. *ſeq.* (γ) *apud* VIRGILIUM *fere ubique legitur Priſtis ut lib. cit. verſ.* 154. *de Centauro vid. ibid. verſ.* 122. & 155. *ſeqq. Chimæra eod. lib. verſ.* 118. & 223. (δ) *apud* NATALEM COMITEM *Mythol. lib.* VIII. *cap.* XXIII. *pag.* 918. (ε) *Tom.* II *opp. pag.* 494.

RODOTUM *Thalia*: (α) τοὺς οἱ Φοίνικες ἐν τῇσι πρώρῃσι τῶν τριήρεων περιάγουσι. *Hos in triremium proris Phœnices circumferunt.* Similem morem in Homericis navibus obſervat VETUS SCHOLIASTES *Iliad.* IX; (β) ubi Hector jactat ſe præciſurum navium ἄκρα κόρυμβα, *ſumma roſtra*: Ἐπειδὴ, inquit, ἐπὶ τῶν ἀκροστολίων ἦσαν ἀγάλματα καὶ εἰκόνες τῶν θεῶν. *Quandoquidem in roſtris navium poſita erant ſimulacra deorum, eorumque imagines.* Cæterum, *hæc* potiſſimum *ſolitos in navali pugna tollere* veteres, liquet ex DIODORO SICULO *lib.* XX, (γ) ubi Rhodii ταχέως τὰ μὲν ἀκροστόλια περιέσπασαν· ὕλην δὲ ξηρὰν καὶ δᾷδας ταῖς ναυσὶν ἐνέντες ἐνέπρησαν. *Acroſtolia celeriter avellebant, injectiſque malleolis & tæda in naves, eas ipſas concremabant.* Docetque IDEM (δ) in more fuiſſe, ut his veluti ſpoliis naves victrices ornarentur, αὐτὸς δὲ τὰς ἰδίας ναῦς κοσμήσας τοῖς ἀκροστολίοις, καὶ τὰς ἁλούσας ἐφελκόμενος, τὸν πλοῦν ἐποιεῖτο. *Ipſe naves ſuas acroſtoliis exornat, captaſque hoſtium naves remulco trahens, navigabat.* Non abſimili ratione apud PLUTARCHUM *Themiſtocle*, (ε) narratur Lycomedes Athenienſium Trierarcha

(α) *ſ. lib.* III. *cap.* 37. *p.* 176. (β) *verſ.* 241. (γ) *cap.* LXXXVII. *p.* 814. (δ) *libro eod. cap.* LII. *pag.* 788. (ε) *Tom.* I *opp. pag.* 119. *E.*

Digitized by Google

rarcha primam navem Xerxis cepiſſe, ἧς τὰ παράσημα περικόψας, ἀνέθηκεν Ἀπόλλωνι δαφνηφόρῳ. *Cujus abſcidit inſignia, atque Apollini victori ſacravit.*

CAPUT DECIMUM TERTIUM.

De Obſidione.

ΣΥΝΟΨΙϹ.

Obſidionum
- *Origo* §. I.
- *Deſcriptio*, *ubi*
  - *Obſeſſores* &
  - *Obſeſſi* §. II.
- *Caſtra* §. III. *in quibus*
  - *Tentoria* §. IV.
  - *Excubiæ* §. V.
  - *Exploratores* §. VI.

§. I.

I*Nitio omnes Græciæ urbes carebant muris*, eoque perviæ erant variis, quæ antiquitus promiſcue fiebant direptionibus; ut teſtatur THUCYDIDES *lib.* I. (α) *Adverſus has poſtmodum extructi muri*, *turribuſque muniti;* uti de Thebanorum urbe teſtatur HOMERUS, factum ab Amphione & Zetho *Odyſſ.* XI: (β)

Οἳ πρῶτοι Θήβης ἕδος ἔκτισαν ἑπταπύλοιο,

 Πύργω.

(α) *pag.* 4. *A.* (β) *Verſ.* 262. *ſeqq.*

Digitized by Google

Πύργωσάν τ' ἐπεὶ οὐ μιν ἀπύργωτόν γ' ἐδύναντο
Ναιέμεν, - - - -

Qui primi Thebarum fundamenta jecerunt
ſeptem portas habentium,
Turribuſque circumdederunt. Cum abſque
turribus non poſſent
Habitare. - - - -

Nempe *ob Phlegyas* a quibus continuo infeſtabantur, ut ait SCHOLIASTES. (α) Ea de cauſa Laomedon quoque muris circundari urbem Trojanam coactus, cui operam navavit Neptunus; *Iliad.* XXI. (β) Et in univerſum HOMERUS civitates εὐπύργους, εὐτειχέους vocat, (γ) *ob turres mœniaque quibus munitæ.* Solitum autem aggerem e terra muris accumulari, exemplo Trojæ, cui ἀμφίχυτον τεῖχος, *murus aggere factus* tribuitur *Iliad.* XX. (δ)

§. II. *Hinc natæ obſidiones*, quibus urbes expugnarentur. *Ejuſmodi* decennalis fuit ad Trojam: *Cujus moræ cauſſam extitiſſe* THUCYDIDES (ε) ait, *non tam hominum, quam pecuniarum penuriam. Quippe minorem exercitum commeatus defectu duxere pro numero, quem belligerando ibi alitum iri credebant. Nec omnibus etiam copiis uſi, ſed* ad

(α) *ad loc. cit.* (β) *Verſ.* 446. *coll. præcedd.* (γ) *Iliad.* VII. *Verſ.* 71. *Iliad.* I. *Verſ.* 129. *&c.* (δ) *Verſ.* 145. (ε) *lib.* I. *pag.* 8. *C. D.*

Digitized by Google

ad agriculturam Cherroneſi ſe converterunt ad latrocinium, quandoquidem non ſufficiebat commeatus. Unde Trojani tam diuturno tempore Græcis reſtiterunt, certantes cum exiguo hominum diſperſorum numero, cui erant pares. (α) Finitimas urbes hinc inde vaſtarunt, ne auxilio eſſent Trojanis: ait PLUTARCHUS in *Homero.* (β) Achilles illis dux; qui hoc nomine prædicat, ſe claſſe depopulatum duodecim civitates: pedeſtri vero militia undecim circa Trojam. In quibus Lyrneſſa fuit ex qua abſtulit Briſeidem *Iliad.* XIX. (γ)

§. III. *Caſtra muris obſepire ac concludere moris fuit.* Hoc namque Græcos feciſſe, ſimul atque ad Trojam venerunt, auctor THUCYDIDES: (δ) Ἐπειδὴ δὲ ἀφικόμενοι μάχῃ ἐκράτησαν, δῆλον δέ. τὸ γὰρ ἔρυμα τῷ στρατοπέδῳ οὐκ ἂν ἐτειχίσαντο. *Poſtquam autem appulerunt, prælio viciſſe clarum eſt: non enim muris exercitum ac caſtra cinxiſſent.* SCHOLIASTES (ε) factum ait, *ob barbarorum incurſiones,* διὰ τὰς τῶν βαρβάρων ἐπιδρομάς. In hunc modum ingens ille murus *Iliad.* VII. (ζ) ſub finem obſidionis a Græcis dicitur HOMERO extructus,

 quum

(α) *hucuſque* THUCYDIDES *pag. cit. & ſeq.* (β) *pag.* 268. *lin.* 23. (γ) *Verſ.* 246. (δ) *lib.* I. *p.* 8. *D.* (ε) *ad h. l.* (ζ) *Verſ.* 436. *ſeqq.*

quum Trojani urbe egreſſi eorum caſtra invaderent. Foſſa huic erat acuminatis palis prætexta; ipſe turribus pinnis, propugnaculis, piliſque munitus, uti deſcribitur *Iliad.* XII. (α) Quanquam non me latet, fictum ab HOMERO priſcis viſum, apud STRABONEM *lib.* XIII: (β) ubi ARISTOTELES ait, ὁ δὲ πλάσας ποιητὴς ἠφάνισεν. *Idem ille, qui murum extruxit Poëta, eundem etiam delevit.* At enim veteribus uſitatum morem in re ſimili POETA oſtendit.

§. IV. In caſtris erant *tentoria* κλισίαι, quæ incolebant heroës apud naves. Quale illud Achillis deſcriptum *Iliados* XXIV. (γ) ex abietibus conſtructum ac coopertum lanuginoſo culmine e pratis deprompto; aula frequentibus furcis circumpoſita. Illi vero ac Ajaci Telamonis in extremis partibus erat locus, quod eſſent

— — Ἠνορέῃ πίσυνοι καὶ κάρτεϊ χειρῶν,

ſingulari fortitudine adverſus hoſtilia diſcrimina prævalentes. (δ) At Ulyſſes ſtationem habebat in medio navium, qui locus tutior, & prudentiæ ejus ſervandæ aptior. (ε) *Ante tentoria* vero *erat ſpecula*

(α) *Verſ.* 4. *ſeqq.* & 416. *ſeqq.* (β) *pag.* 598. C.
(γ) *Verſ.* 448. *ſeqq.* (δ) *Iliad.* VIII. *Verſ.* 226. (ε) *Iliad.* VIII. *Verſ.* 222. *ſeq.*

Digitized by Google

cula ex qua rerum omnium proſpicerent ſtatum: quod factitat Neſtor *Iliad.* XIV: (α)

> Αὐτὰρ ἐγὼν ἐλθὼν τάχα εἴσομαι εἰς πελωπὴν.
> *At ego profectus ad ſpeculam actutum cognoſcam.*

§. V. *Excubiæ* quoque noctu ſtudioſe factæ diſpoſitis per caſtra vigilibus, multiſque ignibus accenſis. Hoc jubet Neſtor *Iliad.* IX: (β)

> - - - Φυλακτῆρες δὲ ἕκαστοι
> Λεξάσθων παρὰ τάφρον ὀρυκτὴν τείχεος ἐκτός.
> - - - *Cuſtodes autem ſinguli*
> *Cubent ad foſſam depreſſam murum extra.*

Principes etiam noctu diſcurrebant per caſtra viſuri, an cuſtodiæ rite haberent: quod facit Neſtor cum Ulyſſe ac Diomede. (γ) Sic in Rutulorum caſtris apud VIRGILIUM *Æneid.* IX: (δ)

> *Collucent ignes: noctem cuſtodia ducit*
> *Inſomnem ludo.*

Nec ſecus fecere obſeſſi: uti imperat Priamus

> Καὶ φυλακῆς μνήσασθε, καὶ ἐγρήγορθε ἕκαστος.
> *Et excubiarum mementote, & vigilate quisque:*

Iliad.

(α) Verſ. 8. (β) Verſ. 66. ſeq. (γ) Iliad. X. Verſ. 180. ſeq. coll. præcedd. (δ) Verſ. 166. ſeq.

*Iliad.*VII. (*α*) & *Iliad. lib.*VIII, (*β*) Hector per præcones jubet ſenes juveneſque vigilare circa urbem; ac mulieres ignem habere in domibus luculentum. Ex hoc more XENOPHON *Pædiæ lib.* III. (*γ*) Καὶ τότε μὲν δειπνοποιησάμενοι καὶ φύλακας καταστησάμενοι, καὶ πυρὰ πολλὰ πρὸ τῶν φυλάκων καύσαντες, ἐκοιμήθησαν. *Itaque tunc cœnati, conſtitutis excubiis, & ignibus ante has excitatis, quieti ſe dederunt.*

§. VI. *Exploratores* quoque utrinque miſſi, qui, quæ ab hoſtibus agerentur, perviderent; ut fit *Iliad.* X. (*δ*) & apud VIRGILIUM *Æneid.*XI. (*ε*) Trojanis quoque noctu αὐλοὶ καὶ σύριγγες *tibiæ fiſtulæque* in uſu: quos audiſſe diciturAgamemnon *Iliad.* X. (*ζ*) Barbaris hoc familiare fuiſſe olim in Aſia liquet ex HERODOTO *Clio*: (*η*) ubi Alyattes rex Lydorum ἐστρατεύετο ὑπὸ συρίγγων τε καὶ πηκτίδων, καὶ αὐλοῦ γυναικείου τε καὶ ἀνδρείου. *Proceſſit in expeditionem ad cantum fiſtularum fidiumque, tam muliebris quam virilis.* Tubæ quoque uſum in obſidione notat HOMERUS *Iliados* XVIII. (*θ*)

Ὅτε

(*α*) *Verſ.* 371. *Vid.* & *Iliad.* XVIII. *Verſ.* 299. (*β*) *Verſ.* 517. *ſeqq.* (*γ*) *pag.* 65. *lin.* 35. *ſeq.* (*δ*) *Verſ.* 395. *ſeqq.* (*ε*) *Verſ.* 512. *Vid.* & *Æneid.* IX. *Verſ.* 170. (*ζ*) *Verſ.* 13. (*η*) *ſ. lib.* I. *cap.* 17. *pag.* 7. (*θ*) *Verſ.* 219. *ſeq.*

Digitized by Google

\- - - Ὅτε τ' ἴαχε σάλπιγξ
Ἄστυ περιπλομένων δηΐων ὑπὸ θυμοῤῥαϊστέων.
\- - - *Quando clangit tuba*
Propter hoſtes exitiales urbem cingentes.

Scholiastes (α) tamen vult hoc κατὰ πρόληψιν *per anticipationem* ab Homero dictum; quia heroicis temporibus nondum inventa tuba, concha duntaxat utebantur marina.

Caput Decimum Quartum.

De Pugna.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Pugnæ
(præcipue Trojanæ)
Deſcriptio §. I.
Ritus
Ante initum prælium:
Cibum capere §. II.
Aciem diſponere §. III.
Initio pugnæ:
Deos precari &c. §. IV.
Milites adhortari
Verbis §. V.
Exemplo & factis §. VI.
In pugna:
Bellicum §. VII.
Mutua provocatio §. VIII.
Pugnæ finis §. IX.

§. I.

(α) *ad h. l.*

§. I.

PRæcipua belli pars conſiſtit in *pugna. Ea Græcos ſuperaſſe ſtatim poſt appulſum Trojanos* auctor eſt THUCYDIDES: (α) & PLUTARCHUS (β) narrat hac occiſum Proteſilaum, cujus mors notatur *Iliad.* II. (γ) Exin' legati ad repetendam Helenam miſſi Menelaus ac Ulyſſes, de quibus *Iliad.* III. (δ) Quod cum negaſſent, denuo pugna Græci eos laceſſere, qua adhuc permanſerunt ſuperiores. Inde diviſo exercitu, alia commiſerunt certamina complura, in quibus ſæpe Trojani victores, præſertim cum Achilles a bello deſiſteret: Uſque adeo ut urbe magna ex parte exceſſerint, caſtraque ſua Græcorum caſtris junxerint, dirupto muro, naves adurere parantes: qua de re *Iliad.* VIII. *& ſeq.* (ε) Cujuſmodi irruptiones ab obſeſſis fieri ſolitas docet HOMERUS *Iliad.* XVIII, (ζ) in clypeo Achillis: uti & HESIODUS *in Scuto Herculis.* (η)

§. II.

(α) *lib.* I. *pag.* 8. *D.* (β) *Vit. Homer. pag.* 268. *lin.* 18. (γ) *Verſ.* 698. *s. Catal. Nav. Verſ.* 205. *ſeqq.* (δ) *Verſ.* 205. *ſeq.* (ε) *Vid. potius hac de re Iliad.* XII. *Verſ.* 49. *ſeqq. Verſ.* 197. *ſeq. Verſ.* 442. *ſeqq.* (ζ) *Verſ.* 282. *coll. Verſ.* 303. *ſeq.* (η) *Verſ.* 239. *ſeqq.*

Digitized by Google

§. II. *Antequam prælium inirent in more habebant cibum capere*, ut ad ſuſtinendum belli laborem eſſent fortiores. Jubet hoc fieri a Græcis Ulyſſes *Iliados* XIX: (α)

Ἀλλὰ πάσασθαι ἄνωχθι θοῇς ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιοὺς
Σίτου καὶ οἴνοιο· τὸ γὰρ μένος ἐστὶ καὶ ἀλκή.
Sed veſci jube velocibus in navibus Achivos
Cibo & vino: quæ robur mortalium.

Quod etiam PLATO confirmat *libro* I. *de leg.* (β) Unde & LIVIUS *libro* IX. (γ) ſcribit: *In Romanorum militaribus inſtitutis fuiſſe poſitum, ut milites paſti educerentur in aciem.*

§. III. *Aciêi diſpoſitio* priſcis Græcis uſitata deſcribitur *Iliad.* IV; (δ) ubi Neſtor *primo loco* collocat *equites*, *pedites poſtremo*, *ignavos in medio*:

Ἱππῆας μὲν πρῶτα σὺν ἵπποισιν καὶ ὄχεσφι·
Πεζοὺς δ' ἐξόπιθεν στῆσεν πολέας τε καὶ ἐσθλοὺς,
Ἕρκος ἔμεν πολέμοιο· κακοὺς δ' ἐς μέσσον ἔλασσεν,
Ὄφρα καὶ οὐκ ἐθέλων τις ἀναγκαίῃ πολεμίζῃ.
Equites quidem primum cum equis & curribus:
Pedites autem a tergo conſtituit multosque ſtrenuosque,

Vallum

(α) ꝟ. 160. *ſeq.* (β) *Tom.* II. *p.* 625. *D. E.* ꝟ*id.* & *lib.* VIII. *de Republ. Tom.* II *opp. p.* 559. (γ) *cap.* 32. *Tom.* I *opp. pag.* 802. (δ) ꝟ*erſ.* 297. *ſeqq.*

Digitized by Google

Vallum ut eſſent belli: ignavos autem in medium coëgit,
Ut etiam nolens quis neceſſitate coactus bellaret.

Varie tamen hoc intellectum fuiſſe a veteribus ſcribit EUSTATHIUS. (α) Quidam enim τὸ Πρῶτον *primum* pro dextro cornu accipiebant. Τὸ Ὄπιθεν *poſtremum* pro ſiniſtro, dicebantque φάλαγγα *phalangem* ἐπὶ μετώπου *in longitudinem*, non κατὰ βάθος *in latitudinem* ordinatam. At HERODORUS & APION (β) cenſebant hanc diſpoſitionem, κατὰ πλινθίον factam, id eſt, *ad longos ordines ejuſdem numeri;* iterque quoddam interceſſiſſe, ut per illud irent ac redirent qui vellent. PLUTARCHUS vero *lib. de Homero* (γ) ſtatuit, præceſſiſſe equites; ſecutos a tergo pedites: quod videtur convenientius vero. EUSTATHIUS (δ) porro cenſet, in medio duorum militum unum ignavum fuiſſe collocatum, ut a generoſis traheretur ad officium. Hoc vero eſſe, quod ait ARRIANUS in *Indicis:* (ε) ἐπὶ τριῶν ταχθῆ-

ναι

(α) *ad h. l. p.* 474. *lin.* 36. *ſeq.* (β) *apud* EUSTATHIUM *ad l. m. c. p.* 474. *lin.* 38. (γ) vid. *Homeri Vitam, pag.* 310. *lin.* 45. (δ) *ad loc. antea cit. pag.* 474. *lin.* 33. (ε) *pag.* 185. *D. &* *apud* EUSTATHIUM *l. ſup. cit. lin.* 34. *ſeq.*

ναι φάλαγγα, triplici ordine aciem inſtruere. Fuiſſe utique exercitum in acie ampliorem liquet ex eo, quod *Iliad.* XIII (α) Meriones dubitat, num ad dextram, an ſiniſtram Trojanæ aciei partem irruat, an vero in medium prorumpat:

> Ἠ' ἐπὶ δεξιόφιν παντὸς στρατοῦ, ἢ ἀνὰ μέσσους,
> Ἠ' ἐπ' ἀριστερόφιν. - - -
>
> *An ad dextram totius exercitus, an per medios,*
> *An ad ſiniſtram?* - - -

Quam arctiſſime autem juhctos milites innuit HOMERUS, (β) cum ait:

> Φράξαντες δόρυ δουρὶ, σάκος σάκει προθελύμνῳ·
> Ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ.
>
> *(Addenſatis ordinibus) haſta haſtæ quaſi vallo facto conjuncta, ſcutum ſcuto, alius ſuper alio:*
> *Clypeus nempe clypeum fulciebat, galea galeam, virum vir.*

Quod etiam repetitur *Iliados* XVI: (γ) ubi Achillis copiæ educuntur. Sic VIRGILIUS *Æneid.* X: (δ)

> *Concurrunt: hæret pede pes, denſuſque viro vir.*

Porro Neſtor quoque jubet equos continueri

(α) Verſ. 308. ſeq. (β) *Iliad.* XIII. Verſ. 130. ſeq. (γ) Verſ. 211. & 215. (δ) Verſ. 361.

tineri ſuo ordine, ne verſentur in peditum turba. Ita nempe equites aggreſſi equites, pedites pedites. *Iliad.* XI: (α)

Πεζοὶ μὲν πεζοὺς ὄλεκον φεύγοντας ἀνάγκῃ,
Ἱππεῖς δ' ἱππῆας. - - -

Pedites quidem pedites interficiebant fugientes neceſſitate,
Equites vero equites. - - -

§. IV. *Initio pugnæ* religioſe *Deos* victoriæ conſequendæ ergo *precabantur*; quod paſſim teſtantur certamina ſive ab exercitu univerſo, ſive a ſingularibus militibus commiſſa. *Concipiebant & vota de armis præſertim hoſtium conſecrandis*; ut conſtat exemplo Hectoris *Iliad.* VII, (β) & Ulyſſis *Iliad. lib.* X. (γ) Inde quoque ſacerdotes ac vates in exercitu habebant; qui victimas Diis offerrent, & ex viſceribus animalium, avium volatu, aliiſque divinationibus Deorum voluntatem edocerent. Et *moris fuit, ut vates lauro coronatus, facemque geſtans in acie præcederet; a quo milites religioſe abſtinebant*: quemadmodum tradit EUSTATHIUS *Iliad.* XII. (δ)

§. V.

(α) *Verſ.* 150. *ſeq.* (β) *Verſ.* 81. *ſeq.* (γ) *Verſ.* 570. *ſeq.* (δ) *ad Verſ.* 73. *pag.* 893. *lin.* 11. *ſeqq.* *cf. & not. noſtr.*

Digitized by Google

§. V. Porro *Duces orationem ſoliti habere ad milites* in acie collocatos, qua hortabantur ſtrenue ut pugnarent ſe invicem veriti; propoſita victoriæ gloria ac utilitate. Minis etiam uſi, ut Hector *Iliados* XV: (α)

Ὃν δ' ἂν ἐγὼν ἀπάνευθε νεῶν ἑτέρωθι νοήσω,
Αὐτοῦ οἱ θάνατον μητίσομαι. - -
Quem autem ego ſeorſim à navibus alibi animadvertero,
Illic ei mortem inferam. - -

Meminit ARISTOTELES *Ethic.* III. *capite* XI. (β) ubi etiam tradit, nonnullos Imperatores foſſas à tergo copiarum, aut aliquid aliud ſtruxiſſe, ut cogerentur præliari: quomodo fluvio exercitum ſuum coërcuiſſe Alexandrum refert DIODORUS SICULUS *lib.* XVII. (γ)

§. VI. Nec verbis modo, ſed *ſuo quoque exemplo duces militibus præivere.* Primi enim fere in acie apud HOMERUM apparent: uti peculiariter videre eſt *Iliad.* XIII, (δ) ubi Æneas, Deiphobus, Paris ac reliqui Trojanorum duces dicuntur præceſſiſſe copias ſuas, ut arietem bibituræ oves ſequuntur,

(α) *Verſ.* 348. *ſeq.* (β) *Tom.* III *opp. pag.* 48. *A. B.* (γ) *cap.* XXIII. *Part.* II. *pag.* 504. (δ) *Verſ.* 492. *ſeq.*

- - ὡσεί τε μετὰ κτίλον ἕσπετο μῆλα
Πιόμεν' ἐκ βοτάνης. - - -
- - *Vt poſt arietem ſequuntur pecudes*
Bibituræ a paſtu. - - -

Et Principes fortiſſimi πρόμαχοι *anteſignani* audire geſtiunt variis apud HOMERUM locis. (α)

§. VII. Cum vero acies concurrebant, ingens excitabatur *clamor:* quem POETA cum gruum clangore confert *Iliad.* III: (β) cum torrentibus e monte defluentibus *libro* IV: (γ) cum fluctibus maris agitati *libro* II. (δ) Ἀλαλητὸν vocat *Iliados* IV. (ε) quæ vox etiam apud poſteriores Græcos obtinuit; in quorum hiſtoriis ſubinde ἀλαλάζειν dicti milites, acie congredientes. Forte a repetita voce ἀλάλ. SUIDAS (ζ) ἐλελεῦ clamare ſolitos tradit: Οἱ προσιόντες εἰς πόλεμον τὸ ἐλελεῦ ἐφώνουν μετά τινος ἐμμελοῦς κινήσεως. *Qui prælium inibant, hoc* ἐλελεῦ *alta voce exclamarunt, cum quodam concinno motu.* Mos hic apud omnes pene gentes antiquitus obſervatus. Sic enim TACITUS (η) Germanis

(α) *Iliad.* III. *Verſ.* 31. IV. *Verſ.* 354. 458. *&c.* (β) *Verſ.* 3. (γ) *Verſ.* 452. (δ) *Verſ.* 144. *ſeqq.* & 394. *ſeqq.* (ε) *Verſ.* 436. (ζ) *hac Voce.* (η) *De Morib. German. cap.* III. *Tom.* II. *pag.* 584.

Digitized by Google

manis *Barditum* tribuit; LIVIUS (α) Gallis *ululatum & cantum moris ſui*: CURTIUS (β) Perſis *ttucem & inconditum clamorem*. Barbaricæ vero gentes hoc nomine maxime fuerunt celebratæ; unde FESTUS (γ) quoque *Barbaricum* clamorem exercitus vocat. Inde PLUTARCHUS (δ) ſcribit, ab HOMERO *Iliad.* IV (ε) Græcis ſilentium tribui, cum Barbari Trojani immenſum tollerent clamorem; quod & factum *Iliad.* IV: (ζ) & quidem

Σιγῇ δειδιότες σημάντορας. - -

Ductorum taciti formidine. - -

Quod Lacedæmoniis etiam conſuetum fuiſſe conſtat, ut μετὰ σιγῆς καὶ κόσμου, *ſilentes & ordinati* in aciem prodirent; quo ducum mandata facilius exaudirent; unde & fracti clamore ab Athenienſibus ſuſcitato τὰ ἐν αὐτοῖς παραγγελλόμενα οὐκ ἐσακούοντες, *quia, quæ ipſis præciperentur exaudire non poterant*, apud THUCYDIDEM *lib.* IV. (η) Utrinque tamen ab exercitu

 exci-

(α) *lib.* V. *cap.* 39. *Tom.* I *opp. pag.* 331. (β) *lib.* III. *cap.* X. *comm.* 1. (γ) *hac voce. in* PEROTTI *Cornu cop. col.* 1134. *lin.* 36. *ſeq.* (δ) *De Audiend. Poët. Tom.* II *opp. pag.* 29. *D.* (ε) *verſ.* 431. (ζ) *eadem hac ſunt verba qua* PLUTARCHUS *allegat loc. c. non alicunde magis deſumpta quam ex Iliad.* IV. *verſ.* 431. (η) *pag.* 277. *A.*

excitatum clamorem patet *Iliad.* XIII, (α) & XV; (β) nominatim vero, etiam a Myrmidonibus hoſtiles copias aggredientibus;

Ἐκ νηῶν ἐχέοντο· βοὴ δ' ἄσβεστος ὀρώρει.

Ex navibus fundebantur: clamor autem immenſus ortus eſt:

Iliad. XVI. (γ) Et paſſim a clamore heroës Homerici commendantur, βοὴν ἀγαθοί *voce clari* dicti, id eſt πολεμισταί *bellatores:* ait SCHOLIASTES. (δ) Nempe, quia clamor multum facit ad hoſtem perterrendum: quomodo Hector clamans Danaos equites percellit *Iliad.* XV: (ε) Achilles Trojanos *Iliados* XVIII. (ζ) Ita vero & Cato (η) *bonum militem terribilem volebat eſſe*, οὐ χειρὶ καὶ πληγῇ μόνον, ἀλλὰ καὶ τόνῳ φωνῆς, καὶ ὄψει προσώπου· *non manu tantum & gladio, verum & vocis contentione & obtutu vultus.* Omninoque prælium univerſum clamore ac ſtrepitu paſſim ab HOMERO repletur; unde φύλοπις dictum

(α) *Verſ.* 169. & 540. *præcipue vero Verſ.* 834. *ſeq.* (β) *Verſ.* 148. *ſeq.* (γ) *Verſ.* 267. (δ) *ad Iliad.* II. *Verſ.* 408. *Vid.* & EUSTATH. *ad Iliad.* XIII. *Verſ.* 123. *pag.* 923. *lin.* 20. *ſeq.* (ε) *Verſ.* 270. *coll. Verſ.* 279. *ſeq.* (ζ) *Verſ.* 217. *coll. Verſ.* 222. *ſeqq.* (η) *apud* PLUTARCHUM *Vit. Coriol. Tom.* I *opp. pag.* 216. E.

Digitized by Google

dictum EUSTATHIO, (α) quaſi φύλων ὄψ, *gentium clamor.*

§. VIII. *Laceſſebant ſeſe mutuo in præliis*, præſertim duces, & variis opprobriis inſultabant. Peculiariter hoc factitat Hector, poſcens ſibi aliquem e principibus Græcis venire, quicum pugnet: ſorte autem jacta in galeam deſignatus Ajax *Iliad.* VII. (β) Simile quid obſervatum a *Timoleonte* apud PLUTARCHUM, (γ) qui ſumpto a decurionibus ſingulis annulo, miſcenſque chlamyde primum exemit, tropæi ſigno; unde ſubſecuta ab eo pugna.

§. IX. Cæterum *pugna fere ſemper noctu terminabatur. Iliad.* XVIII: (δ)

Ἠέλιος μὲν ἔδυ, παύσαντο δὲ δῖοι Ἀχαιοὶ,
Φιλόπιδος κρατερῆς. - - -
Sol quidem occidit, finemque fecerunt nobiles Achivi
Certaminis aſperi. - - -

Et *Iliad.* II: (ε)

- - Νὺξ ἐλθοῦσα διακρινέει μένος ἀνδρῶν.
- - *Nox ſuperveniens dirimit ardorem virorum.*

 Sic

(α) *ad Iliados* I. *Verſ.* 492. *pag.* 140. *lin.* 36. *ſeq.* (β) *Verſ.* 73. *ſeq. coll. Verſ.* 175. *ſeqq.* (γ) *in ejus Vita Tom.* I *opp. pag.* 251. *E.* (δ) *Verſ.* 241. *ſeq.* (ε) *Verſ.* 387.

Sic SALLUSTIUS *de Bello Jugurth.* (α) *Utrimque prælium nox diremit.* PLUTARCHUS vero etiam *Craſſo* (β) narrat, *Parthis* οὐ πάτριον *non moris* fuiſſe νυκτομαχεῖν, *ut de nocte pugnarent.*

CAPUT DECIMUM QUINTUM.

De Cæſis in acie.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Vulneratorum curatio §. I.
Mortui
Ignominioſe projecti §. II.
Hoſtibus ſæpe erepti
Contentione §. III.
Pactis §. IV.

§. I.

Q*Ui vulnera in prælio acceperant; a medicis curabantur.* Qualis Machaon *Iliad.* IV, (γ) qui telo e vulnere Menelai extracto dicitur illius

Αἷμ' ἐκμυζήσας, ἐπ' ἄρ' ἤπια φάρμακα εἰδώς.
Sanguinem expreſſiſſe, lenia medicamenta ſciens.

Sic Pœon *Iliad.* V. (δ) in Marte vulnerato

Ὀδύ-

(α) *cap.* 60. *pag.* 304. (β) *Tom.* I *opp. pag.* 562. *B.* (γ) *verſ.* 218. (δ) *verſ.* 401.

Digitized by Google

- - Ὀδυνήφατα φάρμακα πάσσων.

- - *Dolores pellentia medicamina adhibuit.*

Eurypylus quoque læſus *Iliados* XI. (α) petit a Patroclo, ut ſagitta exciſa vulnus aqua tepida abluat, & medicamina inſpergat, quæ edoctus erat ab Achille e Chironis ſchola; quod hic ſtatim præſtitit μαχαίρῃ *cultro*, & amaram radicem impoſuit, quæ nonnullis Achillea dicitur, aliis Ariſtolochia, ſeu ἴσχαιμος *a ſiſtendo ſanguine;* quia hac protinus deſiit ſanguinis fluxus. Porro apud VIRGILIUM *Æneid.* XII. (β) quoque

Fovit eâ vulnus lymphâ longævus Jäpis.

Similiter Neſtor vult Machaoni vulnerato humeris aquam calidam affundi *Iliad.* XIV: (γ) ſed & vinum generoſum πράμνειον *pramnium* jubet propinari; nempe quia hoc ταῖς φλεγμοναῖς ἐναντιώτατον, *inflammationibus maxime contrarium,* ait ATHENÆUS *lib.* I. (δ) At tepidæ aquæ ablutionem cur adhibuerint, docet EUSTATHIUS: (ε) Τὸ μὲν γὰρ θερμὸν, εἰ καὶ πραΰνει τὰς ἀλγηδόνας, ἀλλὰ αἵματός ἐστιν ἀγωγόν. τὸ δ' αὖ ψυχρὸν φρίκην ἐμποιεῖ, ἄριστον οὖν καὶ ἐνταῦθα

(α) *Verſ.* 827. *ſeqq.* (β) *Verſ.* 420. (γ) *Verſ.* 5. *ſeqq. coll. Iliad.* XI. *Verſ.* 638. (δ) *pag.* 10. *A.* (ε) *ad Iliad.* XI. *Verſ.* 829. *p.* 887. *lin.* 30. *ſeq.*

Digitized by Google

τὸ μέτρον. *Etenim quamvis calida deliniendis doloribus ſit apta, ſanguinem tamen commovet. Rurſus frigida algorem facit: quare medium & hic tenere, optimum.* Hector vero ictu pene exanimatus aqua fluviatili aſperſus eſt, & ſimul ea recreatus. Sic XENARCHUS *Comicus* apud ATHENÆUM *lib.* VI (α) ait: *piſcarios verberatos ac animo deficientes aqua injecta ſolitos refocillari.* Simili ratione apud PLAUTUM *Amphitryone* (β) Bromia,

- - Væ miſeræ mihi,
Animo male'ſt. aquam velim, corrupta ſum atque abſumpta ſum.

Docet hoc remedium HIPPOCRATES *libro de Liquidor. uſu:* (γ) Κατὰ ἀκρέων ἐν λειποθυμίαις, τὸ ψυχρὸν καταχεόμενον ὠφελέει. *In animi defectionibus, frigida ſummis partibus affuſa prodeſt.* Atque hæc de re medica veteribus uſitata apud HOMERUM extant; ex quibus apparet, ſummos heroas medendi artem exercuiſſe, etiam χειρουργικῇ *manuali* admiſta.

§. II. *Mortui in acie ab hoſtibus projiciebantur, a feris ac avibus dilaniandi.* Hoc enim ſummæ ignominiæ loco ſibi paſſim

(α) *pag.* 225. *C.* (β) *Actu* V. *Scen.* I. *Verſ.* 5. *ſeq.*
(γ) *Tom.* I *opp.* *Sect.* IV. *pag.* 425. *lin.* 42. *ſeq.*

ſim minitantur, ac factitant. Sic *initio Iliados* (α) Achilles,

> Πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς ἄϊδι προΐαψεν
> Ἡρώων, αὐτοὺς δ' ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν,
> Οἰωνοῖσί τε πᾶσι. - - -
>
> *Multas autem fortes animas inferis miſit*
> *Heroum: ipſos autem laniamenta fecit canibus,*
> *Avibuſque omnibus.* - - -

Idem in Hectore voluit peragere *Iliad.* XXII. (β) *& ſequentibus*, raptato bigis ejus cadavere circum muros Trojanos. Sed & hic vulneribus multis poſt mortem ab Achivis fuit dilaniatus. (γ) Quod SERVIUS ait *in more fuiſſe*, ſcilicet, *ut interemptos duces omnis vulneraret exercitus*; *Æneid.* XI, (δ) ubi VIRGILIUS ait; *Mezenti*

> - - *bis ſex thoraca petitum*
> *Perfoſſumque locis.* - -

Sed & in aliorum cadaveribus præter vulnera lethifera, etiam nunc manus, nunc caput abſciſſum apud HOMERUM videmus; *Iliad.* XI, (ε) XIII, (ζ) XVII. (η) Simili ratione *Æneid.* IX, (θ) Niſus regis

(α) Verſ. 3 *ſeqq.* (β) Verſ. 335. *ſeqq.* & 347. *coll.* Verſ. 464. *ſeq.* (γ) *lib. cit.* Verſ. 395. *ſeqq.* (δ) Verſ. 9. *ſeq.* (ε) Verſ. 146. (ζ) Verſ. 203. (η) Verſ. 39. & Verſ. 63. *ſeqq.* (θ) Verſ. 331.

Digitized by Google

regis Rhamnetis caput demit; quod ipſi viciſſim obtigit cum Euryalo, quorum capita a Rutulis infixa haſtis. (α) Mos hic barbaris Aſiaticis valde uſitatus; ut conſtat ex Xerxe ac Mardonio apud HERODOTUM *Calliope*: (β) qui Leonidæ regis Spartani caput præciderunt, truncumque in crucem egerunt. Quod cum cæſo Mardonio referre auctor eſſet Pauſaniæ nepos Lampon; ille recuſavit, quod tali facinore patriæ decus ac victoriæ laudem obtereret; Νεκρῷ, inquit, λυμαίνεσθαι πρέπει μᾶλλον βαρβάροισι ποιέειν ἤπερ Ἕλλησι, κἀκείνοισι δὲ ἐπιφθονέομεν. *Barbaros magis quam Græcos in hoſtes ſævire decet, quodque in illis exprobramus.* Præclare in hominem ARCHILOCHUS: (γ)

Ζῶντας κολάζειν, οὐ θανόντας εὐσεβές.
Οὐ γὰρ ἐσθλὰ κατθανοῦσι κερτομεῖν ἐπ' ἀνδράσιν.
Vivos caſtigare decet, non mortuos.
Malum eſt enim, viris defunctis conviciari.

Et ipſe HOMERUS: (δ)

Οὐχ ὁσίη κταμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν εὐχετάασθαι.
Haud juſtum eſt de viris interfectis gloriari.

Quare

(α) *ibid. Verſ.* 465. *ſeqq.* (β) *s. lib.* IX. *cap.* 77. & 78. *pag.* 542. *cf.* & *Polymn. s. lib.* VII. *cap.* 238. *pag.* 462. (γ) *apud* STOBÆUM *Sermon.* CCLXXXIX. *in Defunct. non exerc. eſſe contumel. pag.* 900. (δ) *Odyſſ.* XXII. *Verſ.* 412.

Quare rectius Achilles, cum cæſum Thebarum regem Eetionem ſepulcri honore decoravit; *Iliad.* VI. (α) Quem imitatus Annibal in funerando Marcello apud PLUTARCHUM, (β) aliique.

§. III. Hinc *maxima contentio inter milites fuit, ut cadavera ſociorum hoſtibus præriperent:* ut liquet ex Sarpedone *Iliad.* XVI. (γ) & Patroclo *Iliad.* XVII. (δ) quos hinc Trojani, illinc Græci auferre conati non ſine magna cæde. Quod etiam a Perſis & Græcis factum cæſo Maſiſtio apud HERODOTUM. (ε) Aliquando etiam *cadavera redempta*, ut illud Hectoris a Priamo *Iliad.* XXIV; (ζ) & precio eodem illud Achillis poſtmodum a Græcis, teſte LYCOPHRONE *Alexandra*: (η)

Αὖθις τὸν ἀντίποινον ἐκχέας ἶσον
Πακτώλιον σταθμοῖσι τηλαυγῆ μύδρον.

Rurſumque pro redemptione æquilibrem
Pactoliam effundens claram laminam.

Ita Niſus apud VIRGILIUM: (θ)

Sit, qui me raptum pugna preciove redemptum
Mandet humo. - - - -

§. IV.

(α) *Verſ.* 416. *ſeqq.* (β) *Vit. Marcell. Tom.* I *opp. pag.* 315. *fin. & ſeq.* (γ) *Verſ.* 565. *ſeqq.* (δ) *Verſ.* 120. *&* 256. *ſeqq.* (ε) *Calliop. ſ. lib.* IX. *cap.* 25. *pag.* 521. (ζ) *V.* 228. *ſeqq. coll. inter hos Verſ.* 236. *ſeq.* (η) *Verſ.* 271. *ſeq.* (θ) *Æneid.* IX. *Verſ.* 213. *ſeq.*

Digitized by Google

§. IV. *Pactum etiam initum de cadaveribus ad ſepulturam reddendis, commiſſa pugna*: quod Hector ſatagit *Iliad.* VII. (α) Mos hic paſſim in Græcorum hiſtoriis apparet; ut *ex fœdere qui victi eſſent cadavera cæſorum* poſt pugnam repeterent miſſo caduceatore; *quos* ὑποσπόνδους νεκρούς, THUCYDIDES (β) ac XENOPHON (γ) vocant. In hunc modum quoque induciæ inter Trojanos ac Græcos factæ, ad ſepeliendos mortuos *Iliados* VII. (δ) Qua in re Gallos diſſimiles Græcis notat PAUSANIAS *Phocicis*: (ε) Οἱ μὲν Ἕλληνες μετὰ τὴν μάχην τούς τε αὑτῶν ἔθαπτον, καὶ ἐσκύλευον τοὺς βαρβάρους. Οἱ Γαλάται δὲ οὔτε ὑπὲρ ἀναιρέσεως τῶν νεκρῶν ἐπεκηρυκεύοντο, ἐποιοῦντό τε ἐν ἴσῳ γῆς σφᾶς τυχεῖν, ἢ θηρία τε αὐτῶν ἐμφορηθῆναι καὶ ὅσον τεθνεῶσι πολέμιόν ἐστι ὀρνίθων. *Poſt cladem Græci ſuorum cadavera ſepulturæ mandarunt, & hoſtibus ſpolia detraxerunt. At Barbari nullas omnino per caduceatorem, quantiſper ſuos ad ſepulturam tollerent, inducias popoſcerunt; ac plane oſtenderunt ſe nihil intereſſe putare, humone tegerentur, an vero a feris & volucribus iis, quæ ſolent infeſta ad cadavera advolare, dilaniarentur.*

CAPUT

(α) *Verſ.* 290. *ſeqq.* (β) *lib.* V. *pag.* 394. *B.* (γ) *Hiſt. Græc. lib.* I. *pag.* 338. *lin.* 23. (δ) *Verſ.* 385. *ſeqq.* (ε) *c. lib.* X. *cap.* 21. *pag.* 849. *ſeq.*

CAPUT DECIMUM SEXTUM.

De Præda bellica.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Præda:
Arma hoſtibus detracta §. I.
Aurum, æs, ferrum &c. §. II.
Ejus
Redemptio §. III.
Diſtribuendi ratio §. IV. &
Diſtributor §. V.
Uſus in
Remunerando §. VI.
Adhortando §. VII.

§. I.

BEllicæ *prædæ primam ac maximam partem habent arma hoſtibus detracta;* cujus totidem exempla in *Iliade,* (α) quot pugnæ aut cædes. Ea victores partim in laudem ac utilitatem ſibi ſumebant, partim Diis ex voto dedicabant. Ita vero qui ſubſecuti ſunt Græci, finita pugna, ſoliti armis hoſtes ſpoliare; tropæo inde erecto, & manubiis in publicos privatoſque uſus ablatis. At PLATO *lib.* V. *de Repub.* (β) cenſet *illiberale eſſe & ſordidæ avaritiæ,* γυναικείας τε καὶ σμικρᾶς δια-

(α) *loca infr. ſæp. alleg.* (β) *Tom.* II *opp. pag.* 469. *D.*

διανοίας muliebris item atque humilis ingenii, mortuorum, præſertim Græcorum cadavera ſpoliare, exuviaſque templis inferre. Quare & Lacedæmoniis hac re interdictum a Lycurgo; ut teſtatur ÆLIANUS *lib.* VI. (α) Ὅτι οὐκ ἐξῆν ἀνδρὶ Λάκωνι οὐδὲ σκυλεῦσαι τὸν πολέμιον. *Lacedæmonio ne manubias quidem hoſti detrahere licebat.* Quanquam non ſatis exacte cæſis Argivis ac Mantineis hoc obſervaſſe dicantur apud THUCYDIDEM *libro* V. (β)

§. II. Præter arma, *etiam aurum, æs, ferrum cæteraque hoſtium bona in prædam venerunt;* quippe quæ belli jure omnia victoribus cedunt: quemadmodum XENOPHON *libro* III (γ) *Pædiæ*, & PLATO *libro* I. *de leg.* (δ) pronunciant, Πάντα τὰ τῶν νικωμένων ἀγαθὰ τῶν νικώντων γίγνεσθαι. *Omnia eorum qui victi ſunt bona victoribus cedunt.* Ipſi *etiam hoſtes vivi* prædæ partem conſtituerunt. Neque enim perpetuo occidebant; ſed captivos ſervabant, & vel ſibi ſervos retinebant, vel aliis divendebant. (ε)

§. III.

(α) *cap.* VI. *pag.* 345. (β) *pag.* 394. *B.* (γ) *pag.* 66. *lin.* 46. *ſeqq.* & *pag.* 64. *lin.* 3. *ſeq.* (δ) *Tom.* II *opp. pag.* 626. *B.* (ε) *Vid. ſupr. lib.* II. *cap.* XX. *de Servitute.* §. I. II. *pag.* 259. *ſeqq.*

Digitized by Google

§. III *Reddebant* etiam *ſuis numerato redemptionis pretio;* uti Achilles uxorem Eetionis

— - Ἀπέλυσε λαβὼν ἀπερείσι' ἄποινα·

— - *Dimiſit liberatam accepto infinito liberationis pretio:*

Iliad. VI. (α) Item *Iliad.* X. (β) Idem de Chryſeïde filia contendit Chryſes. *Iliad.* I. (γ) & Priamus de filiis *Iliad.* XXII. (δ) Ita quoque apud poſteriores Græcos, certo conſtituto pretio, hoſtes captivi redimebantur. Minam dixit ARISTOTELES *libro* V. *Ethic. cap.* X. (ε) Νόμιμον τὸ μνᾶς λυτροῦσθαι. *Legitimum eſt captivum mina redimere.* Quod peculiariter obtinuiſſe inter Athenienſes ac Lacedæmonios memoriæ prodidit HERODOTUS. (ζ)

§. IV. *In prædæ diſtributione magna habita ratio æquitatis,* ne quis juſta portione fraudaretur. Ita factum ab Ulyſſe direptis Ciconibus:

Δασσάμεθ', ὡς μήτις μοι ἀτεμβόμενος κίοι ἴσης.

Diviſimus, ut ne quiſquam mihi privatus abiret parte æquali:

Odyſſ. IX. (η) Idemque repetitum in dividenda

Ll

(α) *Verſ.* 427. (β) *Verſ.* 378. (γ) *Verſ.* 20. (δ) *Verſ.* 49. *ſeq.* (ε) *Tom.* III *opp. pag.* 87. *E.* (ζ) *Erato s. lib.* VI. *cap.* 77. *pag.* 359. (η) *Verſ.* 42.

Digitized by Google

videnda præda venatus, *ſub finem.* (α) Similiter Neleus Elidenſibus ablata ſpolia

Δαιτρεύειν, μήτις οἱ ἀτεμβόμενος κίοι ἴσης.

Dividenda, ne quis ſua fraudatus abiret æquali portione:

Iliados XI. (β) Quare Ulyſſes *Odyſſeas* XIII. (γ) ait, ſe Orſilochum, Cretenſis regis filium, occidiſſe, *quod ſe privare vellet præda,*

Οὕνεκά με στερέσαι τῆς ληΐδος ἤθελε πάσης.

§. V. Porro *prædam dividere* inter milites *ſolitus princeps, exercitus dux,* ad quem ideo ſinguli, quæ ceperant, deferebant; quod Achilles ait (δ) ſe feciſſe, vaſtatis urbibus viginti & tribus, quarum ſpolia tradiderit Agamemnoni, eundem queſtus non ſatis juſte diſtribuiſſe. Verum enim vero *princeps expeditionis ex omni præda portionem aliquam extra ſortem auferebat.* Quemadmodum Neleus

Ἐξέλετ' ἄσπετα πολλά, τὰ δ' ἄλλ' ἐς δῆμον ἔδωκε.

Multa exemit, reliquis populo relictis:

Iliad. XI. (ε) Ulyſſi quoque, ex præda a Cyclope congeſta, eximius ceſſit aries.

Ἀρνειὸν

(α) *ſ. Odyſſ. lib. cit. Verſ.* 549. (β) *Verſ.* 704. (γ) *Verſ.* 262. (δ) *Iliad.* IX. *Verſ.* 328. *ſeqq.* (ε) *Verſ.* 703.

Digitized by Google

Ἀρνειὸν δ' ἐμοὶ οἴῳ ἐϋκνήμιδες ἑταῖροι
Μήλων δαιομένων δόσαν ἔξοχα. - -

Arietem autem ſoli mihi fortes ſocii
Dividendis ovibus dederunt præ aliis: -

Odyſſ. IX; (α) adeoque ex venatu decem habuit capreas, cum ſocii haberent novem,

- - ἐμοὶ δὲ δέκ' ἔξελον οἴῳ. (β)
- - *mihi vero decem elegerunt ſoli.*

Simili ratione apud HERODOTUM *Calliope*, (γ) cæſo Mardonio, cum præda viritim diſtribueretur, Pauſaniæ Imperatori ſelectæ mulieres, equi, talenta, cameli, aliaque extra ſortem. Et apud Romanos veteres *Tarquinius*, *capto Corniculo*, *Ocryſiam inſignem genere ac forma mulierem excepit ex præda, extra ſortem;* ἐκ τῶν λαφύρων Ταρκύνιος βασιλεὺς ἐξαίρετον λαμβάνει· ait DIONYSIUS HALICARNASSEUS *Antiquit. Rom. libro* IV. (δ)

§. VI. *Præmia quoque rei bene geſtæ ex præda exempta ducibus aliis, viriſque fortiſſimis:* uti feciſſe Agamemnonem ait Achilles *Iliados* IX: (ε)

Ἄλλα δ' ἀριστήεσσι δίδου γέρα καὶ βασιλεῦσι·

(α) *Verſ.* 550. *ſeq.* (β) *Verſ.* 160. *ejuſd. libr.* IX. *Odyſſ.* (γ) *s. lib.* IX. *cap.* 80. *pag.* 543. (δ) *pag.* 206. *fin.* (ε) *Verſ.* 334. *coll. ſeqq.*

Digitized by Google

Alia autem optimatibus dabat munera &
regibus ;

eoque modo ipſe accepit Briſeïdem. Sic Neoptolemus ejuſdem filius poſt direptam Trojam

Μοῖραν καὶ γέρας ἐσθλὸν ἔχων ἐπὶ νηὸς ἔβαινε,
Portionem & donum bonum habens naves
conſcendit,

Odyſſ. XI: (α) accepta Andromache, ut teſtatur JUSTINUS *libro* XVII. (β) Theſeus quoque, ſecutus Herculem adverſus Amazonas, γέρας ἀριστεῖον Ἀντιόπην ἔλαβεν, *præmium virtutis conſecutus Antiopen*: ait PLUTARCHUS in *ejus Vita*. (γ)

§. VII. Hac ratione *duces ſoliti militibus præmia polliceri*, ut ad bellica certamina vehementius concitarentur. Ita Hector ſpondet, ſe daturum ſpoliorum dimidium ei, qui Patrocli cadaver adduxerit: *Iliad.* XVII. (δ) Agamemnon quoque Teucro munus honorarium pollicetur a capta Troja, tripodem, equos curules aut mulierem,

Πρώτῳ τοι μετ' ἐμὲ πρεσβήϊον ἐν χερὶ θήσω,
Primo tibi poſt me præmium honorarium
in manus ponam:

Iliad. VIII. (ε) Apud VIRGILIUM *Æneid.* IX.

(α) Verſ. 533. (β) *cap.* III. *comm.* 6. (γ) *Tom.* I *opp. p.* 12. *A.* (δ) Verſ. 229. *ſeqq.* (ε) V. 289.

IX (α) Aſcanius Niſo promittit, ſe excepturum ei ex præda arma Turni, aliaque complura fortitudinis præmia conceſſurum. In iis etiam ponetur

- - *campi quod rex habet ipſe Latinus.*

Nempe τέμενος, quale apud Homerum ſæpius fortiſſimo cuique viro decernitur; peculiariter *Iliados* XX. (β) ubi Achilles petit ab Ænea, num ad ſe cædendum venerit ſpe τεμένους a Trojanis promiſſi

Ἦ νύ τι τοι Τρῶες τέμενος τάμον ἔξοχον ἄλλων,
Καλὸν φυταλιῆς καὶ ἀρούρης, ὄφρα νέμηαι
Αἴκεν ἐμὲ κτείνῃς; - - -

An aliquem tibi Trojani agrum diviſuri ſunt eximium præ cæteris,
Commodum conſitis arboribus & aratione, ut fruaris
Si me interfeceris? - - -

Extant id genus alia pene infinita, non ſolum apud Græcos, ſed apud Romanos alioſque populos, quibus, veluti facibus, militum virtutem duces accenderunt.

(α) Verſ. 274. (β) Verſ. 184. ſeqq.

Digitized by Google

CAPUT DECIMUM SEPTIMUM.

De Pace & Fœderibus.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Pacis internuntii §. I.
Paciſcendi ritus, ubi Victimæ immolatio §. II.
Vini libationes §. III.
Dextræ §. IV.
Deorum invocatio §. V.
præprimis Jovis τοῦ ὁρκίου §. VI.
Pacis conditiones §. VII.
Paciſcendi modus per μονομαχίαν §. VIII. *cujus Uſus* §. IX.

§. I.

BElli finis, eademque hujus operis *Pax.* Ea conſtat vel armorum vi, cum hoſtibus domitis victores legem, quam volunt, ferunt: vel *fœdere, certis conditionibus ab utraque parte compoſito.* Æquius *hoc poſtremum*, & longe tutius, *fiebat per Legatos;* quales Menelaus & Ulyſſes, poſt aliquot certamina, ab Agamemnone ad Priamum miſſi; qui, rebus repetitis, pacem poſtularent: quod intelligit POETA *Iliad.* III. (*a*) ubi Priamum introducit ita Helenam alloquentem:

Ἤδη

(*a*) *Verſ.* 205. *ſeq.*

Digitized by Google

Ἤδη γὰρ καὶ δεῦρό ποτ' ἤλυθε δῖος Ὀδυσσεὺς,
Σεῦ ἕνεκ' ἀγγελίης, σὺν ἀρηϊφίλῳ Μενελάῳ.
Jam etenim et huc olim venit nobilis Ulyſſes,
Tui cauſſa legatus, cum Menelao bellicoſo.

Idem notat *Iliad.* XI: (α) ubi ab Alexandro corruptus Antimachus d citur Ulyſſi ac Menelao legatis reſtitiſſe in concione, auctorque fuiſſe Trojanis, ut eos de medio tollerent: quod ſcelus in liberis ab Agamemnone vindicatur. Nimirum *omnibus locis ac temporibus ſacri inviolabileſque habiti, omnium gentium conſenſu, Legati.* Qua de cauſa θεῖοι *divini* dicti κήρυκες *caduceatores* ab HOMERO, (β) qui huc illuc publicis de cauſis a regibus ablegabantur. *Ab ipſo etiam Mercurio eorum originem veteres deduxerunt.* Lacedæmonii utique hac ratione Talthybio, κήρυκι *Legato* Agamemnonis divinos honores decreverunt, templumque religioſe dedicarunt; ſimulque apud ejus gentiles Talthybiadas legationis munus perpetuum eſſe voluerunt; ut teſtatur HERODOTUS *Polymnia,* (γ) & PAUSANIAS *Achaicis.* (δ)

§. II. Fœdera inter ipſos reges contrahebantur, ſicuti videre eſt *Iliados*

Ll 4 III,

(α) *Verſ.* 123. *ſeq. coll. Verſ.* 138. *ſeqq.* (β) *Iliad* IV. *Verſ.* 192. (γ) *ſ. lib.* VII. *cap.* 134. *p.* 424. (δ) *ſ. lib.* VII. *cap.* 23. *fin. pag.* 584.

III; (α) ubi Agamemnon & Priamus conveniunt, certiſque ritibus, inſpectantibus Græcis ac Trojanis, paciſcuntur. *Agnus* ibi ex utraque parte collatus, & quidem Terræ, Jovi ac Soli *immolatus*. Jugulum præcidit Agamemnon, & pilos e capite exſecat, qui adſtantibus optimatibus a præconibus diſtributi: hoc ſigno notans, ita exciſum iri, qui fœdus violaret; ut ille dicit apud SOPHOCLEM: (β)

Κακὸς κακῶς ἄθαπτος ἐκπέσοι χθονὸς,
Γένους ἅπαντος ῥίζαν ἐξημημένος,
Αὔτως ὅπως περὶ τὸνδ' ἐγὼ τέμνω πλόκον.

Malus male inſepultus diſpereat, humo
Ejectus, atque cum genere radicitus
Toto ſuo extirpetur, eo quo nunc modo hunc
præſeco cirrum.

Sed enim hoc pacto mactari ſolebat in quovis jurejurando ſanctiori victima; veluti *Iliad.* XIX. (γ) ubi Agamemnon, cæſo apro, reſectiſque e fronte pilis, jurat, ſe cum Briſeide rem non habuiſſe. PAUSANIAS quoque *Meſſeniacis* (δ) tradit, Herculem cum Nelei liberis fœdus, ultro citroque data fide, iciſſe ἐπὶ τομίων κάπρου

(α) *Verſ.* 261. *ſeqq. uſque ad Verſ.* 291. (β) *Ajac. Flagell. Verſ.* 1241. *ſeqq.* (γ) *Verſ.* 250. *ſeqq.* & *Verſ.* 261. *ſeq.* (δ) *ſ. lib.* IV. *cap.* 15. *pag.* 317.

Digitized by Google

κάπρου, ſuper exſectis apri partibus, quæ nonnulli exta interpretantur, alii teſtes; quemadmodum & Tyndareus procos Helenæ jurejurando obſtrinxit ἐπὶ τοῦ ἵππου τῶν τομίων, ſuper exſectis equi teſtibus EODEM in *Laconicis* (α) auctore. Simile quid in ſanctiore affirmatione obſervatum in Areopago ab eo, qui cædis aliquem poſtularet, notat DEMOSTHENES *Oratione contra Ariſtocrat.* (β) Στὰς ἐπὶ τῶν τομίων κάπρου, καὶ κριοῦ, καὶ ταύρου· καὶ τούτων ἐσφαγμένων ὑφ' ὧν δεῖ, καὶ ἐν αἷς ἡμέραις προσήκει. *Inſiſtens conſecratis carnibus apri, arietis & tauri. Hiſque mactatis, tum a quibus oportet, tum iis diebus quibus convenit: &c.* Cæterum *ejuſmodi victimæ non ſolebant venire in cibum*, ſed abjici; quod videmus in apro illo Agamemnonis *Iliad.* XIX: (γ) quem Talthybius

- - Πολιῆς ἁλὸς ἐς μέγα λαῖτμα
Ῥίψ' ἐπιδινήσας βόσιν ἰχθύσιν. - -
- - *Cani maris in magnum æquor*
Projecit circumrotatum, eſcam piſcibus. -

Inde PAUSANIAS: (δ) τοῖς γε ἀρχαιοτέροις ἐς τὰ ἱερεῖα ἦν καθεστηκὸς, ἐφ' ᾧ τις ὅρκον ἐποιήσατο, μηδὲ ἐδώδιμον εἶναι τοῦτο ἔτι ἀνθρώπῳ. *Veteri*

Ll 5 *equidem*

(α) *ſ. lib.* III. *cap.* 20. *pag.* 262. (β) *pag.* 736. *A.* (γ) *Verſ.* 267. *ſeq.* (δ) *Eliac. Prior. ſ. lib.* V. *cap.* 24. *pag.* 441.

Digitized by Google

equidem religione ſancitum ſcio, ne victimâ veſcerentur homines ſuper qua jusjurandum conceptum fuiſſet. Quem etiam morem obſervatum ſcribit (α) in Olympiis, ubi Athletæ ac Gymnaſtæ apud Hellanodicas jurabant ἐπὶ κάπρου τομίων, *ſuper exſecti ſuis teſtibus.*

§. III. *Vinum* deinde *ab utraque parte allatum, eoque miſto, libationes e phiala factæ;* unde σπονδαὶ fœdera vocata, & ὑπερφίαλοι dicti *fœdipagi.* Ex hoc ritu apud VIRGILIUM *Æneid.* VIII. (β)

- - Pateraſque tenentes
Stabant, & cæſâ jungebant fœdera porcâ.

Ita ſignificabant, ſanguinem fœdifragorum iri effuſum; quemadmodum ſibi ac ſuis poſteris imprecantur apud HOMERUM, *Iliad.* III: (γ)

Ὧδέ σφ' ἐγκέφαλος χαμάδις ῥέοι ὡς ὅδε οἶνος.
Sic ipſorum cerebrum humi fluat ſicut hoc vinum.

§. IV. *Dextras quoque jungere* in fœderibus *erat moris. Iliad.* II: (δ)

Ποῦ δὴ συνθεσίαι τε καὶ ὅρκια βήσεται ἡμῖν;
Σπονδαί τ' ἄκρητοι, καὶ δεξιαὶ, αἷς ἐπέπιθμεν.
Quo jam pactaque & juramenta ibunt nobis?
Fœde-

(α) *ibidem.* (β) *verſ.* 640. *ſeq.* (γ) *verſ.* 300.
(δ) *verſ.* 339. & 341.

Digitized by Google

Fœderaque meri libatione ſancita, & dextræ, quibus confiſi ſumus.

Sic VIRGILIUS *Æneid.* XI: (α)

- - *Coëant in fœdera dextræ.*

Nempe dextra fidei ſymbolum ac arrha veteribus habita: ut ex Glauci ac Diomedis ſponſione mutua liquet *Iliados* VI: (β)

Χεῖράς τ' ἀλλήλων λαβέτην, καὶ πιστώσαντο.

Manuſque mutuo prehenderunt, & fidem dederunt.

Inde Achilles *lib.* XXIV, (γ) ut confirmaret ſecuritatem Priamo,

Ἔλλαβε δεξιτερὴν, μήπως δείσῃ ἐνὶ θυμῷ.

Prehendit dextram, ne forte timeret in animo.

Simili ratione ARISTOPHANES *Nubibus*: (δ)

Κῦσον με, καὶ τὴν χεῖρα δὸς τὴν δεξιάν.

Oſculare me, manumque mihi porrige dextram.

SCHOLIASTES: (ε) ἔθος ἦν, ἐπὶ πίστει καὶ συνθήκαις βεβαίαις τὰς δεξιὰς διδόναι ἀλλήλοις. *Moris erat, ut in fidei fœderumque corroborationem dextras mutuo ſibi darent.* Mos hic Perſis maxime ſolennis, quibus dextram ſanctiſſi-

(α) *Verſ.* 292. (β) *Verſ.* 233. (γ) *Verſ.* 672. (δ) *Verſ.* 81. (ε) *ad h. l.*

Digitized by Google

ctiſſimum fidei pignus fuiſſe ſcribit DIODORUS SICULUS. (α)

§. V. *Dii vero ſacris hiſce ritibus Teſtes & Inſpectores advocabantur, atque vindices fœdifragorum*: quemadmodum Agamemnon invocat Jovem Opt. Max. Solem omnia videntem ac audientem, Terram, Fluvios, Plutonem ac Proſerpinam, & ſi quod aliud eſt Numinum, quæ ſceleratos homines ſub terra caſtigant. (β) Cui non abſimilis illa obteſtatio Æneæ apud VIRGILIUM *libro* XII. *Æneid.* (γ) Quod in omnibus omnino pactis obtinuit, ut non, niſi Diis teſtibus, inirentur. *Iliad.* XXII: (δ)

Ἀλλ' ἄγε δεῦρο θεοὺς ἐπιδώμεθα· τοὶ γὰρ ἄριστοι
Μάρτυροι ἔσσονται καὶ ἐπίσκοποι ἁρμονιάων.

Sed agedum deos teſtes faciamus: hi enim optimi
Teſtes erunt & cuſtodes pactorum.

Similiter *Odyſſeas* XIV: (ε)

Ἀλλ' ἄγε νῦν ῥήτρην ποιησόμεθ'. αὐτὰρ ὕπερθε
Μάρτυροι ἀμφοτέροισι θεοὶ τοὶ Ὄλυμπον ἔχουσι,

Sed age nunc pactum faciamus. at deſuper
Teſtes ambobus dii qui Olympum habitant:

ait Ulyſſes ad Eumæum.

§. VI.

(α) *lib.* XVI. *cap.* XLIII. *Part.* II. *pag.* 441. (β) *Iliad.* III. *Verſ.* 276. *ſeqq.* (γ) *Verſ.* 496. *cf.* & *Verſ.* 565. *ſeqq.* (δ) *Verſ.* 254. *ſeq.* (ε) *Verſ.* 303. *ſeq.*

§. VI. Ex omnibus vero Diis *Jovem præcipue in fœderum ſanctione invocabant;* cui ideo primum locum dedit Agamemnon. (α) *Inde ὅρκιος ille dictus, & fulmine armatus in eorum exitium, qui jurejurando fallerent.* (β) Id vero certiſſimum credebant, ut maxime differretur. Ita namque Agamemnon, poſtquam, violato fœdere, Menelaum perfide vulneraſſet Pandarus, pronunciat: non irritum fore juramentum, & agnorum ſanguinem, libaminaque mero facta, ac dextras, quibus erant fiſi. Etſi namque Jupiter non ſtatim in Trojanos animadvertat, ſero tamen ei luituros pœnam, cum uxoribus ac filiis. (γ) Ita in poſteris etiam vindicatum perjurium, quemadmodum Pythia Glauco Epicydidæ reſpondit apud HERODOTUM *Erato:* (δ)

Ἀλλ' ὅρκου πάϊς ἐςὶν ἀνώνυμος, οὐδ' ἔπι χεῖρες,
Οὐδὲ πόδες· κραιπνὸς δὲ μετέρχεται εἰσόκε πᾶσαν
Συμμάρψας ὀλέσῃ γενεὴν, καὶ οἶκον ἅπαντα.

Aſt orci natus, qui nomine, qui manibus, qui
Nullis eſt pedibus rapide advenit, uſque adeo dum
Convol-

(α) *Iliad.* III. *Verſ.* 276. (β) *Verba ſunt* PAUSANIÆ *Eliac. Prior. ſ. lib.* V. *cap.* 24. *p.* 441. (γ) *Iliad.* IV. *Verſ.* 158. *ſeqq.* (δ) *ſ. lib.* VI. *cap.* 86. *pag.* 363.

Digitized by Google

Convolvens omnem perdat prolemque domumque.

Et notarunt Græcorum hiſtorici Philippo Macedoni, omnium Principum maxime perfido ac perjuro, pœnam a Numine immiſſam; quæ in omnem ejus poſteritatem derivata. Quamobrem veteres Græci perjurium Deo ſoli puniendum reliquerunt, ut docet DEMOSTHENES in *Ariſtocratem.* (α) Unde etiam apud CICERONEM *de leg.* (β) *Perjurii pœna divina exitium; humana dedecus.*

§. VII. Porro *in fœderibus* hoc primum *ſtatuebatur*: *Ut res ablatæ reſtituerentur.* Itaque Agamemnon ſtipulatur Achivis reddi Helenam, omniaque, quæ cum ea abripuerat Paris. (γ) Acceſſit etiam *mulcta*, eaque ſingularis, a Priamo Græcis perſolvenda: nempe *ad compenſandos ſumptus ac labores*, quos expeditione ſua ſuſtinuerant Græci.

§. VIII. Cæterum peculiare in hoc fœdere fuit, quod *ſingulari certamine*, inter Alexandrum ac Menelaum, ita omne tranſigitur negotium, ut, uno occiſo, alter

(α) *pag.* 736. *C.* (β) *lib.* II. *cap.* IX. *Vol.* IX. *opp. pag.* 3349. (γ) *Iliad.* III. *Verſ.* 285.

alter rebus controverſis perfruatur. *Antiquiſſimus utique mos, ejuſmodi μονομαχίᾳ univerſam belli contentionem dirimere.* Cujus exemplum pervetuſtum extat apud HERODOTUM *Calliope:* (α) ubi commiſſi Hyllus Herculis filius & Echemus Tegeatum rex, ille ab Heraclidarum exercitu, hic Peloponnenſium, ea conditione, ut ſi ille hunc ſuperaret, Heraclidæ in paternam Peloponneſi ditionem reverterentur; ſin minus, recederent in centum annos: DIODORUS SICULUS *libro* IV. *cap.* 59. (β) *Alias quoque plurium commiſſione ſalus exercituum redempta;* ut cum Argivi ac Lacedæmonii de Thyrea contendentes, tricenos ex utroque exercitu delegerunt ad pugnam, qua qui ſuperiores forent, regionem controverſam poſſiderent. Ita etiam Tegeates & Pheneates trium fratrum utrinque commiſſorum certamine bellum compoſuerunt, auctore DEMARATO in *Arcadicis.* (γ) Cui confert PLUTARCHUS in *Parallelis* (δ) pugnam, inter totidem fratres Horatios ac Curiatios peractam.

§. IX.

(α) *ſ. lib.* IX. *cap.* 26. *pag.* 522. (β) *Part.* I. *pag.* 261. (γ) *apud* PLUTARCHUM *Parallel. Tom.* II *opp. pag.* 309. C. (δ) *ibidem* E.

Digitized by Google

§. IX. Sed *minus frequens ejuſmo.* *belli compoſitio fuit*, ſæpius univerſæ aci: concurrerunt, & internecione finem ſt tuerunt. Nec doli ac technæ ad cui conſequendum prætermiſſæ: quoru fæcundus parens ab HOMERO (*a*) la datur Ulyſſes. Illius conſilio equus il ab Epeo fabricatus, quo concluſus ip cum optimatibus Græcorum, Trojana urbem occupavit, & ferro flammaq penitus delevit. Ita finis impoſitus be lo Trojano, paxque hoſtium ſuprem excidio a Græcis conſtituta.

F I N I S.

(*a*) *Iliados* XI. *Verſ.* 482. *Odyſſeæ* VII. *Verſ.* 16 *&* *alibi.*

Digitized by Google

Digitized by Google

SPECIMEN
ANIMADVERSIONUM
IN
ANTIQUITATES HOMERICAS.

N immenſam πολυθείαν inciderunt) Vid. infr. not. ad p. 7. cf. interim *Gyrald.* Synt. I. p. 2. *publicis monumentis ſunt profeſſi*) Qualia plura proſtant apud Scriptores, Sacros æque ac pro- uc illud omnino pertinet, quod extat Act. 17, 23. etita mentio occurrit apud *Clem. Alex.* Strom. . & *Iſid. Pelus.* lib. IV. Epiſt. 69. Huc reſpexit inuc. *Fel.* Octav. 52. ubi vid. *Elmenh.* cf. præter *Schmidt.* & *Wolf.* in Cur. Phil. ad h. l. atque Idol. lib. I. cap. II. etiam *Io. Bos.* Diſſert. de ara Dei. Adde tandem & *Lucian.* Philopatr. Tom. II. *Pauſan.* Eliac. cap. 14. & *Diog. Laert.* Vit. Epi- ubi refert, eum auctorem Athenienſibus fuiſſe, eſtem averſam βωμοὺς ἀνωνύμους extruerent *H.* *Et qui eâ puniunt defunctos*) Videtur τὸ eâ hic poſitum eſſe, nec ſenſum admittere, niſi le- eâ uti infr. p. 540. *principes fuerunt duodecim*) em *Ariſtidi* apud *Phot.* Bibl. Gr. p. 1303. *Aelian.* lib. VIII. c. XII. *Dion. Hal.* A. R. lib. VII. p. 478. *Demoſth.* Eloq. p. 167. *Pauſan.* Attic. c. 40. p. 96. lis quoque menſibus horum Deorum aliquem præ- tradit *Cal. Rhod.* L. A. libro XXV. cap. 30. *H.* ſancte vero numerus hic duodenarius ab iis ha- ſit, vid. apud *Aelian.* V. H. lib. V. cap. XI. coll. lib. II. c. XIX. & not. utrobique; add. *Salmaſ.* ad . Epid. V, 1. Tom. I. p. 413. ſeq. Videtur etiam id ie ἱερὸν dictum fuiſſe, quod fiebat his XII. Diis *Harpocr.* *uti cenſet Herodotus*) Quem etiam vid. c. 50. p. 109. Malignitatis autem hunc in eo arguit

 Plu-

Plutarch. de Herod. Malit. T. II. p. 857. de re ipſa vid. *Lucian.* de Dea Syr. T. II. p. 656. *H.* adde *Euſeb* P. E. p. 47. ſeq. & Noſtrum infr. p. 25. *Vetus Poëta*) Ignobilis ſaltem, aut plane nullus. Obſtant auguria: veſtigia ejus nulla ſuperſunt. Rhythmum ſane illum intra verſum in voc. θεοὶ & *μεγάλοι* commiſſum nemo facile vel unius probati Poëtæ auctoritate tuebitur. Ceterum de noſtra emendatione ſic habe: Κυλλοποδῶν non legitur apud Veteres: *Κυλλοποδίων Homero* frequentius. vid. Iliad. XVIII, 371. XX, 270. XXI, 331. Nos metri cauſa Κυλλοπόδης ſubſtituimus. Ε'νυείλιος metrum ferre non poterat, pro quo utique Ε'νυάλιος legendum ex Iliad. XVII, 211. & XVIII, 309. Reliqua nunc correxiſſe ſatis.

P. 6. *apud Apulejum*) & *Martian. Capell.* Sat. lib. I. pag. 15. *H.* Variat hic in voce Jupiter pro Jovis vel Jovi. Male id quidem, judicio *Dempſt.* ad Roſin. lib. II. cap. III. Cui in componenda hac lite plura non addimus. *apud Romanos etiam*) Vid. *Varro* de R. R. lib. I. cap. I. *H.* Conf. omn. *Alex.* Genial. lib. VI. cap. IV. fol. 324[b]. ſeq.

P. 7. *Et alii infiniti*) Horum triginta millia numeravit *Heſiod.* ἔργ. v. 252. juxta *Græv.* (eſt autem v. 250. ſeq.) Calculum addit *Plinius* H. N. lib. II. c. VII. ubi *major eſt*, inquit, *cælitum populus, quam hominum. H. Heſiodi* en tibi verba:

Τρὶς γὰρ μύριοι εἰσὶν (lege *μύριοί εἰσιν*) *ἐπὶ χθονὶ*
πουλιβοτείρῃ
Α'θάνατοι Ζηνὸς, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων.

Meminit hujus loci *Clem. Alex.* Protr. p. 26. C. & pro *ἀθάνατοι Ζηνὸς* ſenſu, ut puto, faciliori legit *Δαίμονες ἀθάνατοι*, ſimulque pro *θνητῶν* ſubſtituit *μερόπων*. De Α'ποθεώσει Vet. Graec. vid. *Euſt.* ad Iliad. I, 4. cf. *Perizon.* & aliorum not. ad *Aelian.* lib. XII. c. XI. Eſt & aliquid in Epigr. Græc. & apud *Tzetzem* ad Lycophr. Conſecrationis ritus habet *Alex.* Genial. lib. VI. c. IV. f. 326[a]. *omninoque meritis præſtantes viros & feminas*) Vid. *Lactant.* de J. D. cap. XI. & cf. *Cicer.* lib. II.

cap.

Digitized by Google

cap. XXIV. *unde Tribus ſuas denominarunt)* Ac Tribus quidem Erechtheïs prima eſt in Inſcript. *Sponii* Itin. T. III. p. 47. etſi *Pauſan.* alios ἐπωνύμους l. c. præmittat. *H.* de numero, ordine, nominibus, fatis &c. Tribuum Atticarum vid. *Harpocr.* vocc. Επώνυμοι & Στρατεία ἐν ἐπωνύμοις coll. ibid. *Mauſſac.* Plura tradunt *Meurſ.* de Reg. Ath. lib. I. c. VII. *Poſtell.* de Republ. Ath. cap. II. *Sigon.* de Rep. Ath. lib. I. cap. II. & lib. II. c. II. *Pauſanias* ſibi ipſi conferendus Phoc. cap. 10.

P. 9. *paſſim* ἑκατηβόλος *audit*) Videl. Iliad. I, 370, 373. XVI, 711. Od. XX, 278. Hymn. in Apoll. v. 134. &c. Apollinis cognomina, eorumque varias interpretationes vid. apud *Macrob.* Saturn. lib. I. c. XVII. Munera ejusdem conjunctim tradit *Schol.* ad Iliad. I, 603. *etiam furti*) Alia longe mens eſt *Platoni* lib. XII. de LL. T. II. p. 941. Conſtat tamen de re ipſa ex Hymn. in Merc. v. 17. cf. *Lucian.* Dial. Apoll. & Vulc. T. I. p. 198. & *Schol.* ad Iliad. XXIV, 24. *ducere homines creditus in via*) Vid. inſuper *Phurn.* c. 16. *Petron.* Sat. c. 140. coll. ibid. not. *Wower.* *ad orcum abigere*) Quod etiam tradit *Pauſan.* Arcad. c. 32. ubi idem & Jovis διάκονος in perferendis nunciis appellatur. *H.* adde plura ex *Virgil.* Aeneid. IV, 238. ſeqq. *Neptunus mare ſortitus eſt*) Idque tum internum, tum externum; vid. *Spanh.* ad Ariſtoph. Plut. p. 253ª. *H.* *& certamina equeſtria*) *Pauſan.* l. d. huc quoque citat Iliad. XXIII, 584. ſeq. *H.* Ἵππιος hinc ſæpe nominatur, ut apud *Ariſtoph.* Nub. v. 83. ubi tamen ſi *Schol.* & *Heſych.* voc. Ἵππειος ποσειδῶν conſulas, tibi prorſus aliena ſuadent; notante etiam *Vales.* ad Harpocr. pag. 47ª.

P. 10. *Sociam habens* Ἐνυώ, *Bellonam*) *Homerus* etiam teſtis Iliad. V, 333. *Venus amoris Dea*) Ea cur Ἀφροδίτη dicatur, exponit *Eurip.* Troad. v. 984. ſeq. *Lucina vita ortus fuit aſſignatus*) Isque non hominum modo, ſed & animalium reliquorum; *Virgil.* Georg. III, 60. coll. *Serv.* *Ovid.* *III.* Faſtor. v. 255. ſeqq. Adeoque obſtetricandi arte eam quoque valuiſſe colligitur

ex Hymn. in Apoll. v. 115. ſeqq. vid. plur. *Nat. Com.* lib. III. c. XIII. & *Voſſ.* de Idol. lib. II. c. XVI. *& reliquis*) cf. *Heſiod.* Theog. v. 901. *H.* quem citat in hanc rem *Stobaeus* Serm. IX.

P. 11. *Sed enim regiones quoque integra*) Loca vero terræ ei numini dicata, quæ huic eſſent convenientiſſima: montes & nemora Pan habuit, prata Nymphæ; *Dion. Hal.* lib. I. p. 30. *H. Platoni* hæc quoque Religio probatur lib. V. de LL. pag. 367. & *Ciceroni* lib. II. de LL. cap. XI. vid. & *Spanh.* ad Callim. pag. 370. *Argivi quidem*) Unde Ἥρα Ἀργεία a *Palaph.* dicitur c. XLIII. vid. & *not.* ad Minuc. Felic. p. 235. *H.* adde *Strab.* lib. V. p. 215. *B.* Alia eſt Juno Ἀργονία ab Eodem lib. VI. init. celebrata. vid. iterum *Spanh* ad Callim. p. 372. ſq. *Quo nomine &c.*) Id *Ariſtophan.* præſertim uſu venit; q. v. Nub. v. 602. Avib. v. 828. coll. *Ariſtid.* Or. in Minerv. T. I. p. 21. fin. & *Cicer.* de N. D. lib. III. c. XXII.

P. 12. *Homero dicta paſſim*) Videl. Hymn. in Pallad. I, 1. & Hymn. II, 3. Idem valet πολιάς apud *Aelian.* V. H. lib. II. c. IX. & *Ariſtoph.* Avib. v. 829. coll. *Schol.* in Sophocl. Philoctet. v. 133. At *Strabo* Minervæ templum & Poliadis ædem ſeorſim memorat lib. IX. pag. 396. A. quod tamen vix dubium alicui movere poterit, qui conf. *Interprr. Ariſtoph.* ad Plut. v. 1194. & *Spanh.* ad Callim. pag. 590. ſeq. *Πολιεύς inde dictus*) Plura Jovis cognomina tradit & exponit *Schol. Sophocl.* ad Ajac. verſ. 490.

P. 13. *Subinde comites adjungit*) Lege *Ciceronem* de N. D. lib. II. c. LXVI. ubi totidem verba reperies. *Homeri* loca, quæ huc ſpectant, ſunt de Ulyſſe quidem Iliad. II, 165. ſqq. & Iliad. X, 274. ſq. & tota fere Odyſſea; ubi Pallas tum Ulyſſem tum Telemachum conſtanter ubivis comitatur. vid. & Iliad. V, 1. 2. Iliad. II, 26. ſeq. Iliados I. verſ. 414. ſeqq. & 503. ſeq. *Auctorem laudans Menandrum*) Comicum puta, cujus vid. Fragm. pag. 260. fin. Ejus verba etiam apud *Clem. Alex.* legere eſt, Strom. V. p. 610. C. *H.* Vide etiam h. d. r. *Alex.* Genial.

Genial. lib. VI. c. IV. f. 325a. *obſervatores*) Unde ἐπίτροποι *Arriano* dicuntur in Epict. lib. I. cap. XIV. *Seneca* quoque Epiſt. 41. ait: *Sacer intra nos ſpiritus ſedet, malorum bonorumque noſtrorum obſervator & cuſtos.* cf. Eund. epiſt. 110. & *Cenſor.* de Die Nat. cap. III. *H. depravat ad mala*) Sequentia quoque verba digna ſunt quæ hic legantur: *quibus aſſiſtentibus poſt mortem, aut aſſerimur in meliorem vitam, aut condemnamur in deteriorem: per quos aut vacationem meremur, aut reditum in corpora. H.*

P. 14. *Creditum quoque &c.*) Vide hac de opinione *Fulgent.* Mythol. lib. III. c. VII. *Alex.* Genial. lib. II. c. XIX. f. 85a. *Gyrald.* Synt. I. pag. 15. Præ omnibus ſatis tibi faciet *Hadr. Iunius* Animadv. lib. IV. cap. XII. Plurima ſane huic debet Feithius noſter, ejusque ſcriptis perquam liberaliter uſus fuiſſe videtur; quo nomine hic & in ſequentibus ſæpius a nobis conferendus. *Sic utique Servius*) Cujus verba ita ſupple: *auris Memoriæ conſecrata eſt; frons Genio: digiti Minervæ, genua Miſericordiæ. H.* cf. Eund. ad Aeneid. III, 607.

P. 15. *uti dicitur Iliad. XXIV.*) Locus eſt utique viſu dignus. Ceterum quæ de Niobes liberis ibi narrantur etiam legere poteris apud *Ovid.* Met. VI. fab. 4. *Hygin.* c. IX. *Phurn.* cap. 32. Quibuscum cf. *Plut.* de Superſtit. T. II. pag. 170. *Ac Apollinem quidem*) Diſcrimen, ſed non perpetuum. Buphagum Dianæ ſagittis confixum memorat *Pauſan.* Arcad. c. 27. fin. Eandem ſ. Proſerpinam ſibi mortem minari queritur *Tibullus* III. 5, 5. Calliſto Lycaonis filia idem fatum experta, uti refert *Apollod.* lib. III. p. 165. m. *H.* Pluribus h. d. r. vid. *Fulgent.* lib. I. c. XI. coll. ibid. not. & *Macrob.* Saturn. lib. I. cap. XVII. *Ita quoque apud Pindarum*) cf. etiam *Pauſan.* Corinth. c. 26. A. *meminit Strabo &c.*) apud quem tamen nonniſi hæc nobis reperta, quæ lib. X. p. 635. B. de Apolline ac Diana commemorat: *quod peſtilentiales morbos, & mortes ſponte accidentes his diis imputare ſoleant*; τὰ λοιμικὰ δὲ πάθη, καὶ τοὺς αὐτομάτους

τους θανάτους τούτοις ἀνάπτουσι θεοῖς. Cæterum Græca eorundem nomina a *ſervando* potius & *liberando*, quam a *perdendo* ibidem deducit.

P. 16. *Certa agrorum portiones &c.*) Abſonum hoc videtur *Platoni* apud *Cic.* de LL. II. cap. XVIII. *H.* τιμένη *quaſi* τετμημένα) & hoc quaſi ἀποτετμημένα juxta *Etym.* h. v. cf. *Lucian.* infr. cit. ad pag. 17. & *Kühn.* ad *Polluc.* I, 6. num. 38. τεμένη itaque ſunt quælibet loca a communi uſu exempta, atque Diis, regibus, heroibus honoris ergo conſecrata. vid. *Schol.* ad Iliad. II, 696. coll. Eod. ad Iliad. XVIII, 550. & *Heſych.* h. v. Quibus adde *Perizon.* in *Aelian.* lib. VI. c. I. Dedicati autem agri ab antiquis poſſeſſoribus expulſis, & recentes domini diris devoti; juxta *Dion. Hal.* lib. I. p. 12. *H.*

P. 17. *Pauſan. in Græc. deſcript.*) vid. Attic. cap. 40. p. 97. Lacon. c. 13. p. 239. Eliac. Poſt. c. 6. p. 467. &c. *H.* *a vectigalibus excepti*) non ita legitur apud *Ciceron.* l. c. cf. *Perizon.* ad *Aelian.* lib. III. cap. XLV. *H.* *notat Plato*) ad cujus, ceu Legislatoris mentem potius ita legendum: *& in ſacros uſus reponendos cenſet Plato.* *H.* Id vero factum eſſe ex *Herod.* haud obſcure colligitur ubi Eut. cap. 28. Scriba ſacrarum Minervæ pecuniarum memoratur; vid. & *Ariſtot.* Polit. lib. VI. c. VIII. T. III. pag. 566. D. *ager ille ſacer*) qui ὀργάς proprie dicebatur juxt. *Harpocr.* h. v. & *Hellad.* apud *Phot.* B. G. pag. 1592. *Plutarchus* πεδίον id vocat Ariſtid. pag. 325. C. D. *H.* *Eleuſiniis Deabus*) Cereri puta, & Proſerpinæ; *Pauſan.* Att. cap. 38. ubi ſimul refert, flumina quoque per hoc campi ſpatium currentia his deabus ita fuiſſe conſecrata ut, qui in illis naſcuntur piſces, nemini niſi ſacerdotibus capere licuerit. *H.* *non colebatur*) Contrarium nobis ſuadere videntur, quæ legimus apud *Pauſan.* Att. c. 38. p. 98. coll. *Potter.* Archæol. Gr. lib. II, c. XX. (7) quos ibi vide. *H.* *arbores etiam plantata &c.*) *Lucian.* de Sacrif. Tom. I. p. 367. οἱ ἄνθρωποι πρῶτον μὲν ὕλας ἀπετέμνοντο. vid. & *Spanh.* ad *Callim.* p. 156. ſeq. *H.* *ἄλση vocat Homerus*) vid. præter Il. a

Noſtro

Digitized by Google

Noſtro mox citt. etiam Iliad. II, 506. coll. ibid. *Schol.* Cauſſam vero lucorum eorundemque originem evolvit *Bernegg.* Quæſt. 48. ex *Tacito H.*

P. 18. *περίβολον vocat Pollux*) Cujus tamen vocis uſus non tantum eſt in ſacris, quin & profanis. vid. *Harpocr.* voc. ἕρκειος Ζεύς. Neque lucos modo, ſed templa quoque, imò & ſingulas ſtatuas tali ſepto circundare moris erat; ceu patet ex *Pauſan.* Corinth. c. 3. & 33. & Arcad. c. 37. p. 675. itemque *Varrone* de L. L. lib. VI. p. 68. *H. in luco Dianæ Servatr.*) cf. *Aelian.* lib. V. c. XVII. & ibi *Perizon. H. Quos ad cuſtodiam*) vid. nos infr. ad p. 35. *in Hebræis gentium obſeq. moribus* &c.) Specimina vid. Jud. III, 7. 2. Reg. XVII, 10. coll. Exod. XXXIV, 13. Deutr. XVI, 21. cf. quoque *Kipping.* Ant. Rom. libro I. cap. VIII. & *Lipſ.* ad *Tacit.* de Moribus Germ. cap. 9. *H.*

P. 19. *apud Dodonam illa quercus*) ſic olea Minervæ ſacra *Virg.* Georg. II, 181. Laurus Apollini &c. vid. *Spanh.* ad *Callim.* p. 398. ſeq. de Dodonæa quercu vid. nos infr. ad p. 127. *templa*) quæ primitus ſepulcra fuiſſe tradit *Clem. Alex.* Protr. p. 29. cf. *Euſeb.* Præp. Ev. lib. II. cap. VI. pag. 71. Primus eorum fabricator fuiſſe dicitur aut Phoroneus Aegyptius, aut Merops, aut Aeacus apud *Arnob.* adv. Gentes lib. VI. p. 191. vid. *Dempſt.* ad *Roſin.* lib. I. c. II. *ναούς vocarunt*) Differentiam inter vocc. ναός & βωμός tradit *Schol. Eur.* Hec. v. 146. *παρὰ τὸ ναίειν*) Quo facit *Pind.* Olymp. V. ubi Jupiter dicitur

Κρόνιον ναίων λόφον.

Reſpondere videtur huic vocabulo Hebr. נוה, quod *habitaculum* denotat, uti obſerv. *Brunings* Comp. Ant. Græc. p. 196. *H.* ἱερεκύδεις) lege ἱερακυδεῖς. *Herodotus paſſim uſus*) vid. Uran. c. 143. & 144. *H.*

P. 20. *quibus omnia debent eſſe patentia*) Eadem fere mens fuit *Zenoni* ac *Platoni* apud *Clem. Alex.* Strom. V. p. 584. & *Theodoret.* Tom. IV. p. 519. B. *H. Perſarum opinio*) qua de vid. *Strabo* lib. XV. p. 732. C. *Herod.* Clio

Digitized by Google

cap. 131. cf. *Pauſan.* Achaic. c. 5. plura dabit *Briſſon.* de R. P. lib. II. §. XXX. pag. 362. ſqq. *H. editiore in loco*) qualia Apollinem etiam adamaſſe dicit *Hom.* Hymn. in Eund. v. 144. ſq. vid. & *Lucian.* de Sacrif. p. 367. adde *Hoſpin.* de Templ. lib. I. c V. p. 23. & *Spanh.* ad *Callim.* p. 370. apud Perſas etiam hoc obſervare eſt: exemplum dedit Cyrus apud *Xenoph.* Pæd. VIII. p. 184. *H. Pauſan. in Græc. urbibus*) vid. Corinth. c. 2. 31. &c.

P. 21. *Jovi præcipue*) vid. *Heſych.* voc. ἰπάκριος Ζεύς. Minervæ quoque templum in ſummo montis cacumine collocatum occurrit apud *Dion. Hal.* lib. I. p. 12.

P. 22. *Melanthe de Sacrif.*) Eſt hoc inter illa teſtimonia referendum, quæ cum ipſis ſæpe obſervationibus ex *Nat. Com.* Noſter excerpſit, tecto tamen hujus nomine; quod ſubinde facere illi amant, qui in antiquitate perveſtiganda ſe primitivos fontes adiiſſe Lectoribus imponere volunt. Hujus ne volam quidem, vel aliud veſtigium nobis reperire datum eſt, niſi apud eundem *Nat. Com.* lib. I. cap. X. p. 22. Ejusmodi quoque ſunt *Promach. Heracl.* & *Dionyſ. Thrax* inſt. a Noſtro ex Eodem citati; quos forte *Natur. Comiti* videre, nobis audire modo datum fuit. ἀετὸν, *aquilam*) Ita *Tacitus* Græcum reddidiſſe videtur Hiſt. III. cap. 71. fin. ubi *aquilas Capitolii faſtigia ſuſtinuiſſe ait. cujus paſſim mentio apud Pauſan.*) vid. Corinth. cap. 7. pag. 126. fin. Eliac. Prior. c. 10. p. 398. ſq. cf. *Lipſ.* ad *Tacit.* l. m. c.

P. 23. *Tecto aperto*) vid. *Pauſan.* Attic. c. I. fin. ibid. c. 40. fin. & *Clem. Alex.* Strom. V. p. 559. fin. *H. docet Plutarchus*) adde *Porph.* de Antro Nymph. p. m. 251. *Clem. Alex.* Strom. VII. p. 724. *H.* vid. quoque *Vitruv.* lib. IV. c. V. & *Lipſ.* ad *Tacit.* Hiſt. III. c. 24. fin. *Promachidas Heracl.* atque *Dionyſ. Thrax*) Malim legere Promathidas vel Promethidas ex *Athenæo* & *Schol. Apollon.* ad Arg. II. 817. vid. *Voſſ.* de Hiſt. Græc. pag. 408. *H.* cf. etiam quæ modo ad pag. 23. diximus. Teſtimonia modo allata rem ſatis probant: Tu eos, qui ſe videri nolunt, parum cura.

P. 24.

Digitized by Google

P. 24. *Ac tale Athenienſ. ſtruxit Aelianus Imper.*) legendum utique Aelius Hadrianus ex *Pauſan.* Att. c. 18. fin. Ejus templi, ni fallor, etiam meminit l. c. c. 5. fin. cf. *Gronov.* Præfat. in Feithium *H.* vid. & *Meurſ.* Athen. Att. lib. II. cap. XIII. & de Fort. Athen. cap. ult. *Pantheon Romæ*) Quod Jovi Ultori ab Agrippa factum; *Plin.* H N. lib. XXXVI, 15. ab Hadriano reſtauratum, ref. *Spartian.* in Ejus vita c. 19. *H.* *more Vet. Græc. inſcriptum eſſet*) Inſcriptio hæc non fuit templi, quod Apollini fuerat dicatum, ſed donariorum, menſarum &c. vid. Noſtrum infr. pag. 86. cf. interim *Kühn.* ad *Aelian.* libro I. cap. XX. *H.*

P. 25. *Quæ ab Aegyptiis tranſiit ad Græcos)* vid. h. d. r. *Potter.* Arch. Gr. lib. II. cap. I. cf. Auctores ſupr. cit. ad p. 5. *affirmat Lucianus*) Teſtes hujus rei plures. vid. *Herod.* Euterp. cap. 142. cf. quoque *Euſeb.* P. E. lib. I. c. VI. p. 17. D. & p. 29. ſq. *teſtis Varro)* Verba hæc quoque ex *Auguſt.* excerpta legas in Ejus Fragm. p. 46. ſeq.

P. 26. *Quod in ejus Vita laudat Plutarch.*) ἑβδομήκοντα græcus textus habet, quod male ab Interpr. per ſexaginta redditum, aliis quoque errandi occaſionem fecit. Ceterum Numam hæc a Moyſe accepiſſe tradit *Clem. Alex.* Strom. I. p. 304. D. Numam utique Pythagoricum habent, quorum apud Eundem ſymbolum extat: *Dei imaginem annulo non eſſe inſculpendam*; Strom. V. pag. 559. C. vid. & *Max. Tyr.* Diſſert. XXVIII. *H.* *Euſeb. Chron. lib. II.*) in not. ad lit. (*i*) dele p. 108. vid. modo p. 47. ſq. ubi de Cecrope potiſſima mentio. Accepimus ita hanc allegationem a B. Præceptore noſtro, adpoſuimus eam, cum nondum nobis lectum eſſet Procemium hujus ſecundi libri, ubi nuper demum nobis quaſi aliud agentibus p. 55. hæc verba occurrerunt: *Hic* (Cecrops) *primus omnium Iovem nominavit; ſimulacra reperit; aram ſtatuit; victimas immolavit, nequaquam iſtiusmodi rebus in Græcia usquam viſis.* Non videtur hic locus a *Meurſio* obſervatus, qui de Reg. Ath. lib. I. cap. IX. & XII. multa de Cecropia inſtitutis

deque ejus cum Moyſe coævitate differens, *Iſidori* potius Hiſpalenſis quam *Euſebii* meminit, ex quo tamen ille ipſiſſima hæc verba tranſcripſit libro VIII. Origin. cap. XI. col. 193.

P.27. *Cujus moris ext. veſtigium apud Pharenſ.*) Eod. *Pauſan.* teſte l. & p. cit. *H. Euſebius lib. I. Præp. Ev. obſervat*) circa Phoenicum hiſtoriam, quam ex *Sanchuniatone* ejusque editore *Philone Byblio* eruit l. c. p. 33. A.

P.28. *Teſtantur quam plurima apud Pauſ.*) Vide modo Achaic. c.21. p.577. ibid. c.26. p.592. &c. *ut tradit Harpocration*) voc. Δαιδάλου ποιήματα. ubi ἐπὶ τῶν ἀκριβούντων τὰς τέχνας. Plura non leguntur in Codd. expreſſis, quos vidimus, *Gronov.* & *Blancard.* Obſervatum quoque eſt a *Mauſſac.* ad *Harpocr.* l.c. in Vet. MS. alia de Dædalo ejusque operibus non inveniri. Ea vero, quæ *Scalig.* ex *Suid.* forte deſumpta, ad *Euſeb.* Chron. lib. II. p. 43ª. appoſuit verba, ibi ita leguntur: *Græci ſcribunt veterum ſimulacra* τοῖς ποσὶ συμβεβηκότα *fuiſſe: primum autem omnium Dædalum* διαβεβηκότα *feciſſe. Grammatici* Παροιμιογράφοι, & *Harpocration*: Δαιδάλου ποιήματα. Ε᾽πὶ τῶν ἀκριβούντων τὰς τέχνας· ἐπειδὴ οἱ παλαιοὶ δημιουργοὶ συμμεμυκότα τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐποίουν· ὁ δὲ Δαίδαλος ἀναπέτασιν αὐτοὺς καὶ τοὺς πόδας διέστησε. Confer jam Noſtrum; eodem uterque vitulo araſſe videtur. Plura non addimus. lege *Scalig.* pag. cit. integr. & ſi tibi ad manus eſt *Palephatus*, vid. c. 22. coll. ibid. not. qui & abs *Euſeb.* hanc in rem cit. lib. II. Chron. p. 109. & *Pauſan.* Boeot. cap. 3. p. 716. δαίδαλα igitur modo ſimulacra denotant, ut teſtatur *Pauſ.* l. m. c. modo, artificioſa quæcunque Iliad. V. 6. XIV, 179. &c.

P. 29. *Sedentis Minervæ ſimulacrum*) Quale etiam commemorat *Pauſan*: Att. c. 26. p. 62. & Junonis ſedentis Corinth. c. 17. p. 148. *lignea, quæ* ξόανα *dixerunt*) Præſtat vero ξόανον pro quovis ſimulacro accipere; quandoquidem *Lucian.* Pſeudom. aurea & argentea ξόανα memorat. *Eurip.* quoque Troad. v. 515. ſimpliciter dicit

τόδ᾽ ἱερὸν ἀνάγετε ξόανον.

vel certe ſi ab aliis diſtinxeris quæ ἀγάλματα dici conſueve-

ſueverunt, hæc ξόανα impolita magis & nondum penitus elaborata denotabunt: vid. *Clem. Alex.* loc. a Noſtro cit. & plur. not. Clar. Viror. ad *Plin.* Paneg. p. 23.

P. 30 *luxuria irrepſit*) τὸ *irrepſit* noſtra Edit. in textu non agnoſcit, modo ad marginem notatum videmus. *ebur conquiſiverunt*) Simulacra eburnea in locis humidis oleo, in ſiccis aqua conſpergebant, ne vitium caperent. vid. *Pauſan.* Eliac. Prior. cap. 11. fin. *Platonis ſanctio*) vid. & *Clem. Alex.* Strom. V. p. 584. fin. *Arnob.* libro I. p. 22. & lib. VI. pag. 200. & ipſum *Plat.* libro XII. de LL. p. 955. ſq. cf. *Theodoret.* Tom. IV. p. 519. C. *H. aurum argentum*) Statua aurea Veneris eſt apud *Aelian.* lib. XII, 1. argentea, ejusdem deæ apud *Schol.* Il. III, 64.

P. 31. *in ſacris ab Homero laudari*) Sic Chryſes infulam habuiſſe dicitur Apollinis aureo cum ſceptro Iliad. I, 15. aurea quoque pocula in libation. ſæpius adhibita. Vid. Noſtr. infr. pag. 54. *id tamen ipſe vererer*) leg. *veretur* ut *Pauſan.* audias *H.* *Quod cum ille* &c.) vid. *Euſtath.* ad Iliad. IV, 144. coll. ad Odyſſ. III, 438. & *Schol.* ad Od. VIII, 509. *H.*

P. 33. *plures & diſtincta a ſacerdotio*) Curtius hanc verſionem emendavit *Grav.* Præf. in Feith. cf. ipſa *Ariſtot.* verba cum antecc. rem ipſe componas. *tum fœmina*) Tales Junonis illæ γυναῖκες ἱεραί apud *Dion. Hal.* lib I. pag. 17. Alcyone ejusdem ante bellum Trojanum ibid. p. 18. vid. & *Eund.* lib. cit. pag. 26. *H.* Aglaurus Cecropis filia Minervæ ſacerdos vid. *Heſych.* h. v. Lyſimache ejusd. apud *Plutarch.* de Vitioſ. Pudore Tom. II. p. 534. B. *Hebraeor. inſtitutis conſentaneum*) vid. *Spencer.* de LL. Ritual. lib. II. c. VII. Sect. II. p. 286. & *Lund.* lib. I. c. XXXI. p. 169. *etiam matrimonio juncti*) Adeoque liberas eſſe ſacerdoti nuptias dicit *Pauſan.* Corinth. c. 14. Multa hujus rei exempla a Noſtro adducta; plura proſtant. Vetula quoque memoratur Minervæ ſacerdos apud *Apollon.* Arg. I, 311. ſqq. atque ex Romuli inſtituto ſacerdos maritus & uxor; juxta *Dion. Hal.* lib. II. p. 92.

P. 34. *perpetua indicta caſtitatis lege*) vid. *Pauſan.*

Acha-

Achaic. cap. 25. fin. & Arcad. cap. 13. init. ibique *Scheff.* *Vel usque ad nuptiarum tempus*) Sic virginis usque ad pubertatem durans Minervæ ſacerdotium meminit *Pauſan.* Arcad. c. 47. *Idem* quoque refert impuberis ſacerdotium apud Eleatenſes quinquenne Minervæ Cranææ, accedente pubertate abrogandum Phoc. cap. 34. vid. & *Dion. Hal.* l. m. c. *H.* *potiſſimum ſucceſſione*) vid. quæ contra hæc diſputat *Spenc.* lib. I. c. VI. Sect. II. *H.*

P. 35. *ſolitos Veteres*) ante Romuli ſcil. ætatem *H.* *ſed & ſubjungit*), imò alteri proponit, ceu ex ipſis *Dionyſ.* verbis patet; quæ cum perverſe a Noſtro adpoſita nobis viſa ſint, hic ſuo ordine diſpoſita exhibemus; Romuli itaque circa ſacra inſtituta ſic refert: *Deinde cum alii temere plerumque ac inconſiderate ſacrorum antiſtites eligant, quidam licitatoribus hunc honorem proponentes, quidam ſortibus committentes, ipſe neque venalia voluit eſſe ſacerdotia, neque ſorte diſtribuenda: ſed lege ſanxit, ut è ſingulis curiis legerentur bini annum egreſſi quinquageſimum, qui virtute ac genere præcellerent cæteros, opesque haberent ſufficientes, & integro eſſent corpore* &c. Ex Eodem etiam obſervandum Sacerdotes Romanorum a Curiis electos eſſe, ab auguribus vero confirmatos lib. cit. p. 93. de modo per ſortem eligendi ſacerdotes vid. exempl. apud *Pauſan.* Achaic. c. 25. fin. *H.* *ſedes illis ac domicilium &c.*) Supra jam dixerat Noſter ſacerdotes ad cuſtodiam lucorum, templorum &c. prope eadem habitaſſe; vid. p. 18. Ceterum diverſa negotia in templis peragenda erant, quæ non omnia ſacerdotibus conveniebant; hinc ζάκοροι conſtituebantur, item τιμηνῆται & ἱεροφύλακες quibus templa exornanda, verrenda &c. commiſſa erant. vid. *Menand.* Fragm. *p.* 112. & *Suid.* voc. τίμενος & ζάκορος. cf. & *Ariſtot.* Polit. VI. c. VIII. T. III. p. 566. D.

P. 36. *reges ſacrum obiere miniſterium Auct. Ariſtot.*) Id vero neque ex h. l. nec aliis exemplis probari poterit. Mandarunt reges ſacrificia, non fecerunt. cf. Noſtr. infr. pag. 152. ſeq. *H.*

P. 37.

P. 37. *De Luſtrationibus*) Diſtinctius hæc a Noſtro tractanda fuiſſent, pro variis Luſtrationum generibus, quibus varias etiam cerimonias adhibuerunt Græci æque ac Romani; quoad pleraſque tamen ſibi haud diſſimiles. Luſtrationes namque fuerunt *vel ſingulorum hominum*, tum *viventium*, tum *mortuorum*; vel *civitatum*, *domuum*, *regionum & agrorum*; aliæ item *ad munditiem*, aliæ *ad ſacrum cultum* rite peragendum: de quibus ſigillatim dicendum foret, niſi compendii limites heic egredi nefas eſſe duceremus. vide modo Auctores a nobis collatos: cuncta cognoſces. *Potter*. Archæol. lib. II. c. IV. apud *Gronov*. Vol. XII. pag. 232. ſeqq. *Spencer*. de Luſtrationibus Hebræorum quæ eſt Diſſert. III. Lib. III. c. I. *Natal. Com.* lib. I. c. IX. apud quos ipſa ſæpius Noſtri verba cum teſtimoniis allatis inveniuntur. adde & notas in *Plin*. H. N. lib. XXV. Sect. LIX. n. 4. & *Periz*. ad Aelian. lib. VIII. c. V. n. 4. Reliqua, prout a Noſtro nobis offeruntur, quæ animadverſione digna maxime viſa ſunt, brevi calamo perſequemur.

P. 38. *Veſtes munda*) de his vid. *Servius* ad Aeneid. XII, 169. *H.*

P. 39. *Vaſa ſacro uſui deſtinata*) vid. not. *Scalig.* ad *Plaut*. Aulul. II, 3, 3. & Captiv. IV, 2, 81. *H.* Ejuſmodi ſunt χέρνιβες, lebetes; de quib. infr. ad p. 71. *ob igneam, ut ait Proclus portionem, quam &c.*) Videndus hic *Proclus* de Sacrificio & Magia; quem libellum excerpſit & latinè vertit *Marſil. Ficinus* opp. fol. 1928. ſeq. cujus ſub finem hæc verba leguntur: *Ergo ſacerdotes per mutuam rerum cognationem, compaſſionemque conducebant in unum, per repugnantiam expellebant, purificantes, cum oportebat, ſulfure, atque aſphalto, id eſt bitumine, aqua aſpergentes marina, purificat enim ſulfur quidem propter odoris acumen*, aqua vero marina propter igneam portionem, *& animalia diis in deorum cultu congrua adhibebant, ceteraque ſimiliter.* Eundem citat *Spencer*. l. ſupr. cit. ejusque verba exhibet, quæ tamen eo tenore reperta non habeo. cf. *Hoſpin*. de Templ.

Digitized by Google

Templ. lib. II. c. 25. p. 278. *Menander:*) Ejus verba ex *Clem. Alex.* Strom. VII. p. m. 713. ſq. excerpta hæc ſonant:

Περιμαξάτωσάν σ' αἱ γυναῖκες ἐν κύκλῳ
Καὶ περιθέτωσαν ἀπὸ κρουνῶν τριῶν
Ὕδατι περιῤῥᾶναι, ἐμβαλὼν ἅλας, φακούς.
Aſpergant te mulieres in orbem circumlata
Et circumſperſa tibi aqua è tribus fontibus,
Eâ purificabere, injectis ſale & lentibus.

Videtur hunc maxime locum reſpexiſſe Noſter, qui a *Clerico* aliter lectus eſt in Fragm. ab Eod. collectis p. 120. confer vero not. ibid. unde de vera horum verborum lectione & interpretatione tibi conſtabit clariſſime. Ceterum, quod obiter obſervem, vox *περιμαξάτωσαν* a *περιμάττω* in luſtrationibus ſolennis eſt, ritumque deſignat, quo id, quod rei luſtrandæ adhibebant, in orbem ducebatur; unde *περιμαξάτωσάν σε - - ὕδατι* eadem fere locutio, quæ *Virgil.* in VI. Aeneid. v. 229. ſeq.

Idem ter ſocios *pura* circumtulit *unda*,
Spargens rore levi & ramo felicis oliva.

ubi conf. *Serv.* Aqua porro pura adhibebatur ex fontibus, vel fluminibus recens hauſta, *Virgil.* Aeneid. II, 719. IV, 635. VI, 635. ſeq.

P. 40. *in luſtranda domo*) Hunc præſertim ſulphuris uſum commendat *Plin.* Hiſt. Nat. XXXV. cap. XV. amplior tamen is eſt, uti exemplis conſtat, & in not. ibid. fuſius probatur. *cujus ſingularem &c.*) vid. *Schol.* ad *Ariſtoph.* Pac. verſ. 926. & ad Iliad. I, 314. coll. *Etymol.* voc. *ἀπολυμαίνω. Καὶ ὅτι πῦρ ἁγνιστικόν* dicit *Euſtath.* ad Iliad. I, 52. hic eſt *πῦρ* ille *καθάρσιος* apud *Eurip.* Herc. fur. v. 928. *Sulphura cum tædis*) adde: *& ſi foret humida laurus.* Laurus enim communiſſimum fere fuit adſpergillum, quo luſtrandos adſpergebant; de qua plura infr. ad p. 71. *qui ſe polluiſſent ſanguine*) Sic Apollo quoque ob cædem Pythonis ex mandato Jovis expiatus apud *Aelian.* V. H. lib. III. c. I. & Hercules luſtrari volebat ob cædem liberorum *Eod.* ref. lib. IV. cap. V. coll. ibid. *Perizon.* Idem occiſo Caco dicitur *ἁγνίσας τῷ ποταμῷ*

καμῶ τὸν φόνον apud *Dion. Hal.* lib. I. p. 31. fin. Porro notandum, cædem expiaturos cadaveris extremas partes præcidiſſe, & ex illis ſeriem connexam ex collo ſuſpendiſſe; vid. *Apoſtol.* Adag. XII, 42. & *Schott.* not. pag. 326. ſeq. *H.*

P. 42. *apud Apollonium*) Quocum cf. *Schol.* ad l. c. *H.* *ubi porcelli mactati ſanguine*) fuerunt & mulieres ἐγχυτρίστριαι dictæ, quæ ſanguine victimæ perfundebant expiandos; vid. *Etymol.* h. v. *Agamemnonis juſſu facta*) Ejusmodi & illa Athenienſium ob effoſſa cadavera hoſtilia & trans fines projecta, quod facinus dein Niſeæ Salamisque amiſſio ſubſecuta erat, ut eſt apud *Plut.* Solon. p. 84. C. *qua λύμη Græcis dicta*) hæc de ſuo inſeruit Feithius; apud *Pauſan.* non leguntur. *H.*

P. 43. *Plato Eutyphr.*) vid. & Polit. T. II. p. 290 C. Preces quoque non ſine ſacrificiis fieri jubet *Salluſt. Damaſc.* c. XVI. apud *Gale* pag. 272.

P. 45. Θεὸς, Θεὺς *pronunciare ſoliti*) vid. hic omnino *Euſtath.* ad Iliad. II, 478. ſqq. & *Heſych.* h. v. cf. & *Briſſon.* de Form. Solenn. lib. I. p. 80. *apud ipſum etiam Homer. videre eſt*) Forte ſacrificia & libationes evchariſticas magis, quam verbales gratiarum actiones Noſter reſpexit, quæ illis ſunt rariores apud *Homerum*; niſi tales eſſe credas Iliad. XIII, 631. ſeqq. Odyſſ. I, 61. illius generis eſt, quod deſcribitur Iliad. XI, 726. ſeqq. cf. *Euſt.* ad Iliad. XXII, 435. ſeq. Latinorum illuſtria hujus rei exempla legimus apud *Briſſon.* l. c. pag. 69. ſeq. & libro II. pag. 205.

P. 46. *novem tauros vovet*) Locus ad lit. (α) cit. fere unicus eſt in *Homero*, ubi Neſtor ſolenne Palladi votum nuncupaſſe dicitur. Inſolitum ſane & incongruum illud fuiſſet, ſi vel unquam ei novem tauros voviſſe legeretur; qui utpote huic deæ nunquam offerebantur, ſed juvenca ut plurimum annicula, uti ex h. l. & ex voto Diomedis Iliad. X, 292. ſatis adparet: qui locus infr. p. 63. ad lit. (λ) ſupplendus. *Schol. Homer.*) Apud quem tamen hæc verba nobis hactenus non reperta.

P. 47.

Digitized by Google

P. 47. *Quin etiam ſacrificia &c.*) Sic etiam quum pro aliis precarentur non propria, ſed alterius merita recenſebant; uti Eumæus pro Ulyſſe Od. XVII, 239. ſeqq.

P. 48. *Herodotus Clio*) locus ita habet: λέγεται ὑπὸ Λυδῶν τὸν Κροῖσον --- ἐπιβώσασθαι τὸν Ἀπόλλωνα ἐπικαλεόμενον, εἴ τί οἱ κεχαρισμένον ἐξ αὐτοῦ ἐδωρήθη, παραστῆναι καὶ ῥύσασθαί μιν ἐκ τοῦ παρεόντος κακοῦ. unde ſenſus magis conſtat verſioni. *oculos manusque in cælum attollebant*) facta tamen *Homero* etiam teſte inter Deos ſuperos & inferos differentia vid. Iliad. IX, 564. ſq. Iliad. I, 350. ſeq. cf. *Schol.* ad loc. ex Iliad. IX. *infinitis apud Homer. locis*) a quo χεῖρες ἀνασχεῖν communiter precantes dicuntur; quod etiam ita exponit *Schol.* ad Iliad. VI, 257. exempla quoque vid. Il. I, 450. III, 318. XV, 371. &c.

P. 49. *θεῶν ἕδος Homero aliisque Poëtis dictum*) vid. Iliad. V, 387. 868. Odyſſ. VI, 42. apud *Iſocr.* autem θεῶν ἕδη ſimulacra deorum denotant Paneg. p. m. 142. B. *προσίσασθαι θεοῖς dicti*) vel potius προσιέναι θεοῖς ut apud *Ariſtoph.* avib. v. 855. Hoc ſenſu Patres h. v. uſurparunt & Pollux I, 25. vid. *Budæi* Comm. Gr. L. *H.*

P. 50. *Mos utique tritus, ut &c.*) vid. not. ad *Tibull.* I, 3, 10. exemplum quoque apud *Silium* lib. VII. verſ. 74. ſqq. *Polybius*) cf. Eund. lib. III. c. 112. & *Herald.* in *Arnob.* pag. 250. *H.*

P. 51. *Vlulatus vero*) lege potius *ejulatus.* ὀλολυγὴν ita expl. *Schol.* ad Iliad. VI, 301. & *Heſych.* h. v. Ceterum voces ὀλολυγή, ὀλολυγμός cum ipſo verbo ὀλολύζειν in fauſtis etiam imò quibusvis acclamationibus uſurpantur. vid. *Eurip.* Electr. v. 690. coll. *Schol.* ad Od. III, 450. cf. plur. *Spanh.* ad *Callim.* p. 478. ſq. & 647. ſq. *H.* *ex multis Hom. locis*) vid. Od. III, 450. IV, 767. &c. *H.* *teſtis Aeſchylus*) lege (γ) pro (β) Tragœd. II. eſt ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας.

P. 52. *Arnobius*) locus hæc habet: *Ita enim non videtis ſpirantia hæc ſigna quorum plantas & genua contingitis, & contrectatis orantes, modo caſibus ſtillicidiorum labi, putredinis modo carie laxari?* &c. *H.*

P. 53.

P. 53. *Libamenta, ſuffitus & mola*) quod per θύειν, σπένδειν & ἐπιτιθέναι λιβανωτὸν conjunctim indicat *Ariſtoph.* Nub. v. 425. conjungit pariter *Heſiod.* ἔργ. v. 334. ſeqq. *H.* *fiebat vino*) primum aqua, poſtea lacte, dein melle, tandem vino. *Porphyr.* de *Abſtin.* lib. II. § 20. hæc ſunt νηφάλιοι θυσίαι apud *Dion. Halic.* lib. I. p. 26. vel νηφάλια ſimpliciter apud *Plut. Romul.* pag. 19. D. alias etiam προθύματα, ſcil. ſuffitus, qui ante ipſum ſacrificium fiebant vel placentæ, uti exponit *Schol. Ariſt.* ad *Plut.* v. 660. cf. & *Spanh.* ad h. l. *H.* *paſſim ab Homero dicti*) vid. Iliad. I, 462. XVI, 230. ſeq. Od. III, 459. &c. *H.*

P. 54. *Vti conſtat ex multis Homeri locis*) qualia ubique fere in his paginis te circumſtant. hinc σπένδειν & λείβειν communiter pro χέειν uſurpantur; & a λείβω *Iſidorus* latinum *libare*, quod eſt fundere derivat, libro VI. *Orig.* c. XIX. *a Neſtore, iter ad Achill. ſuſcepturo*) quod tamen ex *Homero* l. c. non conſtat; iter enim aliis ſuſcipiendum imperavit, libationi tamen non interfuit.

P 55. *a quo ritu*) vid. *excerpt.* ex *Porph.* apud *Euſeb. Præp. Ev.* lib. I. c. IX. p. 29. A. *θυώδα & θυήεντα*) lege θυώδεα. de poſtremo vid. Iliad. VIII, 48. XXIII, 148. Od. VIII. verſ. 363. *H.*

P. 56. *quorum in libris nulla ejus* &c.) lege: *poſita* nulla ejus mentio reperitur.

P. 57. *Homer. Schol.*) Adde & *Etymol.* v. Οὐλοχύτας, ubi etiam rei cauſa reperitur. *H.* προχύται quid ſint & quomodo huc pertineant, vid. apud *Apollon.* Arg. I. cf. & *Schol* ad Arg. I, v. 409. *nulla ſine mola ſalſa confici, aſſerit*) τὸ *aſſerit* quod abundat, dele. *illis frons victimæ &c.*) teſtes hujus rei ampliſſimos produxit *Pfeiff. Ant. Gr.* lib. I. c. XXIV. p. 37. ſeqq. quos ibi vide.

P. 58. *Plutarchus*) vid. Eund. *Romulo* T. I. p. 23. fin. & *Perizon.* in *Aelian.* lib. XI. c. V. *& Pauſanias Arcad.*) En tibi integra ejus verba: *Eadem ætate & Cecropem Athenis & Lycaonem in Arcadia regnaſſe arbitror: - - - Ille quum primus Iovem cognomine ſupremum appellaſſet, nihil vita præditum ei immolandum*

b duxit,

duxit, ſed liba tantum patria (πελάνους *etiamnum vocant Attici) ut ad aram porricerentur, ſanxit.* vid. & *Spanh.* ad *Ariſt. Plut.* v. 659. p. 260. Ceterum veteres animalium ſacrificio abſtinuiſſe, teſtis eſt & *Empedocles* apud *Porphyr.* lib. II. §. 21. vid. & *Iamblich.* de *Vit. Pythag.* c. 11 & c. 28. Fuit & Delii Apollinis ara, in qua nulla ſacrificia fiebant. vid. *Macrob. Saturn.* III. c. VI. & *Porphyr.* l. c. §. 28. Simile Jovis apud *Pauſ.* Att. c. 26. vocabantur autem hæc ſacrificia *pura,* ἁγνά vid. *Pollux* I, 26. & *Kühn. ibid. H.* adde *Procl.* ad *Heſiod.* p. 80. ubi ſimul de vocib. θύειν, ῥέζειν, ἔρδειν plura traduntur.

P. 60. *quam optima ac perfectiſſima*) *Ariſtoteles* in *Conviv.* ſcribit: *mutilum nihil diis offerendum, ſed quod integrum ac perfectum ſit*; apud *Athen.* lib. XV. p. 674 *fin. Scholiaſtes:*) vid. & *Schol.* in *Ariſt. Acharn.* v. 785. *H.* Victimæ quoque probari ſolitæ, vid. *Briſſon.* de *Form.* lib. I. p. 14. ita ut ſi non ſtupuerint, aptæ probentur *Serv.* ad *Aeneid.* VI, 244.

P. 61. verba *Tertull.* ita corrige: poſt *tabidoſa* lege: *& ſcabioſa.* pro *optimis* leg. opimis. poſt truncatis dele (,) reliqua recte ſe habent *Suidas*) cf. *Eund.* voc Βοῦς. *Homerus tamen*) vid. Odyſſ. XXIII, 278. ſeq. XIII, 24 Iliad. I, 39. XI, 727. adde loca infr. pag. 63. ab Auctore Noſtro allegata &c. cf. *Plin.* lib. VIII. H. N. cap. 45. *ad alia quævis animalia traducta*) cf. *Schol.* ad l. c. *Ariſtoph.* & *Spanh. ibid.* p. 264.

P. 62. *non erat mactandus bos*) id tamen non generatim ſed tantum in funere ἐναγίζειν βοῦν οὐκ εἴασεν, ait *Plutarch.* cf. *Perizon.* in *Aelian.* lib. V. cap. XIV. & *Potter.* lib. II. c. IV. *H. habuerunt religioni*) vid. Auctor. a *Scheff.* & *Kühnio* ad *Aelianum* l. c. allegatos. *H. Nec vero promiſcue &c.*) vid. *Salluſt. Damaſc.* c. XVI. apud *Gale* p. m. 273.

P. 63. *Apud Pind.* ἀργᾶντες ταῦροι) leg. ἀργοὶ quod aliter exponendum juxta *Schmidt* in h. l. p. 318. *mactabant juvencam Iliad. XI*) lege Iliad. X. & in alleg. ad lit. (λ) ſupple: verſ. 292. ſeq. vid. & *Turneb. Adverſ.* lib. XVIII. c. II. *Virgil. Aeneid.* VI, 38.

P. 64.

P. 64. *caſta cervice Silius*) verba hæc leguntur libro XIII. v. 431. *intacta cervice* dixit *Virgil Georg.* IV, 540. & 551. *ita pro variis Diis*) ſic Marti equos ſacrificarunt Amazones apud *Apollon.* Arg. II, 1180.

P. 66. *quos βωμοὺς aras Homerus vocat*) Obſerva hic vocum *βωμὸς, ἐσχάραι* &c. differentiam, quamvis ea non ſemper obtineat. Altaria *deorum cæleſtium* ſunt *βωμοὶ*, *inferis* ſacrificatum ἐπ᾽ *ἐσχάραις*, quod vero vocab. etiam de communi foco adhibet *Homer.* Iliad. X, 418. unde *Eurip. Phoeniſſ.* v. 281. *βώμιοι ἐσχάραι* conjungit ad ſacras aras deſignandas; *ibid.* tamen etiam Apollinis ara ita vocata. & aræ Cereris ac Proſerp. apud *Eund. Suppl.* v. 33. cf. *Schol.* ad h. l. & contra *βωμοὺς* aras inferorum dicit *Pauſan. Corinth.* c. 31. p. 183. *ſubterraneis* ἐν *βόθροις* ſacra fiebant. *Penatibus ἑστίαι* dicatæ. quæ quomodo differant a *βωμοῖς* vid. in *Schol.* ad *Heſiod.* p. 157. cf. *Pollux* I, 8. *Porphyr.* de *Antr. Nymph.* pag. 254. & not. ad *Plin. Paneg.* p. 9. Differunt etiam aliquantum *ara* & *altaria* apud Latinos. *Novimus enim, aras Diis eſſe ſuperis & inferis conſecratas: Altaria vero eſſe ſuperorum tantum Deorum; quæ ab altitudine conſtat eſſe denominata*; ut ait *Serv.* ad *Virg.* Ecl. V, 66. *Varro* Diis ſuperis altaria; terreſtribus aras; inferis focos dicari affirmat. *in litore etiam maris*) Sic *Arrianus* de Alexandro: θύει τε ἐπὶ τῇ ὄχθῃ τοῦ Ἴστρου Διῒ σωτῆρι, καὶ Ἡρακλεῖ, καὶ αὐτῷ τῷ Ἴστρῳ κ. τ. λ. de *Exped.* lib. I. p. 4. fin.

P. 67. *qui navigaturi Neptuno ſupplicabant*) Hoc ex *Apollonio* non probatur, apud quem ara Apollini extructa memoratur, libro I. Arg. verſ. 403. *βωμὸν ἐπάκτιον Ἀπόλλωνος*, quod *Stephanus* de Apolline in Acte urbe culto exponit *Theſ.* Tom. I. pag. 96. D. Alexander vero in medio mari Neptuno ſacra facit apud *Arrian.* lib. I. cap. 4. *H. Sæpe etiam in præruptis montibus*) vid. *ſupr.* pag. 21. ſeq.

P. 68. *in privatis ædibus extructa altaria*) ἑστίαι proprie dictæ, uti ſupra notatum; quæ ſubinde ſynecdochice pro tota domo ſumuntur. vid. *Schol.* ad *Eurip.* Prol. Hec. v. 22.

Ἑστία.) ἑστία λέγεται ἡ ὅλη κατοικία, ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν κ. τ. λ. *extra αὐλήν*) non extra aulam, ſed extra domum, ἔξω τοῦ περὶ τὴν αὐλήν, non committendus itaque cum *Polluce*, quod & ſequentia *Euſtath* verba evidenter docent. cf. *Euſt.* in Iliad. XXIV, 306. ubi plane ut *Pollux* loquitur. *H.* cf. *Periz.* ad *Aelian.* lib. III. c. IV. *Pollux in medio domus*) fruſtra hæc apud Pollucem quæſiveris, a quo Jupiter Herceus nominatur modo, non in certa quadam domus parte collocatur. vid potius *Harpocr.* voc. Ἑρκεῖος Ζεύς. *Etymol.* & *Feſt.* h. v. *H.* *factum ad aram Jovis Hercei*) id quoque innuit *Arrian.* de *Exped. Alex.* lib. I. p. 12. D. Altarium vero materia vel lapides erant, quale eſt apud *Schol. Apollon.* Arg. I. v. 1123. vel ceſpites *Horat. Carm.* I. Od XIX. cf. *Potter.* lib II c. II. p. 204.

P. 70. *plene ab Homero deſcribitur*) item ab *Apollon.* Arg. I, 403. ſeqq. *Eurip. Electr.* v. 800 ſeqq. *uſu cum Romanis communi*) Quocirca tamen ea obſervatur differentia, quod Superis ſacra facturi ablutione corporis ſe purgarent; inferis vero, tantum aſperſione: vid. *Cic.* de *LL.* libro II. c. X. & ibi *Turneb. Serv.* in IV. *Aeneid.* v. 635. *Macrob. Saturn.* III. c. I fin.

P. 71. *Lavabant manus*) vid. quæ modo ad p. præc. & *ſupr.* p. 37. ſeq. notavimus. Accedit, quod etiam ſingulari quadam caſtimonia ſe ad ſacrum hoc officium præparaverint; quod ita diſponit *Aelianus* lib II. cap. XXXI. ubi de Barbaris ait: θύουσί τε καθαρῶς, καὶ ἁγνεύουσιν ὁσίως. ubi vid. *Perizon.* & *Kühn* *H.* *ait Syneſius*) *Epiſt.* 121. *ad Anaſtaſ hydrocom.* p. 258. B. locus ita habet: ὡς ἔστι γε τὸ δημόσιον ξίφος οὐχ' ἧττον, ἢ τὰ ἐν τοῖς προτεμενίσμασι χέρνιβα, πόλεως καθαρτήριον. *Quandoquidem publicus gladius non minus, quam aqua luſtralis in templorum veſtibulis collocata, civitatis eſt piaculum.* Ex conjectura tunc correximus Feithium, antequam hunc locum inſpicere nobis datum erat. Igitur nunc eum ita reſtitue: Imo & χέρνιβα, *polubra* poſita in templorum veſtibulis &c. τὸ χέρνιβον vero, minus uſitatum *Homero*, ſubinde ipſam aquam lavandis manibus adhi-

Digitized by Google

adhibitam denotat uti Od. III, 440. *Athenæo* polubrum lib. X. p. 408 C. vid. *Euſt.* ad Odyſſ. I, 136. p. 1400. lin. 58. ſeq χέρνιψ utique differt a lebete, λέβης Græcis, uti *Idem* indicat ad loc. pag. 1401. lin. 32. ſeqq. cf. quoque *Eund.* & *Schol.* ad Iliad XXIV, 304. Cæterum in quavis etiam alia domo ad aram Penatis ejusmodi χέρνιβα poſitum fuiſſe colligimus ex *Eurip. Electr.* v. 792. *qui lauro felici oliva*) vid. *Virgil.* Aeneid. VI. verſ. 229. *Potter.* libro II. cap. IV. laurus etiam huic luſtrationi adhibebatur. vid. *Theophr.* Charact. cap. 17. & ad Eum *Caſaub.* *Ælian.* lib. III. cap. I. *Clem. Alex.* p 570 B. *H.* *Athenæus*) cf. & *Euſt. l. ſupr. c.* ad Odyſſ. I.

P. 72 *apud Euripidem*) vid. & *Ariſtoph. Pace* v. 959. coll. *Schol.* eadem tradit *Potter.* l c. p. 232. B. Ἀλκμώνας γένος lege τόκος illud ex *Athenæo* l. c. deſumptum. *quod proprie Latinis immolare*) *Varro Fragm.* p. m. 63. *hoſtiæ tanguntur mola ſalſa; & tum immolata dicuntur.* vid. & *Feſt.* h. v. apud *Perott.* coll. 1158. lin. 37. & voc. *Mola.* ibid. col. 1166. lin. 45 plur. *Briſſon.* de *form.* lib. I p. 28. *pilos è victimæ fronte*) ἀπαρχαί dicebantur. vid. *Meurſ.* in *Lycophr.* v. 1193. & *ll. mox allegg. H.*

P. 73. *Odyſſ. XIV.*) *Virgilius* ita vertit:

Et ſumma carpens media inter cornua ſetas,
Ignibus imponit ſacris libamina prima.

Aeneid. VI, 245. ſeq *H.* *Plinio libro XXVIII. cap. I.*) lege cap. II. vid. & teſtimon. *Homer.* in Agamemnone Iliad. II, 412. ſeqq. in allegat. ad lit. (δ) lege 423. ſeq. ad (ε) 449. ſeq. adde *Salluſt. Damaſc. ſupr. cit. ad p. 43.*

P. 74. *ſed ſtipite mactarentur*) lege: *ſed ſtipite quodam mactarent. H.* *apud Sueton.*) vid. & *Ovid. Metam.* II, 625. *H.* *cultro ſuppoſito*) Lat. ſeceſpita *H.* Nota: in ſuperiorum ſacrificiis imponebatur, in inferorum ſupponebatur. vid. *Turneb. adverſ.* lib. XV. cap. 12. & lib. XIII. cap. 21. *fiebat hoc μαχαίρᾳ*) vid. & *Ariſtophan. Pace* verſ. 1017.

P. 75. *cum οὐλοχύταις ferebantur caniſtro*) quo nonnunquam & ipſum caniſtrum denotant. *Schol.* in *Apollon.*

Arg I, 409. *H. in jugulatione peculiariter notandum*) cf. *Pſeiff.* A. G. lib. I. c. XXVI. in libatione etiam ejusmodi intercedit diſtinctio. Etenim *fundere* quod in illa dicitur, *eſt ſupina manu libare: quod fit in ſacris ſupernis.* Vergere autem eſt converſa in ſiniſtram partem manu ita fundere, ut patera convertatur: quod in infernis ſacris fit; ut notat *Serv.* ad Aeneid. VI, 244.

P. 76. *Attici ἐφάγιαν vocant*) Hæc etiam tradit *Schol.* l. c. qui omnino videndus. Adde *Ariſt. Avib.* v. 1558. & *Lyſiſtr.* v. 204. *H. ὠμοθετεῖν vocat Homerus*) cauſſam addit *Schol.* ad l. c. verſ. 461. *H.*

P. 77. *καλύψας*) id h. l. non legitur, ſed καλύψας. Alterum de adipe, quo victima cooperiebatur, legitur Odyſſ. XVII, 241.

P. 78. *teſtatur Pauſan. Atticis*) vid. *Eund. Arcad.* c. 38 ubi legibus hic mos ſancitus fertur in vetuſtiſſima totius orbis urbe Lycoſura *H aſſabantur veribus*) πεμπώβολα dicta Iliad. I, 463. add. *Schol. H. ac in convivio manducabantur*) niſi ſuper illis juratum fuerit; ut Noſter *infr.* docet pag. 537. *H.* Amazonas tamen, cum equos ſacrificarent Marti, iisdem *paſtas quoque* fuiſſe, vix crediderim. vid. *Apollon.* Arg. II, 1180. ſeq.

Pag. 79. *μίθων Ariſtoteli dictam*) deeſt in verſione *Athen.* mentio *Ariſtotelis*, cujusmodi defectus & alibi ſubinde notavimus. *dicto Epicharmi*) apud *Athenæum* libro I. pag. 36. C.

P. 80. *in ſolemnibus deorum Feſtis*) Ea vid. apud *Potter.* lib. II. cap. XX. *Hoſpin.* & *Ionſton* de Feſtis Hebr. & Græcor. *Ceterum usque adeo &c.*) Huc etiam ſpectat *Thucyd.* libro VII. pag 538. ſeq.

P. 81. *diverſis temporibus*) Sic Dionyſia ineunte vere celebrata; ut teſtatur *Ariſtophan.* Nub. 295. cf. *Schol.* &c. *θαλύσια Iliad. IX.*) vid. & *Euſtath.* ad h. l. p. 772. lin. 21. ſeq. *ex Theocrito*) add. *Eund.* Idyl. X, 42. ſeq. ubi preces ad Cererem de meſſe funduntur. *H.*

P. 82 *corona*) Quarum uſum nec apud antiquiſſimos Græcos obtinuiſſe ait *Clem. Alex. Pædag.* lib. II. p. 181. B. *nulla*

Digitized by Google

nulla niſi Deo dabatur) Sic corona ex aureis foliis Minervæ Athenis erat dedicata; ut eſt apud *Demoſth.* in *Timocr.* Dianæ etiam apud *Aelian.* lib. V. c. XVI. *eodemque modo interpretatur*) Alii aliter. Quanquam enim hanc voc. ut plurimum in coronandi ſignificatione uſurpant; nil vetat tamen, quo minus etiam aliquando quocunque modo exornare ſignificet. vid. *Sophocl.* Ajac. v. 93. & ibi *Camerar.*

P. 83. *Sic Baccho ſolita*) vid. de ceteris *Clem. Alex.* l. m. c. & *Pfeiff.* Ant. Gr. libro I. c. 34. p. 67. ſeq. in univerſum autem h. d. r. ita pronunciat *Artemid.* Ὀνειροκρ. lib. II. c. 34. Στεφανοῦν θεοὺς ἄνθεσι καὶ κλάδοις τοῖς πρέπουσι καὶ νενομισμένοις ὁσίοις ἀγαθὸν πᾶσιν. *Coronare Deos floribus & ramis convenientibus & habitu ſanctis omnibus bonum eſt. Succedunt veſtes*) vid. not. ad *Tibull.* I, 3, 28. *quarto quoque anno*) ita legitur apud *Suedam*, l. c. ſed Panathenæa alia quovis anno, alia quinto quoque anno celebrabantur, unde ex *Eodem* & *Harpocr.* voc. Παναθήναια reſtitue *quinto* quoque anno vid. & *Ariſtoph.* Ὀρνιθ. v. 828. *H.*

P. 84. *in delubris communibus*) hæc verba huc non pertinent; male diſtincta oratio. legendum potius ex Græco *Plat.* textu: *textile ne operoſius ſit, quam &c. ut obſervat Heſychius*) voc. Καταιγίσαι. Mallem vero Noſter ſcripſiſſet: Fiſſas autem fibulis connectebant ejusmodi veſtes, ne procacibus & laſcivis manibus eſſent obnoxiæ; cf. *Heſych.* voc. χιτός. & *Spanh.* ad *Callim.* p. 64. & 599. *in quibus celebrati potiſſimum tripodes*) vidend. hic omnino *Hadr. Iun.* Animadv. lib. II. c. III. *& id genus alia*) vid. *Pauſan.* Att. c. 27. & *Demoſth.* in Timocr.

P. 85. *in ludis*) item carminibus, uti *Heſiodus:* vid. ad hunc *Procl.* & *Tzetzem* p. 142. & 144. *detracta hoſtibus*) ſpolia quoque ferina, quoniam primum bellum venatio fuit, poſtibus fanorum appendere moris erat. vid. *Barth.* Adverſ. lib. XXI. c. III. *ablata arma*) ἱερὰ ὅπλα inde dicta *Arrian.* de *Exped.* lib. I. p. 12.

Digitized by Google

P. 86. *Decimam partem argenti*) cf. exemplum Crœſi apud *Herod.* Clio cap. 89. τὰ γὰρ ἐκ τῶν πολεμίων ληφθέντα ἐδεκάτευον τοῖς θεοῖς ait *Harpocr.* voc. Δεκατεύειν. Quin pecunias antiqui diis conſecrare ſolebant, vid. *Scheff.* ad *Aelian.* lib. XI. c. V. Ac Athenis quidem Minervæ decimas, reliquis quinquageſimas fuiſſe conſecratas, facili conjectura colligitur ex *Demoſth.* in Timocr. p. m. 477. B. *ſolebant autem elogia inſcribere*) Tales inſcriptiones vid. apud *Demoſth.* adv. Ariſtocr. p. m. 428. A. & in Timocr. p. 485 B. *Herod.* Clio c. 51. *Heſych.* v. Βασανίζεας. *Dion. Hal.* lib. I. p. 41. *Pauſanias*) vid. inpr. Eliac. Prior. c. 18. 19. 20. &c. *Phanias quoque*) apud *Athen.* lib. VI. pag. 232. B. *Apollinis præſertim apud Delphos*) vid. *Strab.* lib. IX. p. 420. ſeq. *Aelian.* lib. VI. c. IX. *H.* add. *Eurip.* Ion. v. 1145. ſqq. *Gyges Lydiæ rex*) vid. *Strabon.* l. c. *Phanias Ereſ. & Theopomp.*) apud *Athen.* lib. VI. p. 231. E.

P. 88. *Honores ſortiti, qui ἡρωικοὶ dicti*) Vocarunt etiam τιμὰς ἡρώων, quales Cranao decretos fuiſſe legimus apud *Polyæn.* lib. I. c. 18. inferiores hi utique fuerunt divinis, quod etiam *Voſſius* probatum dedit de Idol. lib. I. c. XII. p. 96. Ceterum etiam vivis adhucdum tales honores ſæpe conferebantur: vid. *Alex.* Genial lib. VI. c. IV. fol. 325^b. Eos vero ampliſſime exponit Theſeus apud *Eurip.* Herc. fur. v. 1320. ſeqq. vid. & *Periz.* in *Aelian.* lib. V. c. XVII.

Pag. 89. *ſed ὡς θεῷ θύειν*) ſed & Hephæſtioni ὡς ἥρωι θύειν Oraculum juſſit apud *Plut.* Alex. T. I. pag. 704 F. itaque non ſemper hæc vocabulorum diſtinctio obtinuit, adeo ut θύειν etiam in ſacris Herouum adhibitum fuerit. vid. *Pauſan* Lacon. c. 12. p. 239.

P. 91. *Ita divinitatem aliquam*) Quod autem ex hominum genere conſecratos, ſicut Herculem & ceteros, coli lex jubet, indicat omnium quidem animos immortales eſſe, ſed fortium bonorumque divinos, ait *Cicero* de LL. lib. II. cap. XI. *libationes principem locum obtinebant*) Mixturam horum libaminum tradit *Barneſ.* in *Euripid.* Iphig. in Taur. v. 160. reliquos parentationis ritus vid.

apud

apud *Eund. Electr.* v. 509. ſeqq. *unde χοαὶ appellabantur*) ſic etiam τυμβεῦσαι χοάς illi dicti, qui offerebant; *Sophocl.* Electr. v. 407. quod *Schol.* ibid. exponit σπεῖσαι τύμβῳ. Tempus hujus ἐναγισμοῦ ſeptem diebus definitum fuiſſe dicit *Heſych.* in Ἀποφράδες.

P. 92. *Clidamus*) apud *Athen.* lib. X. p. 410. A. ἀπόνιμμα & quæ huc pertinent vid. ibid. pag. 409. & apud *Euſtath.* ad Odyſſ. I. p. 1401. *Sanguinis magna habita ratio*) vid. exempl. apud *Eurip.* Electr. v. 514. & *Silium* libro XIII. verſ. 438. *uti Pindarus*) vid. omn. *Eraſm. Schmidt* ad h. l. cf. & *Eurip.* Troad. v. 373. *Eo fine caſa victima*) homines quoque ſubinde honoris ergo ad tumulum mactati, uti Polyxena ad ſepulchrum Achillis apud *Eurip.* Hec. v. 256. quamvis contra jus fasque Græcorum id factum eſſe queratur Hecuba ibid. v. 258.

P. 94. *ſi offerantur coronæ*) quem honorem Achilli retulit Alexander apud *Arrian.* lib. I. p. 12. *Græci ſæpius τῶν ἱερείων ἀπαρχάς - - offerebant*) unde ἱερείων τυχεῖν eſt *juſta conſequi* apud *Eurip.* Suppl. v. 175.

P. 96. *non exiguam religionis partem poſuerunt*) hinc gravis illa querela apud *Eurip.* Suppl. Prolog. v. 16. ſeqq.

- - νεκροὺς δὲ τοὺς ὀλωλότας δορὶ
Θάψαι θέλουσι τῶνδε μητέρων, χθονί.
Εἴργουσι δ' οἱ κρατοῦντες, οὐδ' ἀναίρεσιν
Δοῦναι θέλουσι, νόμιμ' ἀτίζοντες θεῶν.

oculi clauderentur) vid. *Kirchm.* de funere lib. I. c. VI. a quo & vocabula huic ritui propria accipias.

P. 97. *alias pater & mater*) idque viciſſim liberi parentibus officium præſtiterunt; uti videre eſt ex *Eurip.* Hec. v. 431. frater quoque fratri &c. in univerſum vero a domeſticis & maxime propinquis id factum eſſe dicit *Heſych.* in Ὅσοι καθαιρήσουσι.

Pag. 98. λοιτρέχοον) legend. λοιτροχόον, quem alias etiam ἐμπυριβήτην & αἴθωνα ab hoc officio dixerunt; diverſus ab eo, qui ἄπυρος dictus, quod igni nunquam admovebatur. vid. *Iun.* Animadv. lib. II. c. III.

P. 99. *ubi Servius ex Ennio*) vid. & *Ennii* Fragm. ex

b 5 Annal.

Digitized by Google

Annal. lib. III. p. 54. *tum linteo involutum*) cf. *Nicolai* de Luctu Græc. p. 64. ſeqq. punicea veſte involuti dicuntur milites ſtrenui Lacedæmoniorum apud *Aelian.* lib. VI. c. VI. *H.* Id vero uxorum præſertim erga maritos officium fuiſſe videtur ex *Eurip.* Troad. v. 368. involutos deinceps coronis ornabant. ex. vid. in Bruto apud *Dion. Hal.* lib. V. pag. 290. ſymbolum ejus apud *Clem. Alex.* Pæd. p. 181. D. plura apud *Nicol.* de Luct. cap. VII. pag. 72. ſeqq. *Kirchm.* de funer. lib. I. c. XI. *Ubi alba veſtis; qua etiam &c.*) Parum de hujus loci emendatione ſoliciti fuerunt Editores, qui nos anteceſſerunt; nec *Gronovius*, ut vel ſenſum, vel ipſam hiſtoriam aſſequeretur. Quid? quod nec ipſe *Feithius* locum ex *Plutarcho* cit. inſpexiſſe videtur. Ibi nihil de Arati involucris, ſed de veſtibus Sicyoniorum Arato juſta facientium. En tibi *Plutarchi* verba: Κομισθείσης δὲ τῆς μαντείας, οἵ τε Ἀχαιοὶ σύμπαντες ἥσθησαν, καὶ διαφερόντως μὲν Σικυώνιοι, μεταβαλόντες εἰς ἑορτὴν τὸ πένθος, εὐθὺς ἐκ τοῦ Αἰγίου τὸν νεκρὸν, ἐστεφανωμένοι καὶ λευχειμονοῦντες ὑπὸ παιάνων καὶ χορῶν εἰς τὴν πόλιν ἀνῆγον, κ. τ. λ. *Allato hoc oraculo, cum Achai cuncti gavisi ſunt, tum pracipue Sicyonii, qui, converſo luctu in feſtum, protinus corpus ex Aegio, coronati* & candidis amicti veſtibus, *inter carmina & tripudia in urbem ſuam deduxere &c.* ad hujus mentem igitur ita apud Noſtrum legere debuiſſes: Ubi alba veſtis; quibus etiam amicti Sicyonii corpus Arati ex Aegio in urbem ſuam intulerunt. Ceterum albæ veſtes tum luctui, tum gaudiis & feſtis convenientes fuiſſe exiſtimo; illud probat *Kirchm.* de funer. Rom. p. 79. hoc ex ipſis *Plut.* verbis coll. *Ead.* in Vit. Timol. p. 255. A. ſatis patet. vid. *Nicol.* de Luct. Gr. c. VIII. p. 95. ſeq. & nos infr. ad lib. III. c. V. *peculiariter texere*) ſic etiam Helena Clytemn. peplum funebre parare dicitur apud *Eurip.* Act. V.

P. 100. *Collocabant in atrio domus*) Domus & ipſa quædam luctus ſigna præ ſe tulit. Vas quoddam aqua luſtrali repletum ad portam ſitum erat. vid. *Hoſpin.* de Templ. lib.

lib. II. c. XXV. lauro quoque inſignita erat, quæ etiam funeſta habebatur *Phurn.* c. 32. vel cupreſſo; *Servius* ad *Virgil.* Aeneid. III. 681. vid. & *Iun.* Animadv. libro I. c. XX. tandem & capilli nonnunquam de ipſius defuncti capite ſecti foribus appendi ſolebant; quæ fere omnia comprehendit *Eurip.* Alceſt. verſ 92. ſeqq. *Heſychius*) voc. Δι' ἐκ θυρῶν cf. & *Schol.* ad Iliad. l. m. c.

P. 101. *πρόθεσιν Vocat*) de qua vid. quoque *Iungerm.* ad *Polluc.* III, 102. & VIII. 65. *Nicol.* de Luctu cap. VII. §. 24. *Quenſt.* de Sepult. Vet. p. 97. *Kirchm.* de funer. p. 95. ſeqq. *ordiebantur ſolonnem luctum*) ex. vid. etiam Iliad. XIX, 212. *Eurip.* Alceſt. v. 93. cf. *Brodaus* in not. ad Epigr. lib. I. p. 45. *Nicol.* cap. IX. §. 2. ſeqq. carmen *funebre* θρῆνος, *nuptiale* ὑμέναιος, *ſacrum* ὕμνος. vid. infr. p. 277. & 432.

P. 103. *ut ait Varro*) vid. *Eund.* de L. L. lib. VI. pag. 76. fin. *Kühn.* & *Periz.* ad *Aelian.* lib. VI. c. I. *Nicol.* cap. IX. §. 7. *tibia in funere uſus*) vid. *Plato* Minoë. T. II. p. 315. D. *Nicol.* l. c. §. 1. & 2. *Kirchm.* lib. II. c. V. *alia complura doloris ſigna*) de quibus Noſter infr. lib. III. cap. XV.

P. 104. *Antipater*) Alcæi hoc Epigr. eſt in Pyladem. *poſt occiſum Theramenem*) Nil tale apud *Xenoph.* Vivebat Theramenes, & ipſe cum amicis homines illos pullatos ſubornabat, qui in navali Athenienſium prælio ad Arginuſas cives ſubmerſos & inſepultos lugerent. *H.* exempl. hujus rei vid. & apud *Eurip.* Alc. v. 427. *crines abſciſſos*) *Eurip.* Troad. v. 471. vid. & *Schol.* ad *Sophocl.* Electr. v. 51. cf. *Nicol.* cap. X. §. 2. Quæ vero de comæ tonſura hic & infr. l. c. a Noſtro traduntur, ea ipſi ſolus ſuppeditaſſe videtur *Iunius* de Coma c. III.

P. 105. *Ipſe Achilles*) cf. l. c. v. 141. ſeq. *Plat.* Tom. I. p. 704. fin. *apud Plutarch.*) vid. & *Aelian.* libro VII. c. VIII. & ibi *Periz.* & *Scheff. H.* *in tumulis offerre*) vid. ex. apud *Pauſan.* Achaic. c. 17. p. 566. locutiones hæ quoque occurrunt apud *Eurip.* Oreſt. v. 471. 1185. 1187. 1321. ſeq. &c. *luctus tempus erat varium ac indefinitum*) vid. *Kirchm.* lib. II. c. I.

P. 106.

Digitized by Google

P.106. *Apollonium*) Verba hæc ita leguntur apud Auct. cit. lib. II. v.839. ſeq. unde corrigas *Nicol.* c. I. §. 2.

P.107. *De cadaveris combuſtione*; Originem & cauſam hujus ritus tradunt *Euſt.* & *Schol.* ad Iliad. I, 52. & ex iis aliisque *Kirchm.* lib. I. c. I. p.3. ſeqq. *in cineres redigere erat moris*) hinc forte voc. θάψαι & καῦσαι promiſcue utitur *Heſych.* voc. ἄθαπτος.

P.108. *Quamquam nec ipſe omni tempore*) adde: *nec omnibus* contigit. vid. *Hoeltzl.* not. ad *Apollon.* pag.125. *cum lecto ſuo*) de quo *Nicol.* c.VIII. §.6. *in locum ubi erat comburendum*) qui infr. deſignatur p. 119. *efferebant*) quod de die fiebat, non noctu; cujus rei cauſam tradit *Thom. Magiſt.* voc. ἐξενεγκεῖν. cf. *Nicol.* cap. VII. §. 1. 2. *H.* *in edita lignorum ſtrue*) ubi quercus adhibebatur ſæpiſſime, itemque cupreſſus, de hac *Iun.* Animadverſ. lib. I. c. 20. de illa *Eurip.* Herc. fur. v. 242. ubi & lignatores ſpeciatim compellantur, ut & paſſim apud *Homer.* dein pyra a juvenibus tædis pineis accenſa; ut apud *Eurip.* Hec. v. 574. &c.

P.110. *Arma quoque in rogum conjecta*) vid. *Aelian.* lib VII. c.VIII. & ibi not. add. *Camer.* ad *Sophocl.* p.m. 72.

P.111. *Poſtquam ſlama*) lege *flamma.* & in alleg. ad lit. (d) lege Iliad. XXIII, 220. ſeq.

P.113. *in urnam reponebantur*) vid. *Schol.* ad Iliad. IV, 99. *H.* add. *Nicol.* c. XIII. §. 9.

P.115. *De Sepultura*) Varios variarum gentium ritus hanc circa obſervatos vid. in not. ad *Aelian.* lib. IV. c. I. legem Solonis de ſepult. vid. apud *Plut Sol.* p.90. B. *in foſſam*) quocirca ſtudioſe curabant, ut, ſi fieri potuerit, cognatorum tumulis inferrentur: uti Oreſtes apud *Eurip.* verſ. 1072. coll. 1060.

θάψον τε κοινῇ πρὸς πατρὸς τύμβον φέρων.

Sepulti vero occidentem ſolem ſpectabant, ex lege Athenienſium apud *Aelian.* lib. V. c. XIV. coll. *Eod.* lib. VII. cap. XIX. orientem juxta alios, vid. *Kühn.* ad l. m. c. & *Plut.* Solon. p. 83. E. *H.*

P.116. *niſi injecta erat terra*) vid. *Kühn.* & *Perizon.* ad *Aelian.* lib. V. c. XIV.

P. 117.

Digitized by Google

Pag. 117. *elogium defuncti*) quocirca *Eurip.* monet Troad. v. 375. *de mortuis nil niſi bene:*

Σιγᾶν ἄμεινον τ' αἰσχρά.

Laudabantur etiam oratione qui pro patria fortiter pugnarunt. vid. *Periz.* in *Aelian.* lib. VI. cap. VII. fin. *H.* cf. *Plut.* Camill. Tom. I. p. 133. B. *in opuſculis Homeri*) legitur & hoc Epigr. apud *Plat.* Phædr. T. III. p. 264. D. vid. & *Herod.* Vit. Homeri c. XI. *& Palamedis apud Philoſtr.*) Scriptum erat Achillis; recte. vid. *Philoſtr.* lib. IV. de V. A. cap. XVI. alias etiam ἐπιτύμβια tales columnæ vocantur, de quib. *Suid.* h. v. & *Perizon.* ad *Aelian.* libro VIII. cap. IV.

P. 118. *& naves inſculptas*) non ita legitur apud *Philoſtr.* l. c. At nautarum naucletorumque ſepulchris elegidium quoddam inſculptum ibi exhibet. q. v. Sic etiam Pauſaniæ ſepulcrum lapides inciſi declarant apud *Thucyd.* libro I. p. 98. C. vid. alias ejusmodi columm. apud *Philoſtr.* Icon. XXI. & *Eurip.* Troad. Act. V. *Aepyti regis in Boeotia*) *Gronovius* in Præf. ad *Feith. prave faciunt meminiſſe Aepyti regis in Boeotia, qui fuit in Arcadia.* fallitur, alioſque feſellit. Saltem errorem Noſtro imputat, quo majorem Gronovius admittere nunquam potuit. Atqui ſi hoc voluiſſet dicere Feithius, forte, latina callens, ſcripſiſſet *regis Boeotiæ.* Mirum potius, Gronovium non meminiſſe Boeotiam Homeri eſſe partem ſecundam libri ſecundi, quæ ut clarius pateſcant, aliter in Noſtro diſpoſuimus. *quod ipſe vidiſſet; ait Pauſanias*) Malim hic legas: *quod ipſe, vidiſſe ſe, ait Pauſanias.*

P. 119. *fere extra urbes*) cf. hic. *Pamel.* ad *Tertull.* p. 128. Ante Platonis vero tempora domi ſepultum eſſe videtur; ἐν τῇ οἰκίᾳ dicit *Plato* Minoë Tom. II. p. 315. D. At Sicyoniis intra muros ſepelire quemquam lex vetuit, Auctore *Plut.* Arat. T. I. p. 1051. fin. *Dares Phrygius*) c. XXV. *collocat Pindarus*) cf. *Schmidt* ad h. l. p. 249.

P. 122. *ſubinde Homerus vocat*) vid. Iliad. XVI, 457. 675. XXIII, 9 Od. XXIV, 189. 295. &c. *Aelianus* vocat τὴν πλωταίαν τιμὴν libro IV. cap. VII, *H.* *& in ſum-*

ſummam contumeliam) Unde etiam proditionis reos ſepelire nefas habitum; ut eſt apud *Thucyd.* lib I. p. 91. contra, tumulos vaſtare dementis eſſe, eandemque illum poenam manere dicit *Eurip.* Troad. v. 95. ſeqq. *ſuperſtitio*) de qua vid. *Scheff.* & *Perizon.* in *Aelian.* lib. IV. c. VII. *Potter.* Arch. Gr. lib. IV. cap. I. Athenienſes certe graviter animadverterunt in mortuorum ſepulturam negligentes. vid. *Diod. Sic.* lib. XIII. c. 100. *H.*

P. 123. *Poſt funerationem*) huc refer etiam, quæ leg. apud *Heſych.* voc. Περίδειπνον. *Scholiaſtes* τὸ περίδειπνον) vid. & *Procl.* ad *Heſiod.* p. 157. cf. *Menandr.* fragm. p. 13. Tandem omnes legere poteris hoſce ritus uno conſpectu recenſitos ap *Orph.* in funere Cyzici regis Arg. v. 566. ſqq.

P. 124. *ſed & apud Romanos*) q. d. r. *Kirchm.* de fun. lib. IV. c. 5. 6., qui *idem* etiam de ludis funebr. ibid. c. 1. omnino conferendus. Victorum in hiſce ludis præmia inter alia tripodes erant, vid. *Iun.* Animadv. lib. II. c. III.

P. 126. *de Divinationibus*) Tria divinationis genera ſunt *Aeliano* lib. II. c. XXXI. *H.* cf. & *Schol.* ad Iliad. I. 62. plura recenſet *Nat. Com.* libro IV. cap. X. p. 351. ſeq. *quæ fiebat arcano Numinis inſtinctu*) vid. *Schol.* ad *Eurip.* Hec. v. 120. hoc inſtinctu, abſque ſignis, ea quoque quæ in mente alterius recondita erant, ipſis patefieri credebant. *Eurip.* l. c. v. 731. & Iliad. I, 70.

P. 127. *Iovis Dodonæi*) quod fiebat e quercu, quam fatidicam inde dicit, ejusque ſitum & præſtantiam plenius deſcribit *Silius* libro III. prope fin. *Amphinomus quoque* &c.) ex *Homero* ita legend. Amphinomus quoque *non* vult accedere procos Penelopes, *ut* cædem Telemachi patrent, *antequam conſilium deorum interrogaverit.* cf. *Noſtr.* infr. pag. 148. *Apollinis Pythii oraculum quod* &c.) Eadem legis apud *Strab.* lib. IX. pag. 417. ſeqq. *H.*

P. 128. *Tireſiam auſpiciorum auctorem*) unde & οἰωνομάντις audit apud *Eurip.* Phœniſſ. v. 774. *auſpicia & auguria*) *Silius* lib. V. v. 158.

Ales, priſcum populis de more Latinis -- Auſpicium.

Alites

lites vero volatu auſpicia ferentes quænam fuerint, vid. ud *Feſt.* h. v. apud *Perott.* col. 1125. *ex avium vo-tu & cantu*) exempl. vid. apud *Theocr.* Idyl. XVII, 71. ura apud *Periz.* in *Aelian.* II, 31. p. 126. & *Spanh.* ad *allim.* p. 621. ſeqq. *H. dextra partes fauſta*) vid. m. *Spanh.* p. 686.

P. 129. *Eſt autem dextra pars*) cf. *Iun.* Animadv. lib. I. c. III. *doctiſſimus Pindari Interpres*) qui in Edit. eph. titulum infr. allegatum præmiſit. verba ipſa quoue apud *Hom. Schol.* leguntur ad Iliad. XII, 239. vid. & rolixius ea de re *Euſt.* ad Iliad. XIV. p. 902.

P. 130. *in tonitru*) ex. vid. & apud *Xenoph.* Hell. lib. 'II. p. 485. & *Silium* lib. V, 169. ſeqq. *Quom tonuit*) a lectum nobis apud *Ennium*. Cicero: *Cum tonuit*. id. ipſum locum, ubi & in notis plura hac de re leguntr. cf. *Varron.* fragm. pag. 13. & *Not.* ad *Plin.* Panegyr. . 33. & ſi forte *Proclus* etiam huc aliquid conferre poerit, vid. Eum ad *Heſiod.* p. 133. *ex ſomniis*) quorum 'erra mater dicitur apud *Eurip.* Hec. verſ. 71. Somnia ero ominoſa ad Jovem potiſſimum relata; uti ex locis Noſtro allegg. patet. de ſomnio Agamemn. θεῖον vid. rinc. Iliad. II. deque Xenophontis vid. *Ipſum ἀναβάσ.* II. p. 232. plur. *Nat. Com.* lib. III. c. XIV. p. 233. & 236.

P. 131. *ex inſpectione victimarum*) vid. *Perizon.* l. m. . ex. apud *Eurip.* Electr. v. 826. *nomine ἱερῆος, quem &c.*) Idem facit *Plutarch.* Solon. p. 84. C. ubi eos *μάντεις διὰ τῶν ἱερῶν* dicit.

P. 132. *Fuerunt & alia res*) ſic fulgur, Iliad. II, 353. oortenta alia, quorum illuſtre exempl. Iliad. II, 308. ſqq. rid. & *Euſt.* ad Iliad. I. 62. & omnino Celeberr. *Witteri* Diſſertat. de Divinationibus. *ſternutatio*) ominoſa & lla Hippiæ fuit apud *Herod.* Erato c. 107. cf. *Meurſ.* Piſiſtr. :. XIX. *Sic Theocritus*) cf. & omn. notas ad h. l. in ſternutatione cur ſalutemur, vid. apud *Plin.* libro XXVIII. cap. II. & not. ibid.

P. 134. *quæ fiebat ex avibus*) vid. *Eurip.* Hel v. 752. II. II, 858. *in univerſum Euripides*) quem vid. etiam Phœniſſ. v. 961. ſqq. cf. & *Menand.* fragm. p. 80. P. 136.

Digitized by Google

P. 136. *Quem inde* Νεκύιαν *mortuorum evocationem*) Mallem: *opus in quo de mortuorum evocatione agitur*; quod etiam ſupr. p. 92. ita legas, velim. Dicitur & alias hic liber *ψυχοτασία prima*, *XXIVmus* vero *ψυχοτασία ſecunda*; quod utrobique de inferis & manium ibi rebus plurima haberentur. vid. *Philoſtr.* Heroic. cap. XIX. n. XII. & *Plut.* Theſeo p. 8. fin. *Ibi Ulyſſes* &c.) Totidem verba apud *Potter.* lib. II. c. XVIII.

P. 137. *Factum hoc ad tumulum*) vid. h. d. r. omn. *not.* ad *Tibull.* I, II. pag. 220. de luſtratione magica ibid. pag. 222. *apud Lucanum*) Corrigendus ex hoc forſan *Potter.* qui l. m. c. *Lucianum* allegavit.

P. 138. Νεκυομαντεία) vid. *Varr.* de Cultu Deor. in fragm. pag. 50. ſeq. quæ hactenus à Noſtro tradita ſunt vid. etiam apud *Potter.* l. c. p. 337.

P. 139. *qua carminibus magicis*) vid. *Silium* lib. I. v. 95. ſeq. *narrat Plinius*) ex *Evanthe*; fabulam tamen deteſtatur ipſe, & mendacii loco habet. effectus hujus ſe quoque in *tranſlocationibus* exſeruit. ex. vid. apud *Eurip.* Oreſt. v. 1495. ſeqq. Lucem hæc quodammodo afferre poterunt loco *Ariſtoph.* alias ſatis obſcuro Nub. v. 177. ſeqq. ubi de Socrate:

κατὰ τῆς τραπέζης καταπάσας λεπτὴν τέφραν
κάμψας ὀβελίσκον. εἶτα διαβήτην λαβὼν
ἐκ τῆς παλαίστρας θοἰμάτιον ὑφείλετο.

Satis quidem frequentes ejuſmodi veſtium ſuffurationes è Gymnaſio fuiſſe liquet ex *Demoſth.* in Timocr. ſed niſi hæc magica quadam, vel amatoria arte facta ſint, non facile congruunt. *apud Pilappios*) de Livoniis loquitur *Peucer.* non Pilappiis; quæ de his ibid. leguntur, huc non pertinent. *H.*

P. 140. *Apulejus cap. VII. de Virt. Herb.*) Alii huc citant c. 71. Nobis tamen eam editionem, cui locus hic inſertus ſit, evolvere non datum fuit. Vidimus ed. Baſil. 1528. ſed fruſtra. Deterret imo nos abs ulteriori inveſtigatione *Fabric.* Bibl. Lat. T. I. p. 525. ubi *codices Apuleji maxime depravatos ac pluribus locis mire varios ad nos perveniſſe* refert.

P. 141.

P. 141. *Cælius quoque Aurelianus*) vid. *Caſaub.* Animadv. in *Athenæum* lib. XVI. c. V. p. m. 566. lin. 43.

P. 142. *πιεζάντων*) ita cum *Schmidt.* legimus, qui hanc lectionem probat & vindicat in not. ad h. l. p. 119. ſeq.

P. 144. *expreſſiſſe Homerum*) ſcil. Od IX. 114. ſeq. H. *primus regnandi poteſt. apud Græc. habuiſſe dicitur Hygino)* ex *Hygin.* ita legend. *primus mortalium regnaſſe dicitur.* cf. not. ad fab. 143. *H.*

P. 145. *Nec multorum)* Græcorum tamen imperium in obſidione mixtum fuiſſe docet *Euſtath.* ad Iliad. I. *H.* cf. ad loc. *Homer. Eurip.* Androm. verſ. 472. ſq. & Suppl. v. 404. Perſis eadem ratio ſtatus complacuit; vid. *Herod.* Thal. pag. 195.

P. 145. *Confereb. autem populus ſponte*) Magiſtratus vero inferiores alii ſorte, alii ſuffragio eligebantur. vid. *Aeſchin.* in Timarch. p. 173. C. *meritis eſſent illuſtres*) contra vero, qui corpore quæſtum fecit, aut aliis vitiis inſigniter obnoxius, dignitate magiſtratus arcebatur. *Aeſchin.* l. c. pag. 103. B.

P. 147. *in ipſo adeo Homero*) veluti quum ſceptrum Agamemnon dicit

- - πατρώϊον ἄφθιτον αἰεί.

Iliad. II. verſ. 46. cf. & de ejusd. ſceptro hereditario l. c. verſ. 101. ſeqq. *H.*

P. 149. Διογενέος) vid. *Camer.* ad *Soph.* p. m. 34. cf. etiam Iliad. II. 197. & 205. IX. 98. *Heſiod.* Θεογ. v. 96. quem cit. *Stobæus* Serm. 45. & *Schol.* ad Iliad. I. 176 Diis ita ſimillimum Trajanum dixit *Plinius* Panegyr. pag. 8. ubi vid. not.

P. 150. *Non barbarica licentia &c.*) cf. *Perizon.* in *Aelian.* lib. II. c. XX. p. 101. H. *quod notat Homerus*) qui etiam ex hoc intelligendus, quando ipſi ποιμένες λαῶν reges atque duces ſæpius dicuntur.

P. 153. *Reges ſacrorum*) cf. hic *Plut.* Probl. Rom. 63. Tom. II. p. 279. C. *Vlpian.* in Orat. *Demoſth.* in Androt. p. 208. B. & *Lyſi* Orat. p. 59. ſeq.

P. 156. *pollicetur Niſo - campi*) ſupple: id campi &c.

de Republ. habuit ab Aſcanio;) diſtinctio (,) poſt *ha-buit* ponenda.

P. 157. *Agri cultura reges ipſi erant intenti*) cf. No-ſtrum infr. libro IV. cap. I. §. V.

P. 162. *Porro Iuſtinus*) cf. & *Brodaus* in Epigramm. libro II. pag 220.

P. 164. *ſacramenti obtinuerit vim*) ita Achilles Iliad. I, 235. per ſceptrum jurat cf ibid. *Schol.* Eundemque ad Iliad. III, 218. *Poëta ſcribit Od. XI.*) cf. *Euſt.* ad h. l.

P. 165. *Diadema etiam connotari vult Serv. faſcio-lam*) *Servius* geſtamen ibi per Diadema exponit. De faſciola nihil apud Eundem. Diadema autem faſciam appellant *Seneca* Epiſt. 80. *Caſaub.* & *Pitiſc.* in *Suet.* Jul. Cæſar. cap. 79. Plura vid. apud *Briſſon.* de R. P. lib. I. §. 54. *H.* *corona maxime fuit conſpicua*) ita expl. *He-ſych.* voc. Διάδημα. Hic honos ſignificatus Alexandro ab Menoetio apud *Arrian.* lib. I. pag. 12. Archontibus quoque corona aſſignatur apud *Aeſchin.* in Timarch. pag. 173. B.

P. 166. *facilius indicare*) additque *Schol.* eam cau-ſam, quia voce eos coërcere non poterat. H.

Pag. 168. *quos velut ὁπλοφόρους fuiſſe Heſych. cenſet*) θεράποντες *Heſych.* vocantur οἱ ἐν δευτέρᾳ τάξει φίλοι & *Etymol.* h. v. θεράποντα vero Cretenſium lingua ſer-vum ὁπλοφόρον dici, non vero abs *Homero* docet *Euſt.* ad Iliad. XIX. verſ. 143. *H.*

P. 169. *celebrati* Κήρυκες *praecones*) Et quidem Regi-bus ſingulis proprios Κήρυκας fuiſſe tradit *Schol.* ad Iliad. II, 183. ſeq. ubi Eurybates Κῆρυξ veſtem Ulyſſis ferre di-citur. *H.* *Silentium indicebant*) vid. & Iliad. II, 280. & *Eurip.* Hec. verſ. 528. ſeqq.

P. 171. *Caduceatorum functi munere*) vid. Noſtrum infr. pag. 534. ſeq.

Pag. 172. *Soliti enim per urbes*) vid. h. d. r. *Potter.* Arch. Græc. lib. II. c. III. p. 218. ſeq. *dictat Herodotus*) vid. *Ian.* Animadv. lib. V. c. 20. Pluſa fere Noſter non profert, quæ ibi non legas. *Herodoti* locus hactenus no-bis

s incognitus. Ceterum coquos etiam ſacrificiorum inisterio adhibitos fuiſſe docet *Athenaeus* libro XIV. ig. 659. D. F.

P. 173. *μαγείρων καὶ βουτύπων*) Butypi familia Attica Sopatro bovis percuſſore prognata. vid. *Porphyr.* de bſtin. lib. II. §. 30. pag 75. *in epulis heroicis operam aſtant*) Plura h. d. r. Noſter infr. p. 305. cf. interim *thenaeus* lib. X. pag. 425. D. *Quanquam & ipſorum gum αὐτοδιακ. eſt videre*) cf. *Athen.* lib XIV. p. 660. B.

P. 174. *atque adeo ἐπιτήδειον &c.*) Totidem fere verba ud *Kühn.* in *Aelian.* lib. VII. c. V. fin. *Auctor ἀνώ-μος*) Mimantem eſſe dicit *Gale* Mythogr. Graec. p. 704. bi cum p. 712. locum hunc inveneris, ex eo noſtram erſionem ita emendes : *Theſſali honeſtum putant nuos & mulos ex armento ablatos domare, bovesque ptos jugulare, & pelle detracta diſcindere.* in Graeco ge *ἀγέλας λαβόντι, - - - καὶ τοὺς ἱερέας*.

P. 176. *Atque ex hoc ritu*) Quod idem facit *Auctor* it. Homeri apud *Gale* pag. 380. *H.* *Βουλὴν γερόντων*) iſtinguit ideo *βουλὴν* & *ἀγορὰν* *Euſtath.* ad iliad. I, 144. tque: *ἀγορὰν eſſe, cum populus univerſus voce praeconis nvocaretur; βουλὴν autem, cum ſoli ſelecti optimates orſim convenirent* &c. *H.*

P. 177. *Stante eo*) ex. quoque eſt Iliad. I, 58. ubi vid. *uſt.* ſurgunt etiam verba facturi apud *Xenoph.* Hellan. I, ag. 346. cf. *Cicero* Brut. c. 77. & ibi *Corrad.* Armatos tiam ſubinde in concionem veniſſe Veteres docet *Euſt.* d Iliad. I, 194. *H.*

P. 178. *celebriore erat loco*) ita concio quoque habita *αρὰ Πριάμοιο θύρῃσι* Iliad. II. 788. *H.* alias in foro; uti liad. XI, 806. Apud Athenienſes vero cum *in foro*, tum *n Pnyce*, tum & *in theatro* conciones habebantur. vid. *Harpocr.* voc. *πάνδημος Ἀφροδίτη* & *Polluc.* lib. VIII. c. o. cf. plur. *Potter.* Arch. Gr. lib I. c. XVII.

Pag. 179. *quae ſpectabant ad privatos*) ſic vigeſima nenſis die, qua ſecunda concio apud Athenienſes habe-batur, debita ſolvere tenebantur ii, qui in aere alieno erſati; unde intelligendus *Ariſtoph.* Nub. verſ. 16. ſeq. ubi debitor

 ſyn-

- - - ἐγὼ δ' ἀπόλλυμαι
ὁρῶν ἄγουσαν τὴν σελήνην εἰκάδας.

ubi cf. *Interprr.*

Pag. 180. *De judiciis*) Neceſſitatem horum adſtruit *Plutarch.* Solon. p. 88. B. *judicibus in hanc rem conſidentibus*) βουλευταί illi dicti; juxta *Harpocr.* h. v. Apud Athenienſes autem receptum more fuit, ut *non promiſcue omnes ad magiſtratum admitterent*, ἀλλὰ τοὺς βελτίους, καὶ τοὺς ἱκανωτάτους, ἐφ' ἕκαστον τῶν ἔργων προκρίναντες. vid. *Iſocr.* Areopagit. p. m. 285.

P. 182. *aliosque Veteres Grammat.*) vid. *Suid.* & *Varin.* voc. Βακτηρία *H.* *Singulare vero eſt*) Hæc ex *Euſt.* Noſter refert q. v. ad Iliad. XVIII. 507. ſeq. p. 1158. lin. 7. ſeq. ubi plura reperies. *H.*

P. 184. *Athenæus ſcribit de Perſarum rege &c.*) lege potius *de regibus Perſarum*, quos *Ille* dicit *ſub platano & aurea vite &c. legatos audiviſſe & jus dixiſſe* libro cit. p. 539. D. *Alexandro in hortis ſtatutum fuiſſe aureum ſolium & lectos argenteis fultos pedibus, in quibus ſedens cum amicis, legationibus reſponſa dabat*: ut *Idem* refert ex *Ephippo Olynthio* ibid. p. 537. D. *in tabernaculo autem eidem erat aurea ſella, in qua ſedens jus dicebat*; uti legitur apud *Eund.* l. c. p. 539 E. *Gelonem* ex verſione ſumſit Noſter, *Hieronem*. vero præfert textus Græcus l. c. cap. XI. p. 530. A. *H.* *unde & Homero &c.*) Ipſa quidem vox νόμος apud *Homerum* non obvia, niſi in Hymn. in Apoll. v. 20. quocum cf. *Suid.* & *Etymol.* voc. νόμος & νόμοι, ubi Apollo ceciniſſe leges fertur. vid. *Pfeiff.* Ant. Gr. lib. II. cap. 34. pag. 290. ſeq. Leges enim poſitivas illa temporis ſimplicitas non ferebat; *illa namque in facta conſtituuntur, quoniam futura in incerto ſunt*: ut ait *Tacit.* Annal. III. c. 69 Unde audiendus de illorum temporum ſtatu *Iuſtin.* lib. I. cap. 1. *Populus nullis legibus tenebatur: arbitria principum pro legibus erant.* cf. *Iſocr.* Paneg. p. m. 94. B. Fuere tamen Cretenſibus Minois *Homero* celebrati leges, juxta *Platon.* Minoe. vid. & *Ariſtot.* Polit. lib. II. c. X. Leges

etiam

Digitized by Google

ium Athenienſium ante Ogygis tempora refert *Plato* I'imæo. *H.*

P. 185. *crimen homicidii*) Homicidiorum tria genera, de his tria Athenienſium dicaſteria memorat *Aelian.* V. cap. 15. ubi vid. not. *Perizon.* & *Schefferi.* add. *Pauſan.* Attic. cap. 28. *Polluc.* libro VIII. §. 118. ſeqq. *H.*

ms pœna exilium) Sic etiam Apollinis ob cædem Pyonis novennale exilium memorat *Plutarch.* de Orac. f. Tom. II. p. 417. ſeq. p. 421. C. ex fide aliorum, ipſi ulosum. H. Herculi quoque Theſeus ſuaſor eſt & auc ut atrociſſima liberorum cæde commiſſa, Thebis exleret, idque *νόμου χάριν* apud *Eurip.* Herc. fur. verſ. ; coll. verſ. 1277.

P. 187. *priſco ritu expiatum*) quam expiationem etn Apollo ſubiiſſe dicitur ob cædem modo memoran. vid. nos ſupr. ad p 40. ſeq. ea vero narratio nimis am ridicula videtur *Plutarch.* l. ſupr. cit. T. II. pag. ;. B. Idem vero deus, quum internecionum patronus oeretur, ab illis qui cædem erant patraturi ſubinde in xilium vocatus: uti etiam Jupiter, Mercurius, Miner-&c. vid. *Nat. Com.* libro I. cap. 18. p. 70. ſeq. Ipſeque oollo cædes non culpandas reſponſo ſuo ratas habuit, c improbavit; vid. Aelian. lib. III. c. XLIV.

P. 189. *Antiquiſſima utique homicidii poena*) Primum dicium Athenis habitum fuiſſe de homicidio Halirioii, refert *Euſtath.* ad Iliad. XVIII, 506. quos ideo Pa-:gyrico ſuo celebrat *Iſocr.* pag. 94. fin., Fuere tamen & æ dam homicidia, quæ Draconis legibus exilio non ulctabantur, quæ vid. in *Prateji* Juriſpr. Vet. p. 29. *H.*

P. 190. *apud Demoſthenem aliosque oratores Græcos*) *uid igitur lex jubet fortuita cadis damnatum? ad ertum tempus, certo quopiam intervallo abeſſe & exuere: dum aliquem è perempti familia exorarit. Tum vero redire conceſſit, certo quodam ritu, non fortuitò, ut temere; ſed & rem divinam facere, & expiari & lia quadam ordine ac diligenter ſancita præſtare juſit lex*; *Demoſth.* hæc ſunt verba adv. Ariſtocr. p. m.

C 3 438.

438. ſeq. coll. tot. fere hac Orat. vid. & *Harpocrat.* τοῖς *ὑποφόνια* coll. ibid. *Mauſſac.*

P. 192. *Thucydides init. Hiſt. ſua)* Cauſam hujus rei vid. apud *Schol.* ad l. c. De Thracibus idem affirmat *Herod.* quibus τὸ ζῆν ἀπὸ λῃστύος κάλλιστον eſſe ait Heſych. *Exemplum luculentum)* Tale quoque in Adraſto ad Crœſum fugiente videre eſt apud *Herod.* Clio c. 35. *Hinc apud Orpheum)* vid. & *Eund.* Arg. v. 818. ſqq.

P. 193 *Itaque τὸ λῃστικὸν &c.)* cf. hic *Plato* de Republ. lib I. & de LL. lib. XII. *Hi prodire cenſuerunt)* vid. Noſtr. ſupr. p. 9 & nos ad p. 87.

P. 194. *apud Lacedam. etiam hic mos poſtea celebr.)* Vid. omn. *Plut. Lacon. Apophth.* T. II. p. 234. A. *H.*

P. 197. *Atque ideo piratica maxime olim celebrati* Repertum tandem id nobis teſtimonium apud *Philoſtrat. teſte Philoſtr.)* vid. lib. III, de Vit. *Apoll.* c. 24. p. 114 quo haud obſcurius videtur illud, quod legitur apud *Thucyd.* lib. I. pag. 5. ſeq. de mercatura Phœnicum vid. quoque *Lucianus* Toxar. T. II. p. 34. *H.*

P. 198 *Αἰπόλος Theocriti)* Proprium ne putaveris eſſe hoc vocabulum, vid. *Shol. Theocr.* ad Idyl. VI. 7. ita *Homero* quoque *αἰπόλος αἰγῶν* dicitur Od. XVII. 247.

P. 199 *Ita vero & Livius)* l. c. ita legitur: *His vocibus incitatus Syphax, Maſiniſſa bellum infert; & primo certamine Maſſylios fundit fugatque. Maſiniſſa cum paucis equitibus ex acie in montem (Balbum incola vocant) perfugit. familia aliquot cum mapalibus pecoribusque ſuis* (ea pecunia illis eſt) *perſecuti ſunt regem: cætera Maſſyliorum multitudo in ditionem Syphacis conceſſit.*

P. 200. *Et alibi)* Nummi *Homero βόες.* vid. *Schol.* ad Iliad. II, 449. XXI, 80. cf. & *Brodaum* in Epigr. Græc. p. 273. de Mina ejusque ante & poſt Solonem valore vid. omn. *Plut.* Solon. T. I. p. 86. D.

P. 201. *Auri quoque talenta ſæpius Homerus collaudat)* cf. & *Herod.* Clio c. 14. p. 6. apud *Eund.* etiam *ἡμιτάλαντα* ſubinde ſuo quodam valore gaudent; uti l. c. pag. 19 cf. not. *Clar. Viror.* ad *Aelian.* lib. I. c. XXII. P. 201.

Digitized by Google

P. 202. *Herodotus Vrania*) s. lib. VIII. c. 137. p. 508. lege autem pro ἦσαν, ἔσαν γὰρ τοπάλαι - - - χρήματα &c. conf. & *Noſtr.* infr. p. 405. ſeq.

P. 203. *ξεινήϊα paſſim vocat*) vid. Iliad. X, 269. XI, 20. &c. cf. de veſtium hac donatione *Kühn. ad Aelian.* lib. I. c. XXII. Ceterum illos qui talia dona acceperunt, vicem ſubinde reddidiſſe, præter loca a *Noſtro* mox alleg. etiam teſtatur *Schol.* ad Odyſſ. I, 318.

P. 204. *Mortis hujus* &c.) vid. omn. *Perizon.* ad *Aelian.* lib. III. c. XX. pr. *H.*

P. 205. *Ea, quæ fiebat propter nuptias*) de hac donatione infr. dicemus ad p. 221. ſeq.

P. 207. *Et vero Thucydides*) Nullum hujus rei veſtigium nobis apud Hunc repertum; nec ab alio quoquam circa hanc rem adeo temere in teſtimonium vocatur. Vellem igitur potius *Euripidem*, niſi factum, Noſter nominaſſet, qui haud obſcure hoc innuit Electr. Act. IV. ubi ad Clytemn. Electra:

πῶς οὖν πόσιν κτείνας, οὐ πατρώους δόμους
ἡμῖν προσῆψας, ἀλλ' ἀπηνέγκω λέχη
τ' ἀλλότρια, μισθοῦ τοὺς γάμους ὠνουμένη;

Aſſyriis quoque eundem morem fuiſſe, ut procis venderent virgines, docet *Aelian*, lib. IV. c. I. ad quem locum *Periz.* plura dedit. *unde puella ἀλφεσίβοιαι dictæ*) vid. omn. *Schol.* ad Iliad. XVIII, 593.

P. 208. *Ceterum & ἀνάεδνοι filiæ fuerunt elocatæ*) videnda hic *Periz.* ad *Aelian.* lib. IV. c. IV. fin.

P. 212. *unde Herodianus Grammaticus*) ab *Euſtath.* citatus ad Iliad. III, 316. qui locus *Homeri* de modo ſortiendi utique videndus. In ipſis vero *Herodiani* Paralipomenis apud *Aldum* in Corn. Cop. talia legere nobis non obtigit. Reliqua unde Noſter deprompſerit, patebit cuivis legenti *Hadr. Iun.* Animadv. lib. II. c. V.

P. 213. *Et ſic Virgilius*) adde (γ) *ex Iliad. V*,) adde (δ) quod & in allegatis ſupple, addendo v. 154. & 158.

P. 214. *Sed non videtur* &c.) vid. h. d. r. *Potter.* lib IV. c. XV. col. 657.

Digitized by Google

P. 216 *Hanc enim conjunct. nefariam habitam &c.*) Concinit pariter *Eurip.* Andr. 173. ſqq. *nulla habitu ratio conſanguinitatis*) qui ſorores in matrimonium duxerunt αἴλιοι dicti *Heſych.* h. v. ex vid. apud Ovid. Epiſt. VIII, 28. & XI, 61. ſeq.

P. 217. *Helenus Andromachen Hectori nuptam*) vid. hic *Iuſtin.* XVII, III, 5. ſqq. ubi refert: Ex his (Pyrrhus) *nonnullas virgines nuptum finitimis regibus tradidit: - - atque ita Heleno, filio Priami regis, ob induſtriam ſingularem, regnum Chaonum, & Andromachen Hectoris, quam & ipſe matrimonio ſuo in diviſione Trojanæ prædæ acceperat, uxorem tradidit*. cf. *Serv.* ad Aeneid. III. 319. de Noſtro ipſe judicium ferre poteris. *Homeri* hæc nulla auctoritas, nec teſtimonium. *laudatur pubertas*) Lycurgi hanc circa inſtituta tradit *Xenoph.* de Lacedæm. Republ. p. 534. hinc ἥβην & γάμους conjungit. *Eurip.* Troad. Act. V. Idemque Helen. v. 12. clarius innuit ἥβην tempus eſſe, quo nuptiæ tempeſtive celebrarentur:

ἐπεὶ δ' ἐς ἥβην ἦλθεν ὡραίων γάμων.

quo magis pertinet *Euſt.* expoſitio. Notandum hic ephebos Athenienſium, qui virilem togam commutabant, οἰνιστήρια, i. e. *vinalia* celebraviſſe; tumque cæſariem tondere ſolitos fuiſſe; prout ex *Heſych.* obſervat *Iunius* de Coma, apud *Gruter.* T. V. p. 516. *Athenæus* lib. XI. p. 494. fin. οἰνιστηρίαν dicit *eſſe magnum poculum vino plenum, quod tonſuri comam Herculi offerunt, & post libationem, iis qui convenerunt, bibendum tradunt.* Ceterum non apud Athenienſes modo hic mos ſervatus quin & apud reliquos Græcos; connotante *Caſaub.* ad *Theophraſt.* Charact. & ad *Athen.* l. c. cap. XIII. p. 513. Videtur ex hoc corrigendus *Pollux*, qui modo οἰνιστηρία modo οἰνιστηρία legit.

P. 218. ἄχαριν *deformem*) Hinc etiam χαρίζεσθαι fœmina viris porrectura dicitur, cujus contrarium ἀπαρνεῖσθαι, quod ultimum exponit *Harpocr.* h. v. ubi plura vid. *Mauſſac. decimo quarto anno definitum*) cf. huc quoque *Procl.* ad *Heſiod.* p. 149. *Harpocr.* voc. Ἐπιδιετὲς ἡβῆσαι. & *Steph.* Sched. IV. apud *Gruter.* T. V. p. 166. ſq.

P. 219.

Digitized by Google

P. 219. *parentum voluntate)* Conſulebantur etiam ıandoque auſpicia, quod *Heſiodus* jubet ἔργ. v. 801. *ſi uxorem ducas*, inquit:

Οἰωνὺς κρίνας, οἱ ἐπ' ἔργμαλι τύτῳ ἄριςοι.

P. 221. ἔδνα *dabat ſponſæ)* vid. quoque illuſtre exmpl. in procis Penelop. Od. XIII, 378. Dos interum data ſponſæ, vel ejus parenti a ſponſo; vid. *Perizon.* ad *Ælian.* lib. IV. c. 1. H. adde *Kühn.* ad *Pauſan.* Lacon. c. 12. p. 235. quod ad *Polluc. Heſych.* & *Schol.* Il. IX, 140. notandum, qui ἕδνα vel ἔδνα (legiur enim promiſcue) communiter definiunt eſſe *dona, quæ ante nuptias ſponſa dabantur a ſponſo. Afferebat e parentibus* προῖκα) quid vero hanc circa amplius a veteribus obſervatum ſit, vid. apud *Harpocr.* voc. ἀποτιμῆσαι & ibi *Mauſſac.* Nimirum maritus pro accepta dote, quam pater virgini dabat, pignori viciſſim dedit ἀποτιμήματα, unde ſponſus, qui id pignus erogabat ἀποτιμᾶν, qui vero accipiebant, virgo fuerit vel parentes ejus ἀποτιμᾶσθαι dicebantur. Προὶξ, ut ex *Eodem* obſervamus, vocata etiam fuit φερνή, quas quomodo reſciderit Solon vid. apud *Plut. Solon.* T. I. p. 88. C.

P. 222. *Scholiaſtes* προῖκα *intelligit* & τὰ μείλια *exponit* &c.) vid. *Eund.* ad *Od.* II. 166. ubi ἔδνα dicit eſſe *dona, quæ a ſponſo virgini dabantur*, μείλια *vero, quæ a patre.* cf. *Heſych.* voc. ἔδνα. Huc pertinent quoque θρέμματα ſponſæ data; de quibus vid *Schol.* Iliad. XVIII, 593. & *Heſych.* h. v. item ἀνακαλυπτήρια dona, quæ ſponſa dabantur, quando primum denudata, in conſpectum viri producebatur; quod noctu ut plurimum fiebat, facibus ac tædis accenſis. vid. *Harpocr.* h. v. & ibi *Mauſſac. Polluc.* lib. III. §. 36. ſed hæc in iis tantum obtinuiſſe videntur, quas modo emptionis & venditionis in matrimonium duxerunt. vid. *Caſaub.* ad *Sueton.* Aug. c. 69. *dotem adventitiam* &c.) At *dos adventitia* non a patre, ſaltem non ex ejus facultatibus puellæ dabatur; ſunt enim hæc bona, quæ aliunde acceperat, veluti ab amicis, modo hereditatis vel doni

Digitized by Google

gratuiti &c. *dosprofectitia* vero eſt, quam pater de ſuis propriis filiæ doti dedit, pecuniam modo, modo agnos &c. unde virgo illa ἐπίκληρος, ἐπίπροικος dicebatur: niſi obſtat *Schol. Ariſtoph.* Avib. v. 1652. vid. *Perizon.* ad *Ælian.* lib. VI. c. IV. quæ enim ab *Harpocr.* voc. ἐπίδικος h. d. r. traduntur, haud parum abludunt; prout in eo notavit *Mauſſac.* l. c. qui & ibidem *Cal. Rhodig.* ſententiam expendit, q. v. lib. XXVIII. Lect. Ant. c. XV. *Et videtur hoc poſtulare τὸ Ἐπὶ.*) Nisi hoc forte ad ἕδνον referendum; quod ex ſq. verſ. ſuſpicor quidem, non vero conſtituo. Videtur tamen hæc ita quoque intellexiſſe *Schol.* ad l. c. Iliad. IX, 147. ſq.

P. 223. *ſoluto matrimonio referre ſolita* &c.) Lex quoque apud Græcos: *Si quis dimiſerit uxorem, reddat dotem:* quam refert *Demoſth.* in Neær. p. 869. Hic vero tenendum: Si divortium citra mulieris culpam obtigiſſet, integra dos repetebatur. Quodſi ab uxore quid delictum foret, in liberorum ſingulos a marito ſexta dotis retinebatur portio, usque ad dimidiam modo dotis partem.

P. 224. *In ædes ſuas ſolenni ritu ducebat ſponſam*) Quod fiebat tertio poſt celebrata ſponſalia die: tot enim intercedebant, quorum primus dictus προαύλιος, ſecundus ἐπαύλιος, tertius ἀνακαλυπτήριος. alii aliter diſtinguunt vid. *Pfeiff* A. Gr. lib. IV. c. XIV.

P. 245. *Domus plerumque nova*) Huc ſpectant quoque illa *Terent.* Adelph. Act. V. Sc. VII. v. 10. ſqq. atque ex hoc ritu cœlibes ἄοικοι dicti; uti obſerv. *Periz.* ad *Ælian.* lib. IV. c. XXVII. fin. *in curru nimirum vehi* &c.) *Eurip.* Hel. v. 759. vid. cf. *Pfeiff.* l. c. cap. XV.

P. 126. *Præferebantur de more lampades*) Ritus hujus mentio ubi vis fere, apud *Eurip.* præſertim obvia, quem vid. Troad. v. 200. ſqq. *mater queritur ſe filio non accendiſſe faces*) Hæ etenim id muneris ſæpius ſibi ſumſerunt; quod illis δᾳδουχεῖν dictum: uti ex loco *Eurip.* Phoeniſſ. v. 376. ſeq. obſervat *Schol. Apollon.* Arg. IV, 808.

P. 227.

P. 227. *Cantus hymenaeus dictus*) Vid. *Serv.* ad *Virgil.* VIII, 30. fabulam Hymenaei plenius deſcribit *Idem* V. Æneid. v. 99. 127. cf. & *Lactant.* ad *Stat.* Theb. v. 283. *puella vero ſocia potiſſ. cantab.*) juvenes ſaltabant; uti Iliad. XVIII, 493. ſq.

P. 229. *quod γάμον Homerus vocat*) quo ſenſu etiam Sacris literis haec vox uſurpatur; uti *Luc.* XIV, 8. at *Matth.* XXII, 10. locus nuptiarum eadem voce deſignatur. Quo fine vero epulae nuptiales fiant, id clare indicat *Athenaeus* lib. V. 185. B. ubi *Sic enim*, inquit, *moribus & legibus ſcitum eſt, ut in nuptiis epulum ſit; tum nuptiales deos ut veneremur, tum ut pro teſtimonio id ſit.*

P. 231. *Poſtremum lecto geniali* &c.) Vid. quae huc pertinent apud *Plutarch.* Solon. p. 89. C. *Dempſt.* ad *Roſin.* lib. V. c. 37. p. 617. *Voſſ.* de Idol. lib. II. c. XXV. *Feſtus* voce. Cingulo nova nupta &c. apud *Perott.* col. 833. fin. & *Cal. Rhodig.* Lect. Ant. lib. XXVIII. c. 15. p. 1569.

P. 234. *mulieres haberent religioni*) vid. *Haelterl.* ad *Apollon.* Arg. p. 125. m.

P. 234. *Intemperantia quoque*) cf. *Cal. Rhodig.* lib. XX. c. 22. *Illud certe non eſt abs re dixiſſe, quod quae uno viro contentae erant, quaeque matronale decus ſervaſſent incolume, haud aliter quam pudica corona donabantur: quae vero poſt viri obitum conjugium iniſſet, iſſi poſt decimum menſem nupſiſſet, levis & impudica atque infamia inuſta putabatur*: uti refert *Alex.* Genial. lib. IV. c. VIII. fol. 197b. ſq.

P. 235. *praiiſſe fertur Achis Perſei neptis*) ex *Pauſan.* legend. *Argis*, non tamen perſonae hoc nomen, ἐν Ἄργει enim habet textus. *Gorgophone* illi nomen eſt, quae *Perſei filia* ibid. dicitur. cf. *Cal. Rhod.* l. c. p. 1576.

P. 236. *Quo pertinet illud Petronii*) Tibi hoc ulterius inveſtigandum committo teſtimonium, B. L. Nevolam ejus aut veſtigium apud Eundem offendi.

P. 237. *Exemplo Ægyſthus*) cf. *Serv.* ad Æneid. VI, 612.

612. adulterorum poenas apud varias gentes vid. in not. *Scheff.* ad *Ælian.* lib. XII. c. XII. cf. *Alex.* Genial. lib. III. c. I. f. 176. & *Menand.* fragm. p. 136. Lapidatio quoque ſupplicii genus apud Græcos. vid. *Periz.* in *Ælian.* lib. V. c. XIX. *H.*

P. 239. *apud Orientales populos perantiqua*) vid. *Brunings* A. G. cap. VI. 28. & cap. XV. 13. *H. quam deprehendens maritus*) ex. vid. apud *Serv.* l. m. c. cf. & Leg. Solonis apud *Plut.* p. 90. C. μοιχάγρια) vid. *Brunings* l. m. c. p. 71. *imo nec licuit*) ſed adultero ea ceſſit; uti liquet ex *Eurip.* Electr. v. 921. ſqq.

P. 244. τοὺς ἐκ παλλακίδος) adde ex *Polluce* III, 21. τοὺς ἐκ ξένης, cf. *Pfeiff.* Ant. Gr. lib. II. c. XV. opponuntur hi τοῖς γνησίοις, quorum iterum alii erant ἐπίγονοι, qui ex ſecundis nuptiis, πρόγονοι vero, & ἀπόγονοι qui ex primis nuptiis erant ſuſcepti.

P. 245. *in partem aliquam venerunt paternæ hereditatis*) νοθεῖα enim illis ceſſerunt; quæ ſunt τὰ τοῖς νόθοις ἐκ τῶν πατρῴων διδόμενα. ἦν δὲ μέχρι χιλίων δραχμῶν. vid. omn. *Harpocr.* voc. νοθεῖα: Ἔτιμων γὰρ τοὺς νόθους ἐπίσης τοῖς γνησίοις, inquit *Schol.* ad Il. VIII. 284. cf. *Eund.* ad XI, 490. & *Schol. Ariſt.* Avib. v. 1655. νοθεῖα χρήματα hæc dicit *Pollux* III, 21.

P. 246. *de Liberorum educatione*) Lectu ſane digniſſima ſunt, quæ h. d. r. pronunciat *Eurip.* Herc. fur. v. 25. ſqq. Liberos vero etiam miſericordiæ publicæ exponere, Græcis æque ac Romanis uſitatum fuit. vide *Eurip.* Phœniſſ. v. 28. *Æſchin.* adv. Timocr. p. 188. C. &c. *Singularis cura vet. Græc.*) quæ prima fere circa nominis impoſitionem verſabatur. vid. *Ariſtoph.* Nub. v. 62. ſqq. ubi cf. *Spanh.* decima illud die factum; juxta *Heſych.* vocc. δεκάτῃ θύομεν. Et nomina filiis impoſita ſæpiſſime προληπτικῶς, ut iisdem nominibus ſuam de illis conceptam ſpem indicarent, nomenque illis omenque haberent: quod innuit *Schol.* ad Il. II, 494. ita Oedipus unde nomen acceperit, vid. apud *Eurip.* Phœniſſ. 28. Et nomina alia ſignificantiora apud *Ennium* p. 246. *Herod.* Clio c. 40. Terpſich. c. 92. Erato c. 63. &c.

Elegan-

Elegaηter quoque nominis ſui rationem innuit Polyxena, cum jam ad inferos eſſet tranſitura, ubi *multos hoſpites nacturæ eſſet*, apud m. c. *Eurip.* Hec. v. 357. ſqq. dein preces etiam ſubinde a parentibus emiſſæ, ut ipſorum exemplar imitarentur. vid. *Camer.* ad *Sophocl.* p. m. 69.

P. 248. *cujus rei exempla*) Tale eſt & apud *Ariſt.* Nub. v. 68. cf. *Camer.* ad *Sophocl.* p. 70.

P. 251. *& Pindarum*) Idem & *Pauſan.* teſtatur *Lacon.* c. 18. p. 255. fin.

P. 252. *Servius*) Parum tamen hic Noſtro favet. Notanter enim monet, apud *Virgilium* l. c. *Qua* legendum eſſe, non *Quem*. *Id eſt* inquit *Servius*, *qua ipſe ſcit, qua ipſe modulatus eſt. Nec enim iſtum docuit, qui fuit temporibus Didonis* &c.

P. 255. *Phocylides*) Eadem ex hoc tranſcripta legas in Carm. Sibyll. apud *Gale.* p. 210.

*P. 257. *Æſchin. in Timarch.*) vid. & *Demoſth.* adv. Timocr. p. 75. C.

P. 260. *ut cogatur alienam telam texere*) Ita quoque ſtatum fœminarum in ſervitute degentium in ſe depingit Hecaba apud *Eurip.* Troad. v. 490. ſqq. & Polyxena apud *Eund.* Hec. v. 362. ſqq. ſerva quoque mulier, raſo capite, aquam portans occurrit apud *Eund.* Electr. v. 107. ſq.

P. 261. *Captos ſæpius moris erat in ſervit. divendere*) facta prius eorum inter victores diſtributione, quæ ut plurimum ſorte fiebat. vid *Eurip.* Troad. v. 30. ſqq. ἐξανδραποδίζειν *dixerunt Græci*) & ἐξανδραποδισθῆναι, *excidium urbis pati, in ſervitutem redigi* ſignificat, apud *Iſocr.* Areop. p. m. 280.

P. 263. *In iis præcipui fuerunt Cares*) vid. *Philoſtr.* de V. A. lib. III. c. 25. *Potter.* Arch. Græc. lib. III. c. I. p. 432. *Magna fuit*) In univerſum hinc magnum intereſſe diſcrimen inter ingenuum & ſervum ſtatuit *Demoſth.* quod *quicquid ſervi commiſerunt, corpore luere cogantur*; adv. Timocr. p. 483. C. cf. & *Eurip.*

Eurip. Oreſt. v. 1522. ſq. Videtur tamen ipſis belli tempore magnam libertatem conceſſam fuiſſe, ex *Ariſtoph.* Nub. v. 6. ſq. coll. *Schol.* ibid.

P. 265. *Liberabantur quoque &c.*) Sic Athenienſes ſervos ob egregiam in prælio navali præſtitam operam libertate donarunt. vid. *Schol.* ad *Ariſtoph.* Ran, v. 704. Sed libertate deſperata, lege ipſis largitum, ut vendi ſe poſtulent; juxta *Plutarch.* de Superſt. T. II. p. 166. D. Ceterum quid in ſervo maxime requiſitum fuerit, dicit heic *Terentius* Adelph. Act. V. Sc. VI. v. 5.

Is mihi profecto eſt ſervus ſpectatus ſatis,
Cui dominus curæ eſt, - - -

P. 267. *de Cibo Vet. Græc.*) Cibum antiquiſſimorum hominum deſcribit *Ælianus* lib. III. c. XXXIX. & ibi *Kühn* ac *Perizon*, *H.*

P. 268. *apud Homerum uſitata*) vid. Iliad. V, 196. coll. *Schol.* Antiquiſſimis autem temporibus, ante molarum uſum, frumentis crudis homines veſci ſolitos fuiſſe, volunt *Schol.* ad Iliad. I, 449. *Euſt.* ibid. & *Etymol.* voc. οὐλοχύτας. Achilles vero medullis animalium, non Cereris donis a puero paſtus eſſe dicitur abs *Euſt.* ad Il. I.

P. 272. *Heroibus utique nullibi piſces &c.*) Vide hæc apud Athen. lib. I. p. 9. D.

P. 274. *in menſis, quas dicunt ſecundas*) Quæ magnificentius ſubinde parabantur; juxta *Athen.* lib XIV. p. 641. C. De materia denique conviv. videndus utique *Potter.* lib. IV. c. XVIII.

P. 277. *Acceſſit hominum induſtria vinum*) Vid. *Herod.* Thal. c. 22. & de interdicto vini apud quasdam gentes uſu *Ælian.* lib. II. c. XXXVII. coll. not. *Scheff. Kühn.* & *Perizon. H.*

P. 278, *In utre caprino*) vel ſimpliciter ἐν ἀσκῷ ut apud *Eurip.* Electr. v. 411.

P. 279. *Vinum Maroneum*) de quo *Athen.* lib. I. p. 26. A.

P. 280. *Hinc utique hæc vaſa*) vid. & *Athen.* lib. XI. p. 476. A.

P. 281.

P. 281. *& apud Virgilium*) Quem vid. etiam Æneid. I, 728. VII, 147. Georg, II, 528. *H. quemadmodum interpr. Athenaus*) it. *Schol*. ad Il. I, 470. & *Serv*. Æneid. I, 728.

P. 282. *Unde Bacchus κερατοφυὴς pictus*) Supple hæc verba in verſione *Athenæi* lib. XI p. 476. A, Cornua quoque liberi Patris ſimulacro adjici ſolita. vid. *Feſt*. h. v. apud *Perott*. col. 1136, 10. *Serius utique* &c.) Verba hæc ipſiſſima ſunt *Athenai* lib. VI. p. 231.

P. 283, *Anacreon*) ad lit. (δ) juxta *Fulv. Urſin*. allegavimus: eſt autem in edit. *Fabri* Epigr. XVII. p. 25.

P. 284. *Ciceron. in Verr.*) vid, & *Aſcon*. in h. l, *Et non deſunt*) vid. *Caſaub*. ad *Theophr*. Charact. c. 5. *Ariſt*. de Arte Poët. c. XXVI. T. IV. p. 30. fin. *Plutarch*. Sympoſ. lib. V. Quæſt. IV, p. 677.

P. 285. *ἄριστον*) Erat hoc utique primis temporibus cibus matutinus, quo ſe homines parabant ad labores diurnos, & maxime milites ad labores pugnæ; notante *Perizon*. ad *Ælian*. lib. IX. c. XIX. cf. utique *Athen*. lib. I. p. 11. H. de reliquis vid. *Schol*. ad Iliad. II, 381. XXIV, 124. Od. II; 20. ubi *Æſchylus* quoque cit.

P. 28.. *ἀκράτισμα*) de hoc vid. quoque *Athen*. lib. I. p. 11. C. *teſte Galeno*) Qui, l. c. ita ait: *Quibusdam pane ſolo veſci ſine obſonio non placet; ſed eum cum palmulis, olivis, melle, aut ſale ſumunt; ſunt etiam, qui qui poſt eum bibunt, &c.* idque circa quartam horam fieri ſuadet. *Plinius Epiſt. lib. III.*) En integra *Ejusdem* verba: *Poſt cibum ſæpe (quem interdiu levem & facilem, veterum more ſumebat) æſtate, ſi quid otii, jacebat in ſole.* Notæ ibid. ſubjectæ Noſtro minus favent. Ait enim *Catanaus* veterum morem eſſe illorum, *qui bis in die cibum ſumebant, id quod a quibusdam Secundi temporibus obſervabatur. Major tamen pars cœna contenta erat.* vid. & Phil. *Beroald*, Annot. contra *Serv*. apud *Grut*. Theſ. Crit. T. I. p. 269, Adeſt & h. in r. Xerxis exemplum, qui non bis in die cibum capere conſueverat; ut legitur apud *Herod*, Polymn. c. 120.

P. 298.

Digitized by Google

P. 290. *Ac ἱερανος quidem*) de hoc convivii genere vid. *Heſiod.* & *Schol.* p. 154. *Plato* de LL. XI. T. II. p. 915. *Camerar.* Quæſt. promiſc. Dec. III. c. X. apud Grut. T. IV. p. 125. ſq. Tomaſ. de Teſſ. c. XVI. p. 81. ſq.

P. 292. *Ommineque quovis alio cibo*) vid. *Procl.* ad *Heſiod.* p. 80. & *Porphyr.* de Abſtin. lib. II. §. 27. *trita apud Homerum & alios Auct. phraſi*) vid. Il. XVIII, 559. Od. XIV, 28. XVI, 454. *Euſt.* ad Od. II, 56. &c. Ἔνθα δὲ πῦρ καίοντες) Lectio hæc eſt *Euſt.* l. c. *Schol.* & *Athenæus* lib. IV. p. 179. C. legunt Ἐνθάδε una voce.

P. 293. *quo non uſi*) vid. *Porph.* de Abſtin. l. c. §. 20. Reliqua omnia ſunt ex *Athenæo* l. c. deſumpta.

P. 294. *Ariſtocritus*) apud *Schol.* *Ariſtoph.* ad Veſp. v. 842.

P. 296. *quas θρόνους & κλισμοὺς Poëta vocat*) vid. & Odyſſ. X, 233. cf. *Euſtath.* ad Od. I, 145. & *Athenæum* lib. V. p. 192. E.

P. 299. *Niſi quod &c.*) Hoſpitibus præ ceteris locus medius, ceu præſtantiſſimus fuit aſſignatus. vid. *Tomaſin.* de Teſſeris Hoſpital. c. XIX. p. 91. *Πρωτεδρίαν interpr. Euſtathius*) quod alibi quoque de prima & digniſſima ſede adhibetur; vid. *Schol.* in *Ariſtoph.* Equit. v. 572. Orientalium more populorum eam πρωτοκλισίαν dixeris, uti Luc. XIV, 7.

P. 308. *ad lavandas manus*) ſæpius etiam poſt lotionem ſe oleo ungebant. vid. Vales. ad *Harpocr.* voc. ξηραλοιφεῖν.

P. 303. *διανέμων Homero dictus*) *Aeliano* διακόπτων lib. VII. c. III. *H. At Achilles ipſe*) vid. *Aelian.* l. m. c. H.

P. 305. *pueri adſtantes*) Quo tamen etiam officio fœmina ſæpe functa; uti Il. XI. v. 637. quemadmodum etiam in convivio Deorum Hebe dicitur nectar miſcuiſſe Il. II, 2. ſq. Ganymedes. pocillator Jovi proprius; eoque nomine etiam ab *Eurip.* celebratus Troad. v. 820. ſqq. Ceterum vulgo κήρυκες vocati apud *Athenæum* lib. X p. 425. D. *Qualis Menelai filius*) cf. *Athen.* lib. X. p. 424. E. & lib. V. p. 192. C. *Diſtribu-*

Digitized by Google

[B]ibebant etiam pocula) In omni fere convivio tria pocula acceperunt; unum *Iovis Olympii & Olympiorum Deorum*, alterum *Heroum*, tertium *Iovis Salvatoris, Perfecti* vid. *Pollux* lib. VI, 15. *Heſych.* voc. τρίτος κρατήρ. cf. not. Varior. ad *Virgil.* Æneid. I. 728. Is vero qui ad bibendum inſtigabat ὀφθαλμός dictus, *Athenæo* teſte lib. X. p. 425. B.

P. 306. *Diomedes ſtimulatur ad prælium*) Hectoris hæc potius verba ſunt; ceu ex ipſa loci inſpectione patet.

P. 307. *idque exemplo Alexandri docet*) *Potter.* Arch. Gr. p. 766. D. huc citat *Athen.* lib. X. c. IX. ubi tamen nondum repertum hoc exemplum. *Quod* ἐπιδέξια *dixerunt*) vid. ad hæc quoque *Athen.* lib. XI. p. 463. ἐπιδέξιος συμπότης apud *Polluc.* VI. 28. *eſt urbanus*; contra, σκαιός in vitio ponitur ibid. §. 29. H.

P. 308. *Critias epigr. in Anacr.*) non adparet in *Anthol. Græc.* ſupereſt *Athenæus*, ex cujus fide cum Noſtro id citavit *Potter.* Arch. Gr. p. 767.

P. 309. *Linguas quidem ſecare &c.*) Cauſſam hujus rei tradit *Phurn.* c. 16. cf. & *Schol. Ariſtoph.* in Plut. v. 1111. Ante diſceſſum vero coronæ quoque mittebantur & unguenta. vid. *Athen.* lib. XIV. c. 10. *Plutarch.* Sympoſ. lib. III. Quæſt. I. cf. plur. *Pfeiff.* Ant. Gr. lib. IV. c. XXXV. fin. *Tomaſin.* de Teſſ. c. XVIII. p. 6. Tandem uſitatiores conviviorum ritus vid. apud *Homer.* Iliad. IX, 206. ſqq. Od. I. XIV. &c.

P. 313. *de Veſtibus*) Veſtes habuerunt plures, quas per vices induebant. vid. Odyſſ. VIII, 249. cf. *Periz.* ad *Aelian.* lib. V. c. V. *H.*

P. 314. *quod Vlyſſes Od. XIX*) vid. & Iliad. *I*, 42. ſq. *H.*

P. 326. *ſicut Vlyſſes arcum intenturus* itemque ne in curſu impediretur: vid. *Iliad* II, 183. coll. *Schol.* ibid.

P. 317. πέπλοι) vid. d. h. v. *Schol.* ad Iliad. V, 194. XVI, 9. præcipue vero ad Il. II, 42.

P. 330. *Deponebant cum parerent*) Eamque Dianæ λυσιζώνῃ offerebant. vid. *Schol. in Apollon.* I. Arg. v. 287. (quem numerum etiam ad lit. (*) legas)

d *Voſſ.*

Digitized by Google

Voſſ. de Idol. lib. I. p. 429. *Nat. Com.* lib. I. c. XIII.

P. 321. *Inde Pauſanias Atticis*) item *Ariſtid.* in Panathen. vid. *Meurs.* Att. Lect. lib. II. c. XVII. *Vel etiam cingebantur &c.*) vid. Noſtr. infr. p. 464. Zonæ ... rilis uſum extra bellum indicat *Baſilius* ad Gregor. T. II Opp. p. 45. C. his verbis: χιτὼν διὰ ζώνης προσεσφιγμένος τῷ σώματι. τὸ μὲν τοι ζῶσμα μήτε ἄνω τῶν λαγόνων, γυναικῶδες γάρ. μήτε χαῦνον, ὥστε διαῤῥεῖν τὸν χιτῶνα, βλακῶδες γάρ. *Tunica cinctu adſtricta ſit corpori & appreſſa: Cinctus neque muliebrem in modum ilia exuperet, neque ... laxus fluxam tunicam efficiat.* Ex ſacris monumentis vid. Exod. XXVIII, 4. 39. XXIX, 5. 9. &c. cf. *Braun* de Veſt. Sacr. lib. II. c. III. §. 355. & 360.

P. 323. *Et Philoſtratus narrat*) vid. *Eum* de Vit. Apoll. lib. II. c. 20. cf. etiam lib. III. c. 15. Lacedæmonios quoque uſu fuiſſe πίλους ad arcendas ſagittas innuit *Thucyd.* lib. IV. p. 277. A. ubi cf. *Schol. apud ... ſinum in antiquo denario*) in *Bellor.* Imaginib. &c. ... Ulyſſis imago non reperitur, quamvis in præf. *Urſini* ... quod promittantur. Habes vero eam in *P. Montfauc.* Ant. Expl. T. II.

P. 325. ἄμπυξ) forte ἄμπυξ ſubinde idem, quod ... apud *Homerum.* Etenim hanc quoque inter ornamenta muliebria recenſet Il. XVIII, 597. vid. & *Schol.* ad Od. VIII, 267. *Eurip.* Troad. v. 750. cf. *Pollux.* lib. V. §. 95. & Noſtr. infr. p. 329.

P. 330. in alleg. ad lit. (γ) adde poſt lib. VIII, p. 19...

P. 331. *quæ πέδιλα Homerus vocat*) parabantur ex excisa pelle bovina bene colorata; uti Eumæi Od. XIV, 24. Alias & ὑποδήματα dicta; quæ deſcribit *Procl.* ad Heſiod. p. 124. *Nimirum veteres illi &c.*) Præcipue id fecerunt Philoſophi, Oratores & qui adſtrictioris vitæ genus ſectabantur. vid. *Ariſt.* Nub. v. 103. & 362. deque hoc ἀνυποδησίας more *Spanh.* ad *Callim.* p. 728. ib.

P. 332. *Ceterum σάνδαλα*) Illud diſcrimen etiam apud *Homer.* obſervare eſt: ut cum Minervam viro aſſimilatam πέδιλα habuiſſe dicit Od. XIII, 225.

P. 333

P. 333. *Veſtes exuebant*) Moris vero quoque fuit cubitum euntibus libare Mercurio ſpeculatori, Od. III, 137. ſq. & τῶν ἱερείων τὰς γλώσσας ἀποτέμνειν καὶ καίειν τοῖς θεοῖς, τὲς λόγες ἐπιμπλαμένοις. κ. τ. λ. ut ait *Schol.* ad Od. III, 331. ejusque ritus originem ad Atticos maxime refert. cf. etiam *Schol.* in *Apollon.* Arg. *I.* 517. Mallem igitur potius Noſter huc retuliſſet ea, quæ ſupra dixit. p. 309.

P. 334. λέχεα τρητά *ſubinde appellat*) vid. Od. I, 440. *X*, 12. &c.

P. 338. *Et ſuper pellem bovinam non ſubactam*) Qualibus etiam incumbens Diomedes ex Iliad. *X*, 155. citatur ab *Æliano* lib. *IX.* c. *XXIV.* Huc referunt etiam nonnulli σισύρας abs *Ariſtoph.* Nub. v. 10. & Concion. v. 835. in hunc uſum memoratas. vid. *Spanh.* not. ad loc. prior. Pellibus vero villoſis non incubuere Pythagoræi, quibus ſtragula ex lino tantum & lana conſtabant, ut tradit *Iamblich.* de Vit. Pyth. c. *XXI.* p. 100. & c. *XXVIII.* p. 137.

P. 339. *humi etiam cubabant*) Quod de Ageſilao quoque refert *Xenoph.* Hiſt. Græc. lib. IV. p. m. 339. & de Macedonibus *Curtius* lib. III. c. II, num. 15. ait: *fatigatis humus cubile eſt.*

P. 341. *Vtrumque finem*) Unctionis quoque uſus nitorem corporis, eidemque robur & vigorem conciliandum maxime intendit: quo fine ungebantur tum pueri & fœminæ, tum qui in Gymnaſiis exercitabantur. vid. *Euſt.* ad. Il. *XIV*, 172. *perpetuum fere eſt apud Homerum*) vid. præter plurima, quæ ex Odyſſ. huc citanda forent, inprimis Il. X, 572. ſqq. *XVIII*, 350. &c. Probe velim teneas hæc loca, ex quibus forte argui poſſit erroris *Athenæus*, qui lib. I. p. 18. fin. ex *Homero* obſervaſſe ſibi videtur, nullum in Iliade reperiri exemplum eorum, qui ante paſtum manus laverint; quaſi id eſſet tantum hominum otioſorum, quorum vita in Odyſſea potiſſimum deſignatur.

P. 342. *loti & uncti*) Idem fit etiam Socratis illis hoſpi-

hoſpitibus apud *Xenoph.* Conviv. p. m. 689. cf. & *Athen.* lib. IV. p. 163. ſq. *infinitis conſtat teſtimoniis*) vid. ea apud *Dempſt.* ad *Roſin.* lib. V. p. 547. & *Kipping.* Ant. Rom. p. 508. ſq. cf. Tomaſin. de Teſſ. c. XIII. p. 52. poſt paſtum quoque balneis ac lotionibus utebantur Pythagoræi teſte *Iamblich.* de Vit. Pythag. c. XXI. p. 99.

P. 343. *Nimirum quia admodum καθαρτικὴ hæc aqua &c.*) cf. cum *Athenæo* *Plutarch.* Nat. Quæſt. I. T. II. p. 911. D. *Athenæum* quoque ſub nomine σοφῦ indigetat *Euſtathius*, hæc ejus verba referens ad Il. X. 577. p. 824. prope fin. Id vero vel ideo hic annotandum duxi; ut videas, quam parum curaverint ejusmodi ἀνωνυμωσίας illi, qui Indicem Auctorum ab *Euſtath.* allegg. operi *Fabriciano* Bibl. Græc. Vol. I. p. 306. ſqq. inſertum, conſtruxerunt: quod & in aliis, præſertim *Athenæi*, indicibus ſubinde deſideratur adeo, ut iis tuto non ſemper fidere poſſis. Alioquin non ſine gratitudinis ſignificatione unquam laborem iſtum excipio, quo in indagandis iis Auctoribus, quorum fere nomina tantum ſuperſunt, quosve præ aliis allegare Noſtro lubitum eſt, exoptato ſæpe cum ſucceſſu uſus ſum.

P. 344 *Alioqui & fluviis ſoliti &c.*) vid. exempl. apud *Eurip.* Electr. v. 794. *Sæpius tamen domi ſoliti.* Antiquis vero temporibus balnea intra urbis pomœria ædificari non ſinebant, ut tradit *Athen.* lib. I. p. 18. C. Ἐς ῥ᾽ ἀσαμίνθους &c.) vid. eundem verſum ſæpius repetitum Od. IV. 48. XVII. 87. &c.

P. 346. *teſte Plinio lib. XIII. c. 1.*) ubi cf. omnino not. *Dalecamp.* Pedes autem unctos fuiſſe Heroum docet ad Iliad. II, 44. *Scholiaſtes.* vid. & *Heſych.* in λιπαροῖσι πόδεσσι & λιπαροὶ πόδες. H.

P. 348. *Sic Simonides de muliere turpi*) verſ. 5. extant illi jambi in *Hertelii* collectione ſententiarum *Theognidis* & aliorum. Verba autem ibi ſic leguntur

αὐτὴ δ᾽ ἄλυτος, ἄπλυτος τ᾽ ἐν εἵμασιν,

ἐν κοπρίῃσιν ἡμένη πιαίνεται.
Ipſa illota cum veſtibus immundis
in ſtercore ſedens pingueſcit.

P. 349. *Ad corporis cultum &c.*) Quem ex *Ga-eno* eleganter depingit *Iunius* de Coma c. *IV.* apud *Gruter.* T. IV, p. 508. *in qua alenda*) conf. *Schol.* Iliad. II. & *Iunium* m. c. cap. III. p. 505. ubi & plures apillatæ gentes recenſentur. Apud Athenienſes ei maxime ſtudio indulſere uvenes, ex equeſtri præſertim ordine. quod haud obſcure colligi poſſe videtur ex *Ariſtoph.* Nub. v. 14. coll. *Shol.* & Equit. v. 577. Ceterum, quum n tota hac tractatione ut & alibi auſpice & duce non lio magis, quam *Hadr. Iunio* Noſter uſus videatur, n Hoc examinando & ſupplendo eidem *Iunio*, quantum licet, & nos adhærebimus: modo in plurium, ſi non omnium manibus utiliſſimus ille libellus verſaretur, ut uda *Ejusd.* allegatione iis, in quorum maxime gratiam as Animadverſ. conſcribimus ſatisfactum iri tuto ſperare poſſemus.

P. 350. *Coma præcipue flava fuit celebrata*) Cauſſam radit *Euſtath.* in Iliad. I. 197. *H.* cf. *Iunium* cap. X, p. 541. ſqq. Meritoria aliquatenus hæc coma crelebatur, quaſi quæ aliorum oculos facilius ad ſe traheret; inde ſæpius arte quæſitum, quod natura denegabat: ut deinceps dicetur pluribus.

P. 351. *Euripides ait*) Vid. *Ipſum* in de Danaë fabula v. 92. quæ extantiores *Ejusdem* Tragœd. ſtatim ſubſequitur, in Edit. *Barnes.* cf. *Iunium* de Coma cap. X. p. 543. qui *Euripidi* quoque hæc verba tribuit. Quodſi vero ab aliis *Menandro* hunc verſum adſcriptum videas, quod feciſſe memini *Henr. Steph.* Schediaſm. lib. V. c. XXVII. ubi de vocc. ξανθὸς, ξανθίζω &c. erudite agit; ſcias velim, cum quidem in *Clerici* collectione fragmentor. *Menand.* non comparere, liberum tamen eſſe, cuiquam eundem adſcribas, quandoquidem & *Barneſio* teſte idem fecere Veteres; cum tota illa fabula ex fragmentis hinc inde ex Veterum monumentis congeſtis ſit

compilata. *Quos πλοκάμους ſeu πλοχμοὺς vocat*) Obſervat hic aliquam inter has voces differentiam *Euſtath.* qua ſcil. πλοχμοὺς viris, πλοκάμους autem fœminis tribuendos aſſerit ad Il. XIV, 175. XVII, 51. & alibi. cf. *Iun.* c. I. p. 485. ſq.

P. 352. *Athenienſibus hoc fuiſſe patrium*) Id præter *Thucyd.* etiam teſtatur *Scholiaſt. Ariſtoph.* in Nub. v. 980. & Equit. v. 1328. *Ita & Plutarchus*) legendum tique *Phylarchus* ex *Iunio c.* VII. p. 533. fin. cf. *Eund.* c. I. p. 486. & ſpeciatim de Colophon. luxu agit *Athen.* lib. X. p. 526. Spes erat *Phylarch.* illum apud *Euſtath.* repertum iri, ſed fefellit eam numerus in Ind. Fabric. minus curate poſitus. *Ita quoque Sophro*) vid. Eum abs *Euſtath.* h. in rem allegatum ad Il. XI, 385. p. 8.. κορώνη vero quam varias ſubeat ſignificationes, vid. apud *Euſt.* ad Od. I, 441.

P. 353. *Homero dicuntur ὄπιθεν κομόωντες*) *Pollux* in decompoſita voce ὀπισθοκόμους eosdem dixit lib. II. §. 2.. cf. *Schol.* ad l. *Hom.* c. qui proprium id Abantum fuiſſe tradit. *H. Eorum more tonſum Delphis Theſeum*) Ita refert ejusdem imago æri inciſa, in Images des Heros & des Grands Hommes de l'Antiquité par *Iean Ange Canini* Imag. I. p 3. vid. & *Cal. Rhodig.* Lect. Ant. lib. VII. c. XXIII. cf. *Schol.* & *Euſt.* ad Iliad. II, 11. *Quod etiam factitaſſe Curetes*) Qui ἀπὸ τῆς κουρᾶς nomen ſuum videntur adepti. cf. Strab. lib. X. p. 467. A. & *Iun.* c. VI. p. 526. & c. II. p. 504. *Talem* etiam fuiſſe Εὐπατρίδων κουρὰν) vid. hæc omnia apud *Iun.* c. VI. fin. p. 528. *Lycophronis* hæc verba ſunt l. c.

τοὺς ἑκτορείοις ἠγλαϊσμένους κόμαις
Hectoreis ſuperbientes crinibus.

cf. *Meurs.* ad h. l. *Polluc.* lib. II. §. 29. it. *Iean Ange Canini* Images & *Gronov.* Theſaur. Tom. I. fol. ....
Thraceas vocat ἀκρόκομους) it. *Pollux* l. c. §. 2. cf. *Euſt.* ad Il. IV, 533. & *Iun.* c. II. p. 516. *Primos fuit*) de quo vide *Iun.* c. IV. p. 515. *Cal. Rhod.* lib. VII. c. XIII. *Tomaſin.* de Donar. c. 19. *Pollux* II, 30.

Digitized by Google

ſt. ad Il. II, 11. *Schol.* ad Iliad. XXIII. 144. *Heſiod.* heog. v. 346. ſq. coll. *Schol.* fluvii hinc dicti κυροτρό- ι, quod nomen ipſis cum Phœbo commune. vid. *Iun.* *m.* c. Licitum quoque fuit, ut coma per alios itteretur, quando ſpes erat nulla redeundi; quod colgere eſt ex *Homeri* verbis de Achille Il. XXIII, 150. ſq.

P. 354. *non tamen ſemper laudatum*) Prolixius h. d. agit *Iunius* c. IV. pertinet huc quoque locus *Eurip.* ctr. v. 1071. ubi ceu improbum & bonæ famæ minus nveniens Electra damnat in Clytæmneſtra matre, quod ro abſente,

ξανθὸν κατόπτρῳ πλόκαμον ἐξήσκει κόμης,
flavos crinium orbes ad ſpeculi cenſuram ſtudioſe componeret,

d. iterum *Iunium* c. VII, p. 531. in viris autem id udium maxime fuit damnatum; ut videre eſt & *Euſt.* d Il. XVII, 51. *Clem. Alex.* Pædag. lib. III. p. 224. A. *aſil.* ad Gregor. T. III. p. 45. D. quibus cum omni- conferas *Spanh.* ad *Callim.* p. 543. *Ita & Theſeus &c.*) ſunt hæc tum *Iunii* verba c. IV. p. 511. tum & *auſan.* Attic. c. 19. pr. vid. etiam *Images des Heros* c. fig. I. p. 3, operarii autem, ut *Pauſan.* fert narrao interrogative locuti, ὅτι παρθένος ἐν ὥρᾳ γάμου πλανᾶται μόνη; *cur virgo nubilis ſola oberrat?*

P. 357. *murus* ἕρκος) pro quo & ἕρκιον apud *Sophocl.* ijac. v. 108. vid. *Camerar.* ibid. p. 36. coll. Act. XX. . *Euſtathius*) ad Iliad. XXII, 66. p. 1257. lin. 18. cf. & *heophr.* Charact. c. V. & ibi *Caſaub.*

P. 358. *Sequebatur* αὐλή) *atrium, aream,* h. v. vertunt lurimi; apud Rom. *ibi culina erat; unde & atrium dictum eſt, quod atrum erat ex fumo;* ut ait *Serv.* ad Æneid. , 730. vid. & *Feſt.* voc. atrium & *Athen.* lib. V. p. 189. ſt & ubi pro veſtibulo hanc vocem accipias, quod ſæpius obtinet, & primitiva ejusdem ſignificatio eſſe videtur *Perizonio*, quem vid. omn. ad *Aelian.* lib. III. . IV. fin. *ubi erat ara Iovis Hercei*) vid. nos ſupr. ad pag. 68. *Athen.* l. m. c.

P. 359. *Ei juncta αἴθουσα*) vid. *Polluc.* I, 77. qui περίστυλον abs αἰθούσῃ diſtinguit.. *Euſtathius* vero ad Iliad. IX, 468. ait: αἴθουσα στοὰ περίστυλος ἡλίῳ αἰθομένη ὅ ἐστι λαμπομένη. paulo poſt partium domus ſeriem ita nectit: ἕρκος, περὶ ὅ, πύλαι. μετὰ δὲ τὸ ἕρκιον, αὐλὴ εἶτα πρόδομος, δόμος καὶ θάλαμος. *Scholiaſtæ* verba vid. etiam in not. ad *Vitruv.* lib. VI. c. X. p. [illegible] fin. *Homerus paſſim*) ad lit (δ) in alleg. lege: Iliad. VI. 243. XX, 11. ad lit. (ε) v. 644. ad *poſteaque* adde (ζ) cui numerus 673. lib. cit. ſcil. Il. XXIV. reſpondeat. *ubi hoſpitibus ſoliti ſterni lecti*) alibi etiam in ſublimiora domus loca hoſpites collocabant, ut melius exciperentur ac quieſcerent; prout ex *Didymo* docet *Tomaſin.* de Teſſeris c. 14. quem etiam vid. c. XII. p. 46. ſqq. alii cubicula habebant hoſpitibus dicata: quo facit *Vitruv.* lib. VI. c. X. *Nam cum fuerunt Græci deliciores & ab fortuna opulentiores; hoſpitibus advenientibus inſtruebant triclinia, cubicula, cum penu cellæ.* Eſt autem locus iſte hoſpitibus recipiendis deſtinatus ξενὼν vocatus: uti apud *Eurip.* Alceſt. v. 531. Χωρὶς ξενῶνές εἰσιν, οἷς σ' εἰσάξομεν. *Seorſum, quibus te excipiemus, ſunt hoſpitum cœnacula.* cf. *Pollux* I, 73. III, 59.

P. 363. *Superior domus pars ὑπερῷον cœnaculum*) Ita locus etiam iſte vocatur, ubi Apoſtoli congregati erant tempore Pentecoſt. Act. I, 13. quem curatius inquirit *Tribechov.* ad *Baron.* Sect. II. p. m. 22. *Homerus ubi quo paſſim ibi collocat mulieres*) Erat adeo locus ubi virgines præſertim & viduæ degebant a communi hominum conſortio remotior; unde modo in ſupremo, modo in interiore domus parte eas videmus collocatas vid. Il. XXII. 440. coll. *Schol.* ad Il. II. 449. & *Corn. Nep.* loco mox. cit. ibi arcte recludebantur, muliebribus exercitiis, quibus ſubinde plura conclavia deſtinata iſſe videntur, intentæ. Nec in publicum ire promiſcue iisdem licitum erat; nam

Εἰς ὄχλον ἔρπειν παρθένοισιν οὐ καλόν.
In publicum venire virginem non decet:

Digitized by Google

ait Helena apud *Eurip.* Oreſt. v. 108. cf. *Schol.* ibidem & *Vitruv.* lib. VI. c. 10. *Pfeiff.* Ant. Gr. lib. II. c. LIII. p. 347. ſqq.

P. 365. γυναικωνῖτις) apud *Polluc.* & *Heſych.* legitur γυναικωνίτης, unde forte apud alios γυναικωνίτις. Hic locus apertus eſt apud *Corn. Nep.* Prooem. *neque ſedet mulier niſi in interiore parte aedium, qua* gynæconitis *appellatur, quo nemo accedit, niſi propinqua cognatione conjunctus.* Hujus pars quædam erat θάλαμος, *cubiculum* proprie; alias παρθενὼν quoque dictum. vid. iterum *Pfeiff.* l. m. c. p. 350. & *Potter.* Arch. Gr. lib. IV. c. XIII.

P. 367. *Morem hunc quoque obtinuiſſe patet apud Hebraeos*) Quod etiam innuit Servator Matth. X, 27. quem locum hinc explicat & locutionem illam ἐπὶ δωμάτων puritati vindicat *Eraſm. Schmidt.* qui h. d. r. omn. videndus.

P. 368. *Veruntamen magna fuit eorum humanitas &c.*) Hinc *Thucyd.* lib. I. p. 2. ait: *ex omni fere Graecia eos, qui aut bello aut ſeditionibus ſuis ſedibus expulſi erant, ad Athenienſes tanquam maxime ſtabiles ſe recepiſſe.* Qua in re diſſimiles ipſis Lacedæmonii, qui non facile peregrinos admiſerunt. vid. *Pott.* Arch. Gr. lib. IV. c. XXI. *Perizon.* in *Aelian.* lib. IV. c. VI. Similes vero Germani, de quibus *Tacit.* c. 21. *Quemcumque mortalium arcere tecto nefas habetur; pro fortuna quisque paratis epulis excipit.*

P. 369. *Deos horum curam gerere*) quin & ipſos ſæpe Deos ſub peregrinantium ſpecie oberrantes venerabantur, quales eos ſæpe fingit *Homerus.* vid. utique *Tomaſin.* c. VIII. *Hercules quoque vituperatur*) vid. quoque Hecubæ querelas apud *Eurip.* Hec. v. 714. ſq. *Iovem praecipue*) cf. *Aelian.* lib. IV. c. I. init. *H.* vid. & *Plato* de LL. Tom. II. p. 729. Eidem etiam Minerva ξένιος adjuncta eſt apud *Pauſan.* Lacon. c. XI. fin. vid. *Tomaſin.* de Teſſeris c. VI.

P. 370. *teſte Plutarcho*) itemque *Corn. Nepote* Vit. Themiſt. VIII, 4. ſqq.

Digitized by Google

P. 371. *Porro carebant antiquitus Græci &c.*) Imo, quod magis mireris, cauponariam exercere veteribus illis Græcis æque ac Romanis ignominioſum erat: uti conſtat ex *Platone* lib. II. de LL. & *Plutarch.* Sympoſ. lib. II. Probl. 19. citante *Tomaſino* c. XXIX. pag. 135. Hinc ergo utique repetenda hoſpitii & hoſpitalitatis origo. Indicat hoc quoque *Ovid.* Metam. VIII, 630. ubi de Jove & Mercurio:

Mille domos adiere, locum requiemque petentes;
Mille domos clauſere ſeræ: tamen una recepit.

Auxerunt hoſpitii neceſſitudinem frequentes hominum peregrinationes, & exilia ad inveſtigandos aliarum gentium mores, ad ſpectandos ludos &c. ſponte ſuſcepta. vid. *Tomaſin.* c. IV. p. 22. *Vocatur vero & is, qui alterum hoſpitio excipit, & is, qui hoſpitio ab altero excipitur*, ξένος, i. e. *hoſpes, proprie vero is, qui alterum ſuo hoſpitio excipit*, ξενοδόχος *appellatur.* vid. *Pollux* I, 74. de vocibus *Hoſpes, Hoſpitium &c.* & formulis huic rei propriis vid. *Tomaſin.* c. IV, p. 23. ſq. *in amicorum ædes ſe recipiebant*) Hoſpitalitas ſubinde illis etiam exhibita, quibus ad eam jus non erat, inprimis poſt occaſum ſolem vid. *Ælian.* lib. IV, c. I. & ibi *Perizon.* H. *Et quidem hæc neceſſitudo &c.*) Unde *Cicero* ad Famil. Epiſt. XIII. *Avitum mihi hoſpitium cum Liſone Liſonis filio.* Ibidem: *Cum Demetrio Mega mihi vetuſtum hoſpitium eſt: familiaritas tanta cum Siculo noſtro.*

P. 372. *Ea de cauſa antiqui moris fuit &c.*) Teſſeræ hoſpitalis formam deſcribit *Schol. Eurip.* in Medæam v. 613. quam ex *Tomaſin.* c. XVI. & *Iac. Nicolai Loënſ.* Miſcell. lib. IV. c. 19. apud *Gruter.* T. V. pag. 431. ita latine refero: *Qui hoſpites invicem fieri volebant*, ἀστράγαλον, h. e. *talum quendam diſcindebant in duas partes æquas; unam ii, qui hoſpitium præbebant, ſibi retinentes; alteram dantes ei, qui hoſpes fieri ſolebat: & ſi contigiſſet de cetero, uti alter alterius hoſpitium ſubiret, producentes dimidium tali, renovabant*

Digitized by Google

tant jura hoſpitalia. Teſſeris porro iſtis Jovis hoſpitalis ſignum impreſſum fuiſſe, nonnulli colligunt ex illo *Plauti* Pœn. Act. V, Sc. I, v. 22. *Deum hoſpitalem ac teſſeram mecum fero.* Eam vero quum hoſpitium & amicitiam renunciare cui volebant, frangebant. *Plato in Sympoſio*) Locus adhuc quærendus. vide interim *Plutarch.* Sympoſ. lib. V. c. VII. Tom. II. p. 682. A. cf. *Tomaſin.* c XVI. p. 64. & *Nicol. Loenſ.* Miſcell. l. l. c.

P. 373. *ſed etiam inter civitates &c.*) Vid. *Tomaſ.* c. IV. p. 27. ſq. Exinde vero, quia nusquam facilius recipiebantur peregrini & exules quam Athenis, ea urbs κοινὴ ἑστία dicitur *Æliano* lib. IV. c. VI. ubi vid. *Perizon.* *Sic Nicias*) quem nominat textus Græcus; & *Potter* Noſtro ſimillimus lib. IV. c. XXI. col. 784. Alcibiadem vero latina verſio habet. Ceterum πρόξενος *eſt*, *ſi quis publicam urbis legationem hoſpitio excipiat*, *in aliena ipſe civitate exiſtens*, *ut ipſis ibidem hoſpitium*, *congreſſum Populi*, *&* *ſedem in theatro procuret*; juxta *Pollux.* III. 59. cf. *Suid.* & *Heſych.* qui laxius eos deſcribunt. Quos etiam preſſius ſequitur *Potter.* Arch. Gr. lib. IV. c. XX. col. 784. ſqq. de Proxenis etiam utique videnda *Crag.* de Republ. Laced. lib. II, c. 10. apud *Gronov.* Vol. V. col. 2578. Laudante quoque *Sebero* ad *Pollue.* l. m. c.

P. 375. *Nempe dextra &c.*) Hinc eleganter *dextram hoſpitii inſigne* dixit *Tacitus* lib. I. Hiſtor. c. 54. *factum fortaſſis*, *vel quia dextra validior eſt ſiniſtra*, *vel quia ſupplicantes & miſeros*, *quibus favemus*, *dextram erigere ſolemus*; ut ait *Tomaſin.* c. VIII. p. 36. qui de hoc ritu plenius ibid. agit.

P. 376. *Quem Euſtath. ait*) De ipſo hoc verſu ubinam id dicat *Euſtathius* ulterius quærendum. Certe Il. VI. ubi bis iſte occurrit, ea mihi non reperta ſunt verba. Appoſui in ſubſidium alia loca, ubi de ipſo ritu plura ille tradit. In eorum poſteriore pro lin 63. lege 36. In illis autem ubivis fere ad Odyſſeam lectorem ſuum ablegat.

legat, ubi ſedem hujus rei præcipuam inveniet; ſcil. ad Odyſſ. I, 121. p. 1398. lin. 41. ſqq.

P. 377. *Porro in ſalut. vox ſolennis fuit χαῖρε*) Cui quoque reſpondet Latinum *Ave*, in ſalutationibus præſertim matutinis uſitatum. Uſum hujus vocis magis expandit *Euſtath.* ad I ex Odyſſ. m. c. p. 1399. linea 14. ſqq. his verbis: ὅτι ἔθος ἦν ἐπιφωνεῖν τοῖς ξενιζομένοις τὸ, χαῖρε ξεῖνε. ἐξ αὐτοῦ δὲ λαβὸν τὴν ἀρχὴν τὸ χαῖρε, προσγράφετο καὶ τῶν ἐπιστολῶν, παρὰ τοῖς ὕστερον. οἷον, ὁ δεῖνα τῷ δεῖνι, χαίρειν. cf. modo *Aelian.* lib. I, c. XXV. Quo etiam reſpexit *Martialis* lib. V. Epigr. 52. ad Rufum:

Exprimere Rufe, fidiculæ licet cogant,
Ave Latinum, χαῖρε non poteſt Græcum.

Vid. etiam *Lucian.* Apologet. cf. *Schol.* & *Spanh.* ad *Ariſtoph.* Plut. v. 322. Eadem quoque vox eſt valedicentium Od. III, 39. 59. *Sophocl.* Ajac. v. 875. *Apollon.* Arg. I. 920. &c. *Accedebant ſæpe oſcula*) Religionis hæc aliqua ſpecies; quandoquidem oſcula in ſacro adorationis ritu maxime uſitata. vid. *Briſſon.* de Form. lib. I. p. 37. ſq. *Tomaſin.* cap. VIII. & XXI. Ea fere ab hoſpitibus, uti ſolet, mutuo data; videtur tamen, qui alterum hoſpitio excepit, niſi ſupplex is advenerit, eum alloquendo & deoſculando prævertiſſe: Od. XVI. 14. ſqq. XXIII. 214. &c.

P. 379. *quod & alibi factum ingredientibus*) Exempla hujus rei rariora ſunt, apud *Homerum*, niſi forte Iliad. IX, 666. ſq. & ubi ob hoſpitis adventum Diis vino libatum fuiſſe dicit; uti Od. VII, 164. ſq. Alioquin id plerumque fiebat parato ſimul convivio. Od. III, 40. ſq. XIV. 78. XVI, 52. &c. *Porro ingreſſos hoſpites ſæpe ſoliti lavare ac ungere*) cf. huc *Tomaſin.* c. XIII. p. 52. qui ibid. & c. XVIII. p. 74. ex *Homero* aliisque obſervavit, ad abluendum corpus ac pedes calidam, gelidam vero manibus adhibitam fuiſſe. Reliquos, qui huc ſpectant ritus Noſter ſupra tradidit huj. libi c. IX.

P. 380. *Ita diſponebantur ad convivium*) In eo

tal

Digitized by Google

ſal utique primas obtinuit. Hoc enim amicitiæ ſymbolum: hujus etiam conſortio res contrahi ſolitæ. vid. *Tomaſin.* c. XIII. p. 53. cf. *Euſtath.* ad Il. I, 449. cujus verba latine legas apud *Cal. Rhodig.* lib. XII. cap. I. p. 607. ſq. item *Potter.* lib. IV. c. XXI. p. 784. cf. & Noſter ſupr. p. 274. ſq. Inter epulandum moris erat hoſpitem, ut comederet blandis verbis adhortari; uti factum ab Eumæo ad Ulyſſem Odyſſ. XIV, 80. vid. iterum *Tomaſ.* l. m. c. Poſt epulas, imo interjectis quandoque aliquot diebus, hoſpites unde & cujus rei cauſa veniſſent, quove tenderent interrogabant: Od. XIV. 46. ſq. Od. I, 169. &c. *Eurip.* Electr. v. 779. ſq. *quod obſervavit Athenaus*) vid. omn. etiam *Spanh.* ad *Callim.* p. 531.

P. 381. *Diſcedentes hoſpites*) Diſceſſum hoſpites ipſi petebant, quod fecit Ulyſſes Od. XIII. 38. ſqq. Telemachus Od. XI, 64. ſqq. alii. Nec detinere illos ulterius moris erat, poſtquam ut dimitterentur petierant; quod ſcite admodum & prudenter Telemacho declarat Menelaus Od. XV. 69. ſqq. *Cumulabantur cibo, potu &c.*) vid. Od. III. 479. ſqq. XV, 94. ſq. Nolim vero huc quoque referre ἐπιμείλια *dulciaria*, quaſi cibaria, quibus pueri, ut eos demulcerent, donabantur; uti viſum eſt *Tomaſino* c. XXVIII. p. 128. quandoquidem ea apud *Homerum*, quem ille huc teſtem citat, non niſi in nuptiis data. vid. Noſtr. ſupr. p. 222. *praſertim hoſpitalibus muneribus*) Quibus acceſſerunt ſubinde amica quædam monita ac præcepta, ſive ad utilitatem, ſive ad honoris ſpeciem conferentia; item tabella hoſpitalitatis &c. de quibus vid. *Tomaſ.* l. m. c. p. 130. munera iſta vero vel præſentibus data, vel abſentibus etiam per internuntios; uti obſervat *Serv.* ad *Aeneid.* IX. 360.

P. 382. *De Supplicatione*) Auctores h. d. r. vid. *Alex.* Genial. lib. II. c. XIX. fol. 86. *Tomaſ.* c. IX. p. 39. ſq. *Dalecamp.* ad *Plin.* H. N. lib. XI. c. 45. quibus adde, vel potius antepone *Hadr. Iunium* Animadv. lib. II. c. XI. &c. *ut patet ex Vlyſſe*) Cui ſimilis hac in re Jaſon apud *Apollon.* Arg. III, 986. ubi ille ad puellam:

Ἀμφί-

Ἀμφότερον δ' ἱκέτης ξεῖνός τ' ἔτι δεῦρ' ἱκάνω.
Equidem huc utrumque ſupplex & hoſpes accedo

P. 384. *Aliquando adjiciebant res cariſſimas &c.*) & in judiciis, ubi deſparata cauſa videbatur, liberos quoque, uxores &c. concitandæ miſericordiæ ergo produxerunt nonnunquam; id *Plato* docet in Apolog. Socratis. *Ariſtoph.* Pluto. *Cic.* exemplo Galbæ in Brut. c. XIII. Jaſon vero ſupplex apud *Appollon.* l. III. c. etiam invocat Proſerpinam:

Πρὸς αὐτῆς ἑκάτης μεταλίσσομαι ἠδὲ τοκήων
Καὶ Διὸς, ὃς ξείνοις ἱκέτῃσί τε χεῖρ' ὑπερίσχει,
Per ipſam te obſecro Proſerpinam & parentes
Et Iovem qui hoſpites ſupplicesque manu protegit.

P. 385. *Ceterum ſingulare eſt &c.*) Id vero non ita videbitur illi, qui Macedonum, Romanorum aliarumque gentium morem obſervaverit; qui ſi quid ſuppliciter expoſcerent, ſeminudi & interiore tantum tunica amicti, quam ἐχίτωνον dixit *Athenæus* lib. XIII, p. 590 F. obteſtabantur. Romani nudo pectore &c. quæ trad. *Alex.* Genial. l. c. fol. 86. b. cf *Ium.* l. c. p. 374. Quo etiam ſpectat, quod *Plutarch.* Alexandro milites μονοχίτωνας ſupplicaſſe refert; in ejus Vita T. I. p. 704 C. *manus ſupinas protenderent*) quem morem obſervavit quoque vetula illa apud *Petron.* c. 17. Protendo, inquiens, *ad genua veſtra ſupinas manus peto que & oro*: Idem quoque de Lica dicit: *trepidus ad me ſupinas porrigit manus.*

P. 386. *Cenſetur Grammaticus*) Verendum ſane, ne mala fide ad Iſtos a Noſtro provocatum ſit. Non eſt enim ne unicus quidem è tam multis quos vidimus qui in hujus rei teſtimonium jure vocari poſſit.

P. 387. *ἱκετηρίαν Græci dixerunt*) Alii εἰρεσιώνην, vid. *Euſtath.* ad Il. XXII, 496. quaſi *paciferum* ut dixit *Statius* Theb. XII, 65. Olivam enim pro pacis ſymbolo habent. Laurus quoque adhibita, quæ victoriæ, felicitatis & lætitiæ ſignum erat; de quibus ſic cecinit *Statius* Theb. XII, 468.

Iſta

Ipſa manu, ramosque oleæ, vittasque precantes
Tradit - & paulo poſt v. 491. ſq. utrumq; conjungit
Mite nemus circa, cultuque inſigne verendo
Vittata laurus, & ſupplicis arbor oliva.

quem locum confer *Lactant. Grammat.* apud *Barneo. Eurip.* Suppl. v. 10. Vittæ autem iſtæ lana candida cumdatæ erant, unde λευκοστεφεῖς ἱκτηρίαι dicuntur *Æſchylo* in Suppl. ei manus ad digitos usque erant involutæ; unde *manus velatas habere* illi dicti ſunt, qui pplicem ramum protendebant; quem tamen ore quoque præferebant vid. Schol. ad *Eurip.* Androm. v. 894. oronas quoque in capite ſupplices geſtabant; ut apud *urip.* Iphig. in Aul. v. 1478. ſq. vid. & *Schol. Sophocl.* Oedip. Tyr. v. 3. de cetero cf. *Schol.* & *Spanh.* in *Ariſtoph. Plut.* v. 283. *Perizon.* in *Aelian.* lib. III, c. XXVI. otter. lib. II. c. V. *Ita Virgilius Aneid. XI.*) Idem eneid. VIII, 128.

Et vitta comptos voluit prætendere ramos.

bi cf. omn. *Servium. Ad genua fere ſoliti protendere*) deoque etiam ad genua ejus cui ſupplicabant ſemetpſos proſternere : uti in *Eurip.* Suppl. v. 42. ſq 65. une verba γονάζεσθαι, γονυπετεῖν huic ritui propria, totum epe ſupplicationis ritum deſignant apud *Homerum*, l. I, 427. &c. & *Eurip.* ſæpius, quem videſis etiam de hoc ritu in Hel. v. 900. coll. *Schol.* in Androm. v. 892.

P. 388. *Similiter apud Pindarum*) cf. *Schmid.* ad h. *Euſtath.* ad Il. I, 427. *Schol. Eurip.* in Hec. v. 339. ibi ratio redditur, cur memoratas haſce corporis partes contrectaverint ſupplicantes. Scilicet attigerunt mentum ut annuerent; manum ut facerent, pedes ut loco ſe moverent, genua tandem ut ſe flecti paterentur.

P. 389. *Cujus exempla*) Ejusmodi vid. etiam apud *Eurip.* Bacch. v. 1115. *Callim.* hymn. in Del. v. 110. in Dian. v. 26. cf. *Spanh.* ad *Eund.* p. 49. *H.* non cuivis tamen ſupplici hoc licitum fuiſſe videtur, præſertim qui gravioris ſibi facinoris conſcii erant; quod colligi poſſe puto ex *Ejusd.* Androm. v. 572.

P. 390.

P. 390. *Quin & manus oſculabantur*) Præcipue vero dextram, ejusque partem externam, quæ ἐπίθεναρ dicta Græcis: vid. *Pollux* lib. II, 144. & *Potter.* l. ſ. c. p. 252. fin.

P. 391. *Ad focum etiam ſeu larem ſedere mos erat*) Quod faciebant hoſpites plerumque ignoti & ſortis inferioris, quibus loqui vetitum; ut obſervat *Schol. Apollon.* Arg. IV. citante *Tomaſino* c. IX. p. 40. Ubi agniti fuerant, allevati in ſella conſidere jubebantur; quod obſervavit Alcinous in Ulyſſ. Od. VII, 168. ſeq. *Themiſtocles quoque apud Plutarchum*) Idem & a *Thucyd.* relatum lib. I. p. 90. B.

P. 392. *Ad aras quoque ſupplices ſe recipiebant*) Easque manu tenebant, floribus ſertisque ornabant; ſimulacra quoque Deorum, ſi dabatur, prenſabant & coronabant. Hinc *Plutarch.* de Superſt. T. II. p. 166. E. καὶ πολεμίους φεύγοντες, ἂν ἀγάλματος λάβωνται ναὸν θαῤῥοῦσιν. *Et qui hoſtem fugiunt, ſimulacrum aut fanum tenentes animum recipiunt.* cf. *Aeneid.* VI, 124. *Eurip.* Alceſt. 168. ſeq. Androm. v. 115. & *Heracl.* v. 441. coll. ibid. *Barnes.* plura de his ſupplicantium moribus vid. apud *Briſſon.* de Form. lib. I. p. 40. ſeq. *Adeoque in ſupplicibus ait*) *Euripides* ſcil. cujus modo mentio facta. Hæc namque leguntur apud *Ipſum* l. c. v. 267. ſq. verba:

– – ἔχει γὰρ καταφυγὴν, θὴρ μὲν πέτραν,
δοῦλοι δὲ βωμοὺς θεῶν.

Feris eſt petra refugium, ſervis ſunt aræ deorum. Huc facit quoque *Plutarch.* l. m. c. dum ait: ἔστι δούλῳ φύξιμος βωμὸς, ἔστι καὶ λῃσταῖς ἀβέβηλα πολλὰ τῶν ἱερῶν quæ *Xylander* ita interpretatus eſt: *Aræ ſunt ad quas confugere tuto ſervus poſſit, multa ſunt, quæ a latronibus non violantur templa.* At ſane videntur invito *Plutarcho* hæc verba in eam trahi ſententiam, ac ſi ſervis numquam licuerit ad aras appropinquare; quod ita viſum eſt *Pfeiffero* Ant. Græc. lib. I. c. XXXIX. p. 91. qui ibid.

d. hæc verba ita exponit: *ſit ara deteſtabilis per ſer-ms, nec ſunt communicanda ea, quæ ſacrorum ſunt, romibus.* Non enim latine ſonant hæc verba, græ- reſpondent minime, & a mente *Plutarchi*, quæ ex a verborum *συναφεία* cognoſcitur optime, prorſus ena ſunt. Φύξιμος enim, utut minus uſitatum quam ξιμος non modo *quod fugiendum eſt* denotat, verum am *ad quod confugere quis poſſit*; uti dicitur φύξι-ς λιμήν. & φύξιμον proprie *Aſylum* ſeu *refugium* dici ictor eſt *Pollux* I, 10. cf. Od. V, 359. Ceteroquin rtum eſt, non in omnibus templis Aſyla fuiſſe, ſed in tantum, quibus id conſecrationis lege conceſſum erat; tradit *Serv.* ad Aeneid II, 761. quod & *Tacitus* te-ſtiſſe videtur, quum *Tiberii tempore creviſſe*, ait, *Græ- per urbes licentiam atque impunitatem Aſyla ſta-endi*; lib. III. Annal. c. 58. & ſpeciatim ſervis quæ-m templa interdicta fuere; quale erat illud Matutæ, iæ Leucothea Græcis dicta, quod Cheroneæ, adeoque *lutarcho* patrium erat, ubi æditüus ante ejusdem fo-s ſtans, accepto flagello edicebat, ne quis ſervus in-et, ne qua ſerva &c. quod refert ipſe *Plutarch.* Quæſt. om. 16. p. 267. D. plura autem fuerunt ipſis ſervis ceſſu libera; quæ vid. apud *Alex.* Genial. lib. III, c. X. fol. 159b. ſq. cf. *Kühn.* ad *Pollux.* I, 10. *Lipſius* ad *crit.* l. m. c.

P. 593. *ipſis etiam Hebræis*) Apud eos enim, præſer-m in homicidii cauſa, quibusdam altare ſecuritatem ræſtitit, aliis urbes refugii, qua proprie Aſyla dictæ. id. *Selden.* de Jure Nat. & Gent. lib. IV, c. II.

P. 594. *hunc affectum ponit Homerus*) Ac non niſi h; Patroclo lacrymas reprehendit Achilles Il. XVI, 7. eqq. *Agamemnone*) vid. Iliad. VIII. 245. *in Nearchi & Archia obitu*) quem tamen modo ſuſpicabatur Ale-ander; non enim revera tum obierant iſti: ut ex ipſis *Arriani* verbis patet. *apud Euripidem Helena*) ad lit. u) in alleg. ſupple: v. 986. ſeq. cf. *Eund.* Alceſt. v. 188. ſeqq.

Digitized by Google

P. 395. *Comam quoque violabant)* Ritum hunc deſignarunt voce κείρεσθαι vid. *Eurip.* Phœniſſ. v. 326. Herc. fur. v. 1386. cf. Noſtr. ſupr. p. 103. ſeq. *Iunium* de Coma cap. V. *Perizon.* ad *Aelian.* lib. VII. c. VIII. *Nicol.* de Luct. Græc. cap. X. p. 120. ſq. *Kirchman.* de funer. Rom. lib. II, c. XIII. p. 206. ſqq. cujus obſervationibus utique addendum, quod refert *Plutarch.* Quæſt. Rom. 14. p. 267. A. *apud Græcos, ſi qua calamitas inciderit, tonderi mulieres, viros comam alere; cum alioquin hi tonderi, illæ crinem geſtare ſoleant.* cf. *Alex* Genial. lib. III. cap. VII. fol. 128b. Veſtes etiam in luctu mutari, imo & lacerari ſolitæ; qui ritus cum aliis ſæpius obſervatur apud *Eurip.* uti Hel. v. 1202. ſqq. Phœniſſ. v. 328. Suppl. 96. ſq. Alceſt. 415. &c. vid. iterum *Alex.* l. m. c. qui etiam ſupr. p. 99. ſqq. omn. conferendus.

P. 397. *Mos hic Hebræis aliisque Oriental. populis patrius)* vid. omn. *Geier* de Luct. Hebr. c. VIII, §. 3. & cap. IX, §. 3. 4. *Kirchm.* lib. II. cap. XII. *Nicol.* c. X, §. 4. p. 126. ſqq. *Alex.* Genial. l. ſæpius jam citato. *ex ſacris Hiſtoriis)* cf. Joſ. VII, 6. 1. Sam. IV, 12. 2. Sam. XIII, 19. Job. II, 12. *Diſcerpta quoque gena)* atque nonnunquam cervices, quod inter alia quoque facit Electra apud *Eurip.* v. 145. ſqq. cf. *Eund.* Suppl. v. 76. ſq.

P. 398. *tundere pectora)* στερνοτυπία mos iſte dictus, de qua vid. Auctores modo citt. ſuo loco.

P. 399. *Tryphiodorus in excid. Ilii)* v. 362. ſeq. vid. *Neandri* opus aureum p. 186. lin. 24. ſq. qui ita vertit hæc verba: *Frequenter autem comam lanians & pectus, exclamavit furioſa voce.* cf. *Eund.* in Corp. Poët. Heroic. Græc. ex recens. *Lectii* p. 693. *Ciceronis de claris orator.)* cap. LXXX. Vol. II. Opp. p. 666. pr. cf. *Corrad.* in not. ad h. l. *Volutabant ſe quoque terra pulverulenta)* Cujus ritus exempla paſſim apud *Eurip.* obvia in Hecub. & Troad. v. 98. Eſt vero & hic ritus Hebræis magis] communis; quod exemplis

Sa-

ſacris comprobavit *Geier* de Luct. Hebr. c. XVIII ſ. 5. 6. &c.

P. 400. *Denique præ dolore etiam ſe interimebant*) Illuſtre hujus rei eſt exemplum in Pyramo & Thisbe apud *Ovid.* Met. IV. 4. in Pylade & Oreſt. apud *Eurip.* Oreſt. v. 1075. Caſtæ præſertim mulieres viris interemptis ſupereſſe nonnunquam noluerunt; quod Helena teſtatur apud *Eund.* in Tragœd. cognom. v. 875. cf. *Hoelzl.* not. ad *Apollon.* Arg. I, 1063. huc refer quoque, quæ de Adraſto refert *Herod.* Clione c. 45. exemplum quoque eſt infelicis amatoris manus ſibimetipſi violentas inferentis apud *Aelian.* lib. IX, cap. XXXIX.

P. 402. *divinitatem adſcripſere &c.*) Videndus h. l. r. utique *Iac. Nicol. Loënſ.* Miſcell. lib. II, c. 18. apud *Grut.* T. V, p. 324. ſqq. *Briſſon.* de *Form.* lib. II, p. 40. *Dempſt.* ad *Roſin.* lib. II. c. XX. p. 256. ſq.

P. 404. *Sed peculiaris boum uſus erat in terendis frugibus*) At *Columell.* de re Ruſt lib. III. c. 21. equis melius, quam bobus hoc confici poſſe putat. jumentorum vero uſum hac in re commendat *Varro* de R. R. lib. I, c. LII. *Mos idem Hebræis*) vid. Legem h. d. r. divinam Deuteron. XXV, 4. cf. Eſaj. XXV. 10. Mich. V, 13. I. Cor. IX, 9. coll. ibid. *Schmidiis* Notis. Plura de triturandi apud Veteres ratione petas ex *Fulleri* Miſcell. lib. VI, c. 12. p. m. 729. ſqq. ὅταν ἀλοκτὸς ᾖ) lege: ἀλοητὸς ᾖ, καὶ στρέφονται περὶ τὸν δῖνον οἱ βόες.

P. 406. *homines opulenti* πολύκληροι, πολύμηλοι) itemque πολυβοῦται Il. IX, 154. 296. a quibus haud multum diſtat, quod virgo bene dotata ἐπίκληρος diceretur, quæ fundum ſ. agrum poſſidebat; quod placet *Perizon.* ad *Aelian.* lib. VI, c. IV. fin. Quo reſpici videtur ad morem Athenienſium, terram vel agrum hoſtilem ſorte diſtribuentium; qui diſtrubuendi modus inde κληρουχικὴ dictus apud *Ariſtoph.* Nub. v. 203. ubi vid. *Schol.* & viri, quibus id negotii datum κληροῦχοι juxta *Harpocr.* h. v. Eadem ratione terra Cananæa populo Judaico ab ipſo terrarum orbis Moderatore diſtributa fuit:

 quod

quod intelligi vult *Pſaltes* LXXIV, 2. *aſſeruiſti virgam hæreditatis tuæ*; q. d. partem tuam in hereiſcunda familia tibi forte datam, quam perpetuo poſſideas.

P. 407. *Et Augia κλῆρος*) Unde proverb. Augiæ ſtabulum repurgare, quod vid. apud *Eraſm.*

P. 408. *Et pecunia Latinis inde dicta*) *Varronis* e lib. II. de R. R. quæ huc faciunt verba, hæc ſunt: *Igitur eſt ſcientia pecoris parandi, ac paſcendi, ut fructus quam poſſint maximi capiantur ex ea, a quibus ipſa pecunia nominata eſt. Nam omnis pecunia, pecus fundamentum. Et Augia apud Theocritum*) in alleg. ad lit. (*l*) adde: Idyl. XXV. *Cæterum in re ruſtica principes etiam viri*) de Laërtis αὐτουργίᾳ vid. *Aelian.* lib. VII, c. V. & ibi not. *Perizon.* & *Scheff H.* cf. Noſtr. ſupr. p. 174. quocum velim conferas *Cal. Rhodig.* lib. XVIII, c. 36. & *Barnes.* ad *Eurip.* Electr. v. 785 *ex ſacris Hiſtoriis*) Videtur ſane cum ipſis humanæ vitæ primordiis hoc vitæ genus extitiſſe; exempla Adam, Cain, Abel & reliqui Patriarchæ; quod filii Iſraëlis coram Pharaone profitentur, Gen. XLVI, 34. & XLIX, 3. vid. *Heidegg.* Hiſt. Patr. Exerc. I, §. 31. & præcipue V, 11. 12.

P. 409. *Apud Romanos quoque*) Sic *Q. Cincinnatus ab aratro ad dictaturam vocatus, poſtquam domitis hoſtibus triumphans urbem iniit*, licet non ex imperii Majeſtate, aratrum tamen ſumere, & agrum colere non dubitavit; quod refert *Alex.* Genial. lib. III, cap. XI. fol. 138 b. ſq. ubi plura tum Romanorum tum Græcorum exempla. de Abdolomino quoque huc cf. *Curt.* IV,

P. 416. *Hanc quoque Homericis Heroibus &c.*) Antiquiſſimum enim bellum venatio, unde inter viri fortis & qui magni aliquid aſpirat exercitia hoc quoque refert *Eurip.* Suppl. v. 885. ſqq. Et *Xenoph.* de Venat. p. 768. lin. 32. ait: ἐγὼ μὲν οὖν παραινῶ τοῖς νέοις μὴ καταφρονεῖν κυνηγεσιῶν, μηδὲ τῆς ἄλλης παιδείας. ἐκ τούτων γὰρ γίγνονται τὰ εἰς τὸν πόλεμον ἀγαθοὶ, εἴς τε τὰ ἄλλα ἐξ ὧν ἀνάγκη καλῶς νοεῖν καὶ λέγειν καὶ πράττειν. κ. τ. λ. uſum hujus exercitii in bello *Idem* plenius oſtendit p. 785.

785. ſq. Ex *Eodem* obſervatur quatuor fuiſſe venatorum genera, *Inveſtigatorum*, qui animalium veſtigia inveſtigant: *Indicatorum*, qui latibula noverunt: *Inſidiatorum*, qui inſidias & caſſes animalibus parant: *Alatorum* vero, qui equo ſuccuſſanti, ſenſimque inſultanti animalia terrent, ne aliorſum quam per medias tendiculas fugam arripiant. cf. *Stewech.* ad *Veget.* lib. I, p. 24. Not. ad *Aeneid.* IV, 121. de Venantium habitu armis &c. vid. *Polluc.* lib. V, 17. ſqq. & qui copioſiſſime h. d. r. agit *Iac Ouzel.* ad *Minuc. Felic.* p. 113. ſqq.

P. 417. *in ducenda lana*) Quippe, ut ait *Alex.* Genial. IV, c. VIII. p. 198. a *apud matronas quondam lanificium magnæ laudi fuit, lanamque feciſſe mulierem, pudicitiæ & probitatis ſignum erat.* Quemadmodum quoque Sabini convenere cum Romanis, ne aliam operam viris uxores, quam lanificium præſtarent; ut refert *Plutarch.* Romul. T. I. p. 26. C. & p. 30. A. cf. *Alex.* Genial. l. m. c.

P. 418. *uxor Leontiadis*) ſic utique legendum pro *Lecatiadis*; cui fidem quoque facit *Thucyd.* lib. II, p. 100. C. *Telam vero Helena quoque texuit*) Et Strepſiadis illa uxor huic operi intenta dicitur apud *Ariſtoph.* Nub. v. 53. ubi vid. *Schol.* & *Spanh.* Helenæ, Penelopes, Calypſonis & Circes hac in re exempla quoque adducit *Euſtath.* Il. I, 31. p. 30. Eæ autem ſtantes vel ambulantes olim texebant, quarum figuram delineatam vide apud *Braun.* de Veſt. Hebr. Aegyptia vero quædam prima ſedens telam tractabat; vid. *Euſtath.* l. c. p. 31. Certa quoque cubicula quarumvis ædium his negotiis erant deſtinata: unde *Pollux* memorato Gynecæo, illico ſubjungit *ἱστῶνα, ταλασιουργὸν οἶκον, ἱστουργικόν* & inter præcipuas domus partes eaſdem recenſet. lib. I. §. 80. vid. & *Potter.* lib. IV, c. XIII. p. 637. C. & corrige.

P. 419. *Denique nota tela Penelopes*) Quo ipſo opere procos ſuos hæc maxime luſiſſe dicitur Odyſſ. II, 94. ſqq. *ad veſtem funebrem illa*) ſcil. Penelopes tela; cf. l. m. c. v. 99. Hinc natum adagium: Penelopes telam retexere,

Digitized by Google

xere, quod eſt inanem operam ſumere, & rurſum deſtruere, quod effeceris. *In ædibus*) in allegg. ad lit. (n) ſupple: Iliad. XXII. *Ita Veſtes ipſa a mulieribus texta*) Ita Electra de ſe apud *Eurip.* in Tragœd. cognom. v. 307.

αὐτὴ μὲν ἐκμοχθοῦσα κερκίσιν πέπλους,

Ipſa namque radiis elaboro peplos.

P. 420. *Vetus hic apud Romanos mos*) *Neque enim omittendum, quondam uxores viris, & matres filiis, tunicas togaſque facere, easque acu & licio ac telu intexere conſueſſe, ſummosque imperatores & duces a neceſſariis ſæpe veſtes contextas induiſſe:* Auctor eſt *Alex.* Genial. l. C. c. fol. 198. a Phrygiones vero illi dicti, qui pictas veſtes intexebant, quod *Idem* ibid. obſervat. apud Aegyptios non idem mos ſervabatur; uti conſtat ex *Herod.* Euterp. c. 35. p. 103.

P. 421. *Sic Simonides de Mulierib.*) v. 58. ſq. in *Hertelii* collectione Sententiarum. Verba ejusdem ſic reddas:

Qua ſervilia opera & laborem averſatur,

Neque molam attingeret, neque cribrum -- Levaret.

Ceterum viros quoque molam exercuiſſe, eosque haud ignobiles, exemplo eſt *Pittacus* apud *Aelian.* lib. VII. c. IV. ubi cf. *Periz.* & *Kuhn.* Molarum vero & piſtorum uſus apud Romanos ſerius invaluit; ut teſtatur *Servius* ad Aen. I, v. 183. & *Alex.* Genial. lib. III. c. II fol. 138. a

P. 423. *Morem hunc etiam fuiſſe Athenienſ.*) Id confirmat quoque Electra apud *Eurip.* v. 74. ſq. hujus nominis Tragœd. ubi illa:

- - τἀνδόμοις δ' ἡμᾶς χρεὼν
ἐξευτρεπίζειν. - - -
- - *Domeſtica vero nos decet*
Adminiſtrare. - - - -

P. 424. *ingenuis puellis apud Athenienſes*) At ſervituti addictis mulieribus id præcipue negotii datum fuit, ut capite raſo, ſqualido habitu & ſervili domum verrerent, texerent, pinſerent, aquam aſportarent &c. quod fere perpetuum eſt apud *Eurip.* vid. modo Electr. v. 107. ſq. & 309. ſq. coll. præcedd. P. 425

P. 425. *delectabilia & voluptatis gratia comparata)* *Musicam, ait Plato, concinnitatis opificem hominibus a diis datam, non luxus gratia & pruritus aurium.* apud *Plutarch.* de ſuperſt. T. II. p. 167. B. conf. *Ariſt.* Polit. lib. VIII. c. III. T. III. p. 603. A. quem ab oculis habuiſſe videtur *Alex.* Genial. lib. II. c. XXV. ol. 97 a. *qua unum idemque eſſe tradit Pollux)* Vide contra hæc *Perizon.* in *Aelian.* lib. III. c. XXXII. p. 61 b. ubi nominatim h. in r. Noſtrum refutavit. H. ro eo quidem facit *Euſtath.* ad Il. XVIII. 569. Aſt non ideo, quodnam ex hoc *Pollucis* loco argumentum identitatis Noſter exſculpat, quum nuda modo nomina horum inſtrumentorum ibidem recenſeantur.

P. 426. *Intendebantur hæ ſeptem chordis)* Earum infima νήτη, *ſumma* autem ὑπάτη dicebatur vid. *Aelian.* lib. IX. c. XXXVI. & ibid. *Periz.*

P. 430. Κλέα ἀνδρῶν) cf. iterum *Aelian.* l. c. cap. XXXVIII. & ibi *Periz.* *H. de rebus quibusque memorabilibus)* Aut enim deorum laudes, aut virorum illuſtrium facta cecinerunt. *Atque utinam exſtarent illa carmina, quæ multis ſæculis ante ſuam ætatem in epulis eſſe cantitata a ſingulis convivis de clarorum virorum laudibus, in Originibus ſcriptum reliquit Cato!* ait *Brutus* apud *Cicer.* de Clar. Orat. c. XIX. Poſterioribus autem ſeculis in quotidianis conviviis Scolia cantabant, reſervatis ad ſacrificiales epulas Deorum hymnis, qui a quotidiano inter liberiora pocula uſu contaminari videbantur. vid. *Potter.* lib. IV. c. XX. p. 773.

P. 452. *Paan Appollini dicatus eſt)* Placet has hymnorum ſpecies copioſius ex *Alex.* recenſere Genial. lib. IV. c. XVII. f. 226 b. *Hypingos Dianæ, Apollini Paan & Proſodia. Dionyſio dithyrambus, Cereri Iulus; Veneri Eroticus,* i. e. *amatorius: præter quos fuere, proſodion, hyporchema & ſtaſimon.* corrige igitur verſionem, & pro Veneri lege Dianæ; cf. & ipſum *Pollucem & Natal. Com.* lib. IV. c. X. p. m. 357. His ſacris adde alias quoque odas uſu tritas ex *Euſtath.* ad Iliad. XVIII. 569.

p. 1164. ex quibus potiſſimum notes ἐπιμύλιον ᾠδὴν, ἡ περὶ τὰς μύλας, ἔτι σὺν καὶ ἄλλαις ἐκ τῶν παλαιῶν ἀναλέξασθαι Hinc plana tibi fient ea, quæ diſputat *Perizon.* ad *Aelian.* lib. VII. c. IV. *Porro erat antiquus Heroibus &c.* cf. *Athenæum* lib. XIV. p. 624. A. 633. C. &c.

P. 434. *Hinc Orphei, Muſæi, Lini* θελογία) Videndus de his *Strabo* lib. X. p. 471. coll. *Eod.* p. 467. ſeq.

P. 435. *ait Athenæus*) Vidit ſane hujus locum, cumque explicavit *Euſtath.* ad Iliad. XII. p. 900. lin. 22. ſqq. *Ceterum tritus fuit vulgo-Muſica uſus in conviviis*) Quod etiam innuit *Eurip.* Medea v. 190 ſqq. qui locus de vero Muſices uſu omn. videndus. cf. *Plutarch.* de Muſica p. 1146. E.

P. 437. *Affinis cantici ſaltatio*) Adeoque Muſices eam eſſe ſpeciem dicit *Pollux* lib. IV. §. 95. ejusque peritia non minus ac ipſa Muſica præclara res habita; auctore *Athen.* lib. I. p. 22. B. ἐν τοῖς χόροις) lege : χοροῖς.

P. 438. *In Deorum quoque ſacris*) Sane ut in religionibus ſaltaretur hæc ratio eſt, inquit *Serv.* ad Ecl. V, 73. *quod nullam majores noſtri partem corporis eſſe voluerunt, qua non ſentiret religionem. Nam cantus ad animam; ſaltatio, ad mobilitatem pertinet corporis.* vid. & *Alex.* Genial. lib. IV. c XVII. fol. 226. b

P. 439. *in honorem deorum choreas &c.*) vid. *Plat.* de LL. lib. VIII. Iliad. I, 472. ſeqq. Hymn. in Apoll. v. 149. *Apollon.* Arg. II, 703. ſqq. *Strabo* lib. X. p. 467. C. *Faber* lib. I. c. IV. *Perizon.* in *Aelian.* lib. III. c. III. &c. *Duum generum ſaltationes*) vid. *Suid.* voc. Ὄρχησις. cf. *Schol.* ad Iliad. XVI, 617. *Hieron. Mercurial.* Rei Gymnaſt. lib II. c. III. quem etiam citat *Faber* Agoniſt. lib. I. c. XII. p. 74. Κυβιστητῆρες) unde ſaltatio κυβίστησις *Pollux.* lib. IV, 105. deſcribitur a *Fabr.* l. c. ejusque ſpecimen edidit Hippoclides apud *Herodot.* Erato. pr. fin.

P. 440. quam πυῤῥίχην *dixerunt*) vid. de hac *Spanh.* ad *Callim.* p. 22. *Perizon.* in *Aelian.* lib. III. c. VIII. & Auctores in *Fabri* Agoniſt. lib. I. c. XV. fin. ad marg. cit.

cit. hæc *bellicrepa ſaltatio* dicta, tum quia armati ſaltabant, tum quod ea bellicum quoddam exercitium erat, prout id Noſter ſtatim in ſeqq. tradit. vid. *Feſt.* h. v. apud *Perott* col. 1135. lin. 39. ſqq. Uſus huius ſaltationis obtinebat præcipue in Panathenæis minoribus & ad canticorum fiſtularumque concentum fiebat. vid. *Athen.* lib. XIV. p. 629. ſq. qui & ibid. p. 631. Adoleſcentes nudos ſaltaſſe tradit. cf. etiam *Fabr* lib. I. c. XII. p. 72.

P. 343. *ſaltus, curſus, jactus, lucta, pugilatus*) Quos ludos Græci voce πένταθλος, Lat. *Quinquertio* indicant utplurimum. Is vero ab antiquis Scriptoribus recenſetur diverſimode; ut in *Simonidis* aliquo Epigramm. Anthol. lib. I. c. I. epigr. 8.

Ἴσθμια καὶ Πυθοῖ Διοφῶν ὁ φίλωνος ἐνίκα
Ἅλμα, ποδωκείην, δίσκον, ἄκοντα, πάλην.

Vidi & apud *Sophocl. Schol.* Electr. v. 685. πένταθλον ita deſcribi, quod ſit ἅλμα, δίσκος, ἄκων, δρόμος, πάλη. ubi ſi per πάλην *pugilatum* intelligas, recte ſe iſta habent; at quod *Idem* addit: ταῦτα ἐν μιᾷ τις ἠγωνίζετο ἡμέρᾳ, id quidem præter eum nemo dixerit unquam. vid. *Fabr.* lib. I. c. 31. p. 201. ſqq. *Scalig.* de Re Poët. lib. I. c. XXII.

P. 444. *cujus meminit Homerus Iliad. IX.*) Tale quid ibi fruſtra quæſiveris. Nec vereor *Strabonis* hic verba pronunciare: ὧν μέμνηται τούτων Ὅμηρος οὐδενὸς ἀλλ' ἑτέρων τινῶν ἐπιταφίων. *Neque horum meminit Homerus usquam; ſed aliorum quorundam funebrium modo mentionem facit*: uti legitur lib. VIII. p. 355. A. Niſi Olympicum illud certamen innuunt verba *Poëta* Iliad. XI, 697. ſqq. ad quæ vid. omn. *Scholiaſt.* cf. *Fabr.* Agon. lib. II. c. IX. p. 267. *qua complectens Lucianus*) & *Archias* Epigrammate quodam, quod in *Anthol.* primum comparet. Specialiora de ſolennibus hiſce ludis heic proferre nil attinet; quandoquidem poſt *Alex.* Genial. lib. V. c. VIII. *Caſtellanum* & *Meurſium* in Græcia Ludicra, quæ notatu maxime digna ſunt, ſufficienti apparatu exhibet *Potter.* lib. II. c. XXII. ſqq. *Scaliger* de Re Poët. lib. I. c. XXIII. ſeqq. *Natalis Comes* lib. V.

Mythol. c. I. ad IV. qui poſtremus *Fabro* etiam teſte p. 24. in marg. de ſacris iſtis agonibus plurima perquam diligenter ac ſcite attulit.

P. 445. *& ſorte jacta*) Locum innuit Noſter Iliad. XXIII, 352. ſqq. Idem & alibi obtinuit; ut in ludis Delphicis, de quibus vid. *Sophocl.* Electr. v. 710. ſeq. cf. *Fabr.* lib. I. c. XXIV. p. 158. ſq. ἔφεδρος autem ille dictus, cui ſorte par non contigit; qui adeo aliis certantibus reſidebat, & poſtea cum victore defeſſo congrediebatur. vid. *Fabr.* l. c. *Schol.* & *Camerar.* ad *Sophocl.* Ajac. v. 611. ſq. *Curſus erat alius pedeſtris*) Curſu in Olympico certamine primi certarunt Curetes; uti refert *Pauſan.* Arcad. c. 2. Curſorum pedeſtrium præmium Homericis & ſuperioribus temporibus quodnam fuerit ipſe innuit *Poeta* Iliad. XXII, 159. ſq. ubi cf. *Euſtath.* *Equis curru junctis certarunt complures*) Primus equos quadrigis junxit Erichthonius, auctore *Aeliano* lib. III. c. XXXVIII. adde *Periz.* & *Kühn.* ad h. l. *H.* Bigis vehi Athenienſibus magis uſitatum. Erat inter inſignia eorum atque ornamenta ξύςις, *trabea*, cf. *Harpocr.* h. v. & *Theocrit.* Idyl. II, 74. & victores per effracta mœnia excipiebantur; quæ omnia *Ariſtoph.* Nub. v. 69. ſq. his verbis innuiſſe videtur

ὅταν σὺ, μέγας ὢν, ἅρμ' ἐλαύνῃς πρὸς πόλιν,
ὥσπερ Μεγακλέης ξυςίδ' ἔχων. - -

vid. *Schol.* & *Spanh.* ad h. l. Curule ejusmodi certamen etiam ampliſſime deſcribitur in loco *Sophocl.* ſupr. indicato v. 699. ſqq. *quod κελητίζειν dixerunt*) Et, qui privis equis currebant κέλητες vocati: unde priſcum Celeris nomen. vid. *Scalig.* de Re Poët. lib. I. c. 22. p. 85.

P. 446. *Demetrius memoria prodidit &c.*) Juxta *Euſtath.* hæc potius ita legenda: *de Demetrio quoque proditum eſt, ipſum vidiſſe &c. Deſultores Romani vocabant*) Græci ἀποβάτας & παραβάτας; illud Atticis, hoc Poëtis magis proprium. vid. *Harpocr.* voc. ἀποβάτης cf. *Mauſac.* & *Vales.* ἀναβάτας huc quoque refert ex *Pauſan.* *Faber* Agoniſt. lib. I. c. 26. p. 171. *ut eſt apud* Sex-

num Pompejum) voc. *Paribus equis.* apud *Perott* col. 1184. lin. 3.

P. 447. *uter prior adverſariorum humi poſterneret*) aut lege *poſterneretur*, aut ſupple *alterum* vel ſimile quid. Lucta vero duplex fuit, alia *erecta*, alia *volutaria*, quarum poſteriorem forte innuit *Euſtath.* ad Iliad. VIII. 156. illa vero pugilibus magis propria. vid. quoque *Faber* lib. I. c. X. p. 57. & c. XII. p. 66.

P. 448. *poſtea caſtus fuerunt in uſu*) Si pro ipſo loro hanc vocem accipere velis, tutius foret legere *ceſtus*, quod a Græco κεςὸν *cingulum* deducit *Scaliger* de Re Poët. l. m. c. p. 84. ſin minus, & inſtrumentum pugilum, quo quis *caditur* intelligas, legendum utique *caſtus* & Latina tunc ipſi origo eſt. Hoc vero diſcrimen non ſemper obtinet; vid. *Feſt.* h. v. & *Rigalt.* ad *Onoſandr.* Strateg. p. m. 37. ſqq. cf. h. d. r. *Fabr.* lib. I. c. IX. fin. *Turneb.* adverſar. lib. IV. c. IV. *media corporis parte cingebantur*) Ex hoc ritu Timocratem incuſat *Aeſchines* in adv. hunc Orat. quod pugilem in concione agens nudatus toto corpore comparuerit. cingulum iſtud *Homero* ζῶμα, aliis περίζωμα dicitur; ut exponit *Schol.* ad Iliad. XXIII, 683. *qui & Hiſtoriam hujus rei perſequitur ubi vero* pro Ὀῤῥίππῳ legend. Ὀρσίππῳ cf. *Euſtath.* ad eund. loc. *Fabr.* lib. II. c. II. p. 216. ſq. poſt hunc Orſippum Athletas ſolitos fuiſſe ſe totos denudare tradit *Schol. Thucyd.* lib. I. p. 5. vid. & *Perizon.* in *Aelian.* lib. III. c. 38. p. 269.

P. 450. *Ceterum erant & alia &c.*) Vid. *Ciceron.* de Orator. lib. III. c. XV. de ludo ἀστραγάλων præcipue *Hadr. Iunium* Animadverſor. lib. II. c. IV.

P. 452. *quorum reliqua omnia fuerunt προγυμνάσματα praexercitamenta & præludia*) vid. quomodo hæc comprobant *Plato* de LL. lib. VIII. *Lucianus* Anacharſi, & *Faber* Agoniſt. lib. II. c. II. cf. quæ ſupr. de pyrriche dicta ſunt ad p. 440. *& optimus quisque dictus ἄριςος, qui &c.*) Conſentit *Schol.* Iliad. II. 404. ubi ἀριςῆας exponit τὺς ἐν τῷ πολέμῳ ἀρίςυς. *arma perpetuo ferre erat moris*) contra quoque in eos, qui arma

coram

Digitized by Google

coram hoſte abjecerant, graviter animadverſum. vid. *Plat.* lib. de LL. T. II. p. 944. *Ariſt.* Veſp. v. 27.

P. 454. *Mulierum quoque raptus ſæpe bellum peperit*) alias variorum bellorum cauſas vid. apud *Aelian.* lib. XII. c. LIII. Res uxoria Delphos olim graviſſimis turbis implicuit & hæreditatis paternæ diviſio Heſtiæam, civitatem Eubææ variis motibus concuſſit; auctore *Plin.* H. N. lib. XXXII I, c. I. cit. in Not. *Kœnig.* ad *Aelian.* l. m. c. ubi plura ejusm. cf. *Iſocr.* Nicel. p. m. 66. B. Notiſſimum quoque Sabinorum cum Romanis eandem ob cauſam bellum: de quo vid. *Dionyſ. Halic.* lib. I. p. 104. ſq. gentes autem ſacras, uti Dodonæos &c. bello nullus petebat; Auctore Eod. *Dionyſ.* l. c. p. 15. Bellum quoque juſtum nullum putabatur, niſi prius ſolenniter indictum. Id factum, cum præter alia priſcis temporibus haſta, ſequentibus vero Gallinaceus in fines hoſtium per fecialem projiceretur. vid. *Rigalt.* ad *Onoſandr.* Strat. p. 23. plura apud *SteWech.* ad *Veget.* lib. I. p. m. 20.

P. 456. *Ægre utique multi ad Trojam profecti*) Ea de cauſa tentare prius ſolebant duces multitudinem, ſponte an coacti pugnaturi eſſent. vid. *Schol.* ad Iliad. II, 73. *H. cum Neſtore*) Moris enim utique erat, ut Rhetores ſubinde atque viros dicendi peritos emitterent ad conducendos milites, qui utpote ad eos perſuadendos plurimum valerent. vid. *Olympiodor.* apud *Rigalt.* ad *Onoſandr.* l. m. c.

P. 458. *De Galea, Thorace &c.*) Vid. plura apud *Manuſ.* Quæſt. per Epiſt. lib. III. c. VI. apud *Gruter.* T. IV. p. 304. de Galeis commentarii inſtar eſt Celeberr. *Witeri* Noſtri Diſſert. de Galeis Veterum. *Poſt nomen remanſit, licet variata materia*) Idem indicant verba græca *Euſtath.* ad Iliad. III. 336. p. 427. quæ exſcripſit *Varinus* ex hoc ſupplendus, connotante Celeb. *Witter* l. c. cap. II. p. 7.

P. 459. *Erant ei plerumque impoſiti λόφοι ſeu criſtæ*) Tales etiam in Samnitum armatura refert *Liv.* lib. I. c. 40.

Digitized by Google

40. *Galea* nimirum *criſtata*, *quæ ſpeciem magnitu-inis corporum adderent.* Ubi ſimul aliquis criſtarum ſus indicatur, quæ alias etiam ad ornatum & ad ter-orem faciebant. vid. Diſſert. p. 19. ſq.

P. 460. *ut Caribus apud Plutarch.*) Quos etiam hu-s rei inventores faciunt *Schol. Thucyd.* lib. I. p. 5. (*) alii ab Excell. *Wittero*, nunquam niſi pia cum vene-tione a me dimittendo, allegati; Diſſert. m. c. cap. III. 17. cf. *Steweck.* ad *Veget.* p. 61. *Caſaub.* ad *Suet.* Cæſ. 24. & Diſſert. cit. p. 9. ubi etiam de ſetis equinis quiſita maxime loca leguntur. λόφος aliis idem eſt uod φάλος dicitur: ab aliis vero hæc diſtinguuntur. ge ibid. p. 15. ſq. & *Potter.* lib. III. c. IV. p. 444. alea vero criſta carens *Homero* dicitur καταῖτυξ Iliad. , 257. ſqq. qua de cf. *Euſtath.* & *Schol.* ad h. l. Adde uæ leguntur in abſolutiſſima Diſſert. p. 22. ſq. quæ, ſi de alearum variis partibus, ornamentis & uſu vario opti-na quævis ediſcere velis, omnino ſuo loco conferenda.

P. 461. *Pectori circumponebatur thorax*) Thorax vero tticus præſtantiſſimus habebatur. vid. *Aelian.* lib. III. . XXIV. *Pollux* lib. I. §. 149. *H. Thoracis itaque par-es fuerunt duæ laminæ æneæ fibulis junctæ*; *una*, *quæ orſum tuebatur*, *altera*, *quæ ventriculum*;) quam de-criptionem nobis ſuppeditat *Pauſanias* Phocic. c. XXIV. . 836. quem locum reſpexit utique, ſed male citavit *Pot-er.* lib. III. c. IV. p. 447. *& partem quidem anticam* ita pergit *Pauſan.*) γύαλα, *poſticam* πρoσῆγoν (niſi egend. πρoσῆκoν. vid. not. ibid.) *vocabant. Plerum-ue thorax conſt. ex ſolido metallo*, *velut ære*) Quod ero de heroicis modo temporibus intelligendum. Κατὰ ὴ ἐμὲ, inquit *Pauſan.* l. m. c. σπάνιον τῶν θωράκων τὸ χῆμα ἦν τούτων, τὸ δὲ ἀρχαῖον ἐφόρουν αὐτούς.

P. 462. *Alias etiam ex lino*; *Iliad, II.*) Verſum qui huc citatur ſpurium eſſe, nec ullum linei Thoracis uſum fuiſſe aſſerit *Schol.* ad *Iliad. II.* 528. fuit tamen eorum aliqui uſus; uti Amphius λινοθώρηξ dicitur Iliad. II. 830. & ſagittarii iis inſtructi vid. iter. *Schol.* l. c. v. 529. *H.* magis

magis tamen eos in venationibus quam in bello obtinuiſſe cenſet *Pauſan* Attic. c. XXI. p. 50. '*quam* χάλκιον *aneam* *vocat*) Huc refert etiam Iliad. I, 370. ubi Græci χαλκοχιτῶνες a *Poëta* dicuntur. *H.*

p. 463. *morem hunc omnibus fuiſſe priſcis heroibus tradit*) Idem & de Arcadibus refert aliisque gentibus *Pauſan.* Meſſen. c. XI. p. 306.

P. 464. *quo lumbos conſtringebant*) id proprie μίτρα nonnunquam & ζώνη vocatur: ζωστὴρ vero qui & apud nonnullos ζῶμα audit, a genubus ventrem attingebat, quo loricæ inſerebatur: ut notat *Euſtath.* ad Iliad. IV, 135, p. 453. Denique ζωστὴρ etiam ſæpius uſupatur pro cingulo totam armaturam ambiente, uti Iliad. IV. 215. ſeq. cf. *Potter.* l. ſæp. cit. p. 446. fin. *Pollux* lib. II. 166. *Menelaum quoque tuta* μίτρη *ex are confecta*) Ut ſenſus aliquis emergat ita malim legere: *Menelaum quoque tutatur* μίτρη; vel *Menelao quoque tutamen* μίτρη &c.

P. 465. *In eundem modum cingeb. Romani*) apud eos etiam cingulo & balteo donari honori dabatur; & inde qui militarent *cincti* vocabantur. Contra, qui miſſi erant, dicebantur *diſcincti*, *militia exuti*, *cingulo privati.* vid. *Stevvech.* ad *Veget.* II. p. 88. Cujus moris etiam apud Orientales inveniuntur veſtigia, uti 2. Sam. XVIII, 11. *qua* κνημῖδας *Homerus vocat.*) Unde etiam Achivi bonis ocreis inſtructi εὐκνήμιδες ab *Ipſo* dicuntur Iliad. I, 17. *H.*

P. 466. *Scuto ſeu clypeo univerſum corpus tegebant*) ἀνδρομήκεσι γὰρ ἐχρῶντο ταῖς ἀσπίσιν οἱ παλαιοὶ inquit *Schol.* in Iliad. II, 389. adde *Aneid.* II, 227. Archivorum vero ſcuta præſtantiſſima habita, quibus etiam eorum inventio adſcribitur. vid. *Perizon.* in *Aelian.* lib. III, c. XXIV. *H.*

P. 468. *Circularis erat figura*) & hic proprie clypeus dictus, oblonga vero ſcuta, vid. *Periz.* l. m. c. *H.* plures clypeorum ſpecies vid. apud *Potter.* lib. III. c. IV. p. 450.

P. 474

P. 474. *quo eminus pugnabant*) Haſtas vero, ante-
ıam emitterent, vibrabant: unde ἐγχέσπαλοι dicti
'ad. II. 131. Cauſam vid. in *Schol.* & *Etymol.* h. v. *H.*
P. 429. Δυλικώτερον *hoc armatura genus*) Levis ar-
aturæ militibus utplurimum adſcribitur, cum ſagit-
, jaculis &c. fere conjuncta; ut apud *Thucyd.* lib. IV.
275. D. cf. *Pauſan.* Meſſen. c. 11. p. 306. & *Tyr-
tæum* Carm. III. v. 4. a fin. *Idem* vero Locros O-
ıntios gravi armatura uſos tradit, quos *Homerus*
ıad. XIII. 716. cum arcu & funda veniſſe ſcribit. vid.
ttic. cap. 23. p. 54. Latinis iſti *ferentarii* dicti;
xta *Feſt.* h. v. apud *Perott.* col. 1150. fin. & 1153, 22.
d. & *Varron.* apud *Stewech.* ad *Veget.* lib. II. c. XIX.
176. ſq. Fundæ deſcriptionem & originem *Idem*
adit ad lib. I, c. XVI. p. 43. vid. & *Hieron. Mercur.*
: Arte Gymn. lib. II. cap. 12.
P. 458. *Sed ferrum ab ære manifeſte diſtinguit Poëta*)
d. Iliad. IV, 510. ſeq. V, 723. at thoraces aenei &
ſtæ æneæ promiſcue apud ipſum *Poëtam* occurrunt.
d. Iliad. XXIII, 560. ſeq. χάλκεον ἔγχος ubivis fere
currit. cf. de re ipſa *Camerar.* Probl. VII. apud *Gru-
r.* T. IV. p. 100.

P. 487. *inſigne aliquod*) Quale Athenienſibus erat
ıctua in clypeis expreſſa, Minervæ ſignum. vid. *Ca-
erar.* ad *Sophocl.* Ajac. p. m. 36.

P. 489. *Illi variis ornamentis inſigniebantur*) Mne-
ıeus dicitur abs *Homero* poſt Neſtorem in ornandis equis
ritiſſimus. Iliad. II, 554. *H.* Certæ etiam literæ iis
uſtæ, ex quibus nomen ducebant: hinc κοππατίας
ıud *Ariſtoph.* Nub. v. 23. ubi vid. *Spanh.* Sampho-
s item, aliique. vid. h. d. r. *Athenæum* lib. XI. p.
ı7. B.

P. 492. *Pugnabant equis nonniſi curru junctis*) Vi-
ıtur hic dubium movere Lucretium, qui currus ſerius
ıventos eſſe dicit lib. V.

Et

Et prius eſt reppertum in equi conſcendere coſtas,
Et moderarier hunc franis dextraque vigere,
Quam bijugo curru belli tentare pericla.

Sed plusquam probabile videtur, (*Potteri* hæc ſunt verba lib. III. c. III.) tempore belli Trojani morem equitandi & ex equo pugnandi a Græcis nondum receptum eſſe; quandoquidem *Heroës apud Homerum* (cujus auctoritas hac in re apud nos plurimum valere debet) *ſemper in prælium inducuntur curru, non equis vecti.*

P. 500. *Ejusmodi fuit argo πεντηκόντορος ut ex Argonaut. numero conſtat)* Idem quoque *Potter.* perhibet lib. III. c. XIV. p. 510. ſed, uti Noſtro quoque viſum eſt, non nominato aliquo auctore. *Plinius* lib. VII. c. ult. Joſonem oblonga navi vectum eſſe tradit. Argonautarum numerum quinquaginta & quatuor fuiſſe tradit *Nat. Com.* lib. VI. c. X. cf. *Eund.* l. c. VIII p. 381.

P. 501. *naves dicta Piſtrix*) Lectio hæc non æque probata, ac Priſtis, ut ex cit. *Virgilii* locis adparet. Et *priſtis* de navi, *piſtrix* de bellua dicitur vid. *Serv.* ad *Aeneid. III,* 427. cf. Not. *Clar. Viror.* ad *Hygin.* fab. 273. p. 323 a. *Alex.* tamen Genial. lib. VII. videtur etiam Piſtrix legiſſe: qui cap. II. p. 170 a. huc commode conferendus.

P. 562. *Ceterum hac potiſſimum &c.*) Vide de his acroſtoliis etiam *Cal. Rhodig.* p. 145. C. *Apoll. Interpr.* lib. I, v. 1089. & *Scheff.* de Milit. Nav. lib. II. c. 6. Eſt & aliquid ex re nautica apud *Procl.*) ad *Heſiod.* p. 141. pr.

P. 507. *Nec ſecus fecere obſeſſi)* Eisdem quoque in more fuit, τῇ μὲν ἡμέρᾳ καπνὸν ἀπὸ τῶν τειχῶν ἐγείρειν, τῇ δὲ νυκτὶ φλόγα, τὴν ἀπὸ τῶν περιοίκων βοήθειαν καὶ συμμαχίαν ἐπικαλουμένους ut ait *Schol.* ad Iliad. XVIII.

Digitized by Google

VIII, 207. *in navali quoque prælio in nocte lumen die fumus inſidias adventuſque hoſtium & occulta conſilia plerumque indicabant*; *Alex.* Genial. lib. VI. cap. II. p. 179 a.

P. 509. *Scholiaſtes tamen vult*) Idem l. m. c. etiam dicit: ἐδίδου γὰρ ἦν εὑρεθεῖσα σάλπιγξ.

P. 510. *cujus mors notatur Iliad. II.*) Pluribus de ea diſceptatur apud *Euſtath.* ad loc. a Noſtro indicatum. Ad hujus quoque tumulum Alexander ſacra fecit apud *Arrian.* lib. I. p. 12. B.

P. 511. *habebant in more cibum capere*) Quem per ἄριστον vel ἀκράτισμα intelligi vult *Perizon.* in *Ælian.* lib. XI. XIX. Notat hunc etiam ritum *Lucianus* Paraſito: πρῶτον μὲν ἀριστοποιησάμενος ἔξεισιν ἐπὶ τὴν παράταξιν, καθάπερ καὶ ὁ Ὀδυσσεὺς ἀξιοῖ. *Primum quidem poſtquam prandium ſumſerat, tum demum exit in aciem, ſicut etiam Ulyſſes præcipit.* Locum innuit *Homeri* a Noſtro quoque obſervatum Iliad. XIX. 160. ſeq. Idem & apud Perſas obtinuit: quod fere perpetuum eſt apud *Xenoph.* vid. modo Pæd. lib. V. pag. 97.

P. 512. Κατὰ πλινθίον) Sic acies laxatis ordinibus diſpoſita & late fuſa videtur dicta ἐπὶ πλίνθον ex *Pauſan.* Meſſen. cap. 11. p. 306.

P. 514. *Inde quoque ſacerdotes ac vates in exercitu habebant.*) Vid. h. d. t. *Rigalt.* ad *Onoſandr.* p. 48. *aliiſque divinationibus*) veluti quoque ex flamma ſacrificiali; *Eurip.* Suppl. v. 155. *Et moris fuit ut vates &c.*) Verba hac fere ſunt *Diogeniani* Cent. VII. Adag. 15. cf. & *Schol. ad Eurip.* Phœniſſ. v. 1386. Πυρφόρος iſte vates dictus, juxta *Suid.* h. v.

P. 516. *Et Principes fortiſſimi πρόμαχοι audire gaudent*) Id quod etiam primum inter viri fortis laudes ponit *Tyrtæus* Carm. I. v. 16,

ὅστις ἀνὴρ διαβὰς ἐν προτάχοισι μένῃ

ubi omnino προμάχοισι legendum videtur. Quod ut

f per

per ſe patet, etiam magis colligitur ex *Ejusd.* Carm. IV. v. 1.

τεθνάμεναι γὰρ καλὸν ἐπὶ προμάχοισι πεσόντα.

Præclarum eſt, ſi quis in prima acie occidat.

Cum vero acies concurrebat) Irruptionis ſignum vel claſſicum aliquando tuba datum; *Eurip.* Phœniſſ. v. 1387.

P. 517. *Barditum tribuit*) Poteris & legere *Barritum*. Vid. *Stewech.* ad *Veget.* lib. III. c. XVII. p. 300 ſeq. *Alex.* Genial. lib. IV. cap. VI. p. 191 a. *ut perà πηγῆς καὶ κόσμῳ in aciem podirent*) Hæc quo minus de tenaci ſilentio intelligantur, vetant Scriptorum probatiſſimi, qui ad tibiarum plurium concentum Lacedæmonios conflictum iniiſſe tradunt. Lubet folius *Alexandr.* Genial. lib. IV. c. I. p. 178 b. huc verba transcribere: *Lacedæmonii prælium inituri, pluribus concinentibus tibiis acies ineunt, ut his modulis captimature incederent, ferociamque & immodicos animos cohiberent, neve, id quod in concurſu magnorum præliorum uſu venit, hoſtem cupide inſecuti, ſævè & atrociter contra victos inſultarent, ita ut longius eſſent acies confunderent & perturbarent.* cf. *Athen.* p. 517 A. *Thucyd.* lib. V. p. 391. cujus ore locutus *Alexander* omnino videtur.

P. 519. *noctu terminabatur*) Tunc victores ſolitì παιᾶνα ἐπινίκιον canere; Iliad. XXII, 391. peplo quoque, encomio atque trophæo victor donabatur; quæ & reliqua vid. apud *Alex.* Genial. lib. I. c. XXII. fol. 36 & *Potter.* lib. III. cap. ult.

P. 522. *Mortui in acie ab hoſtibus &c.*) Vid. *Ælian.* lib. XII. cap. XXVII. & ibi *Perizon.* ubi primus Hercules ſepulturam hoſtibus victis conceſſiſſe legitur. cf. *Potter.* lib. III. cap. XI.

P. 526. *miſſo caduceatore*) Inter deditionis ſigna hoc quoque relatum apud Græcos, ut per præconem corpora ad ſepulturam poſcerent. vid. *Stewech.* ad *Veget.* lib. II. p. 179. Qui ibid. quæ circa conventionem de

cæſorum cadaveribus a Græcis æque ac Romanis obſervatum ſit, pluribus tradit. *Quos ὑποσπόνδους νεκρὺς vocant.*) Explicare hinc poteris illud *Eurip.* Phœniſſ. v. 245.

πέποιθα μέντοι ματρὶ, καὶ πέποιθ᾽ ἅμα,
ἥτις μ᾽ ἔπεισε δεῦρ᾽ ὑπόσπονδον μολεῖν.
Confido quidem matri & non confido ſimul:
Quæ perſuaſit mihi ut per inducias huc venirem.

Vid. de re ipſa quoque *Porti* Comment. in *Xenoph.* p. 9. fin. *Perizon.* & *Kühn.* in *Aelian.* lib. XII. c. XXVII.

P. 515. *Arma hoſtibus detracta*) Res ſacras vero captarum urbium victores inviolatas reliquerunt. Teſtis eſt præ cæteris *Euſtath.* ad Iliad. I. Eſt quoque illuſtre h. r. exemp. apud *Aelian.* lib. III. cap. XXVI. *H.* Præda vero bellica abs *Homero* his fere vocibus deſignatur, λάφυρα, σκῦλα, ἔναρα &c. ac λάφυρα quidem *Camerarius* ait ſignificare ea, quæ vivis, σκῦλα vero, quæ mortuis erepta ſunt: ad *Sophocl.* Ajac. p. 34. quocum cf. *Potter.* lib. III. c. XII. *Euſtathio* videntur hæc eadem fuiſſe; ἐπεὶ σκῦλον τὸ λάφυρον inquid ad Iliad. IV, 105. λάφυρον autem proprie dici vult ἐπί τε κυνῶν καὶ λύκων καὶ τοιούτων ζώων καρχάρων ad Iliad. I, 129. *Scholiaſtes* ad Iliad. XIV, 499. σκῦλα & ἀνδρῶν ἀγρεύματα eodem loco habet; ut & ἔναρα Iliad. VI, 68. coll. *Eod.* ad l. c. v. 480. cf. iterum *Camerar.* ad *Soph.* Ajac. p. 25.

P. 528. *ceteraque hoſtium bona*) Mulieres quoque bello captæ cum præda reliqua victoribus diſtribuebantur. vid. Iliad. IX, 128. ſeqq. *Eurip.* Androm. v. 155. &c. cf. *Noſtr.* ſupr. p. 260. & infr. p. 532. de agro hoſtili ejusque diviſione, quæ apud Athenienſes præſertim obtinuit; vid. Not. noſtr. ſupr. ad pag. 406. adde not. ad *Pollux.* VIII, 136.

P. 529. *In prædæ diſtributione*) De qua vid. omn. *Steph.* Schediaſm. apud *Gruter.* Tom. V. p. 144. Ex iis vero quæ ſupra jam a Noſtro tradita ſunt p. 85. ſq. heic repetendum, quod Diis etiam quædam, imo potiſſi-

tiſſima prædæ portio tributa fuerit: *Deorum enim templa hoſtilibus ſpoliis, tanquam trophæis exornare veteris moris erat*; *Alex.* Genial. lib. V. cap. XXIV. fol. 304 a. cf. *Virgil.* Aeneid. III, 287. ſeq. VII, 183. ſeqq. *Turneb.* Adverſ. lib. XIV. cap. II. &c. partem quoque prædæ Diis cremare ſolebant priſci Romanorum, vid. *Steweeh.* ad *Veget.* lib. II. pag. 125. & quæ alia hæc obſervanda vid. ibid. pagg. ſeqq.

P. 531. *Neoptolemus ejusdem filius*) Sed Heleno Andromachen ceſſiſſe dicit *Iuſtinus* lib. XVII. cap. III. comm. 5. cf. *Virgil.* Aen. III. 295. ſeqq. & *Serv.* ad l. c. v. 319. imo & *Noſtr.* ſupr. 217. & ad eam Notas noſtr.

P. 535. *Qua de cauſa* θεῖοι *divini dicti κήρυκες*) Erant quoque ἄσυλοι *inviolabiles*, καὶ ἐξῆν αὐτοῖς πανταχόσε ἀδεῶς ἰέναι & *quocunque illis tuto proficiſci licebat*; ait *Pollux* lib. VIII, pag. 159. Munus illud pleumque ſenes & graves ætate viri obierunt; unde πρεσβευτῶν ipſis quoque nomen eſt: quos etiam primos hac in re nominat *Pollux* l. m. c. §. 137. Geſtamen ipſorum erat κηρύκειον *caduceus* ibid. 138. cf. *Plin.* lib. XXIX. cap. III. quocum etiam ſæpe ante obſidionem in urbem hoſtilem mittebantur pacis offerendæ cauſa; exempl. apud *Curtium* III, 1. 6. & *Euſtath.* Iliad. II, 103. Iliad. III, 205. ſeq. coll. Iliad. XI, 123. ſeqq. *Ab ipſo etiam Mercurio eorum originem veteres deduxerunt*) Eosque adeo ſub Mercurii & Jovis cura atque tutela eſſe crediderunt. vid. *Potter.* lib. III. cap. VII. p. 471. H. *Foedera inter ipſos reges contrahebantur*) Fœdera Græcis συνθῆκαι, ſunt vel λόγων, vel ἔργων, vel χειρῶν uti notat *Schol. Ariſtoph.* Acharn. v. 307. *H.*

P, 538. *Vinum deinde &c.*) Hæ quoque libationes vino mero fiebant; uti videre eſt ex Iliad. II, 341. coll. *Schol. H.* Sanguinis etiam humani guſtu fœdera quandoque & ſocietates initæ apud quasdam gentes. vid. *Ouzel.* & *Minuc. Felic.* p. 195. ſeq. *unde* σπονδαὶ *federa vocata)* & præcones σπονδοφόροι, item qui pacem pace-

tebant σπονδῶν αἰτῆσαι dicti; quicquid pacto ſtipulam fuerit, ἔνσπονδον vid. *Eurip.* Phœniſſ. 164. ὑπόσπονδον vid. ſupr. ad p. 526. cf. *Polluc.* lib. VIII. 139. *extras quoque jungere in fœderibus erat moris) Tacitus* Annal. XII. *Mos eſt regibus, quoties in ſocietatem coëunt, implicare dextras.* cf. *Iſidor.* Orig. lib. XI. p. I. p. m. 264, 30. *Alex.* Genial. lib. II. cap. 19. . 86 b.

P. 540. *ut non niſi teſtibus Diis inirentur)* exempl. l. etiam apud *Apollon.* Arg. II. 717. ſeqq. reliquos us ſimul conjungit *Orpheus* Arg. v. 308. ſeqq. juris randi formula hæc fere erat: Ἐμμένω ταῖς ξυνθήκαις, ταῖς σπονδαῖς ταῖσδε, δικαίως κἀδόλως. *Stabo his ctionibus & fœderibus juſte ac ſine dolo.* Hæc quotnis renovata ab utraque parte atque ex lapideis lumnis ſuſpenſa, aſſervabatur: quæ in pace Lacem. cum Athenienſibus inita ampliſſime tradit *Thucyd.* lib. V. p. 356. D. cf. *Corn. Nepot.* Ageſil. c. II, 4.

P. 541. *Iovem præcipue in fœderum ſanctione invobant)* Hujus etiam ſimulacra antiquitus adhibuerunt: quod cum tædioſum eſt, præcipue quando fient fœdera cum longe poſitis gentibus, inventum eſt ſceptrum tenentes, quaſi imaginem ſimulacri redderent Jovis. Sceptrum enim ipſius eſt imperium. Hunc orem ex *Servio* huc annotare viſum eſt, quem tract ad Æneid. XII. 206. ubi *Virgilius Homeri* verba, ibus Achilles ad ſceptrum jurat Il. I. 234. ſqq. preſadmodum & eleganter expreſſit.

P. 544. *hoc primum ſtatuebatur, ut res ablata redderentur)* Idem obſervarunt quoque Lacedæmonii & thenienſes in illa ſolenniter inita pace apud *Thucyd.* ſupra c.

P. 544. *ſæpius univerſa acies concurrerunt, & inter-*

ternecione finem ſtatuerunt) Adeo pax ſemper re
pretioſa habebatur. Scilicet plurimis illud inhæſ
Meneclidis apud *Corn. Nep.* Epam. cap. V, 3. *parit*
pax bello. Alii ſubinde, quos dura ſors belli maxim
preſſit eam ardentiſſimis precibus contendere a ſuo N
mine maluerunt. vid. Æneid. IV, 36. ſeqq. Etenii

Nulla ſalus bello, pacem te poſcimus omnes.

SOLI DEO GLORIA.

Digitized by Google

Numerorum explicatio ad Fig. pag. 86. & 87.

1. Conſultores jam primum advenientes.
2. Cauponæ, aliique qui Antiſtitum emiſſarii aut miniſtri erant.
3. Sacerdotes, qui conſultorum aures ac mentes ſuperſtitione magis implebant.
4. Conſultores capite obtecto, per callem anguſtum, ac ſub tubarum ſonitu, ad templum ducti: tum ne (quaſi) aliquid mali auribus perciperent; tum ut ſic ſuperſtitio ac metus in ipſis per ea adaugerentur.
5. Tubicines, Tympaniſtæ aliique ibi in via poſiti.
6. Purificationes totius corporis.
7. Purificationes, ſeu luſtrationes, per περιῤῥαντήρια, lauri ramis &c.
8. Peccatorum jam ante commiſſorum confeſſiones: ut ita melius quoque de conſultorum poſtulationibus obſignatis, libellis inſcriptis judicare valerent &c.

9. *Sacrificia, Haruſpicinæ Auguria &c. ut bona omina obtinerentur; vel jam obtenta viderentur.*
10. *Introitus in Templi* περίβολον, *ſ. ſacrum ſeptum.*
11. *Cella, in qua ſedentes Conſultores Pythiæ reſponſa audiebant.*
12. *Fons Caſtalius, ex qua Pythia hauriebat aquam fatidicam, ante introitum ad adyta.*
13. *Templi* προπύλαιον, *ſ.* πρόναος.
14. *Cella, in quibus tam Pythia, quam Sacerdotes atque antiſtites morabantur.*
15. *Ipſe Templi* περίβολος, *ſ. ſacrum ſeptum.*
16. *Circulus collium ac monticulorum, quibus Templum ab inferiori parte obſeptum ſonitus ibi factos multiplicatos atque adductos reddebat.*
17. *Pedes montis Parnaſſi rupium, qui huc maxime faciebant.*
18. *Urbs ipſa Delphorum pro parte procul in conſpectu.*

INDEX

Digitized by Google



annexa eſt.

Weis Arg. ſc. 1743

INDEX

Rerum & Verborum.

Numeris additæ ſunt literæ A. & F. quarum hæc Feithii textum, illa Animadverſiones deſignat: quod & in altero, qui ſequitur Indice velim obſerves.

A.

Abantes tergo comati f. 353
Abluebant corpus Superis ſacra facturi A 20.
Aciei diſpoſitio f. 511. ſeq. A. 81
Acroſtolia f. 502. A. 80
Adulteram in matrimonio retinere Romanis non licuit f. 240
- - *adulter in matrimonium ſumere cogebatur* A. 44
Adulterarum dotes marito ceſſerunt f. 240
Adulterii poena pecunia aliquando redempta f. 239

Digitized by Google

Adulterii poena capitalis f. 239
- - - *apud varias gentes* A. 44
Ælius Hadrianus Athenis templum exſtruxit & quale? f. 24. A. 9
Ærarium quis primus condiderit? f. 159
Æris uſus antiquior ferri f. 483
Ἀέλιοι *quinam dicti?* A. 40
Ἀετὸς f. 22. A. 8
Ἄγαλμα f. 31
Aglaurus Cecropis filia Minervæ ſacerdos A. 11
Agni Mercurio & Nymphis oblati f. 64
Ἀγορὰ *differt* ἀβουλή *& quomodo?* A. 35
Agrorum quædam portiones Diis conſecratæ f. 16
- - - *dedicationis & conſecrationis modus* A. 6
- - - *eæ ſæpius non colebantur* f. 17
- - - *quorundam fructus collecti & in ſacros uſus repoſiti* ibid.
- - - *Principibus etiam datæ* f. 155
- - - *fortiſſimo cuique viro in præmium ſæpius decretæ* f. 533
Argorum termini divini & religioſe habiti f. 402. A. 67
Agros hoſtiles dividendi mos apud Athenienſes A. 67
Αἰπόλος *&* αἰπόλος αἰγῶν A. 38
Αἴθυσα A. 56
Ακράτισμα A. 47. 81

Ἄλα

λα λείχειν proverb. f. 275
αλάζειν unde? f. 516
αλητόν ibid.
auda gallica quædam legio dicta f. 460
bæ veſtis uſus f. 99. A. 26
cyone Junonis ſacerdos A. 11
ites auſpicia ferentes quænam? A. 31
λφεσίβοιαι puellæ quænam dictæ? f. 207
A. 39
ltaria & aræ differunt & quomodo? A. 19
ltaria ubinam poſita? f. 67. ſeq
ltarium materia A. 20
vid. etiam Ara.
lmazones equos ſacrificarunt Marti A. 19
Ἀμιτροχίτωνες quinam dicti? f. 464
Amphiaraus divinationibus celebris f. 128
Amphius λινοθώρηξ A. 77
Ἄμπυξ ornamentum muliebre quale? f. 325
A. 50
Ἀναβάται A. 74
Ἀνάεδνοι filiæ quænam? f. 208. A. 39
Ἀναίνεσθαι A. 40
Ἀνακαλυπτήρια A. 41
Ἀνακαλυπτήριος tertius poſt nuptias dies A. 42
Ἄνακτες ſervorum domini dicebantur f. 263 ſq.
Ἀνδρών ædium locus, ubi viri degebant f. 365
Animarum evocatio frequens f. 137. ſq.
Animas defunctorum prope tumulos verſari creditum eſt ibid.

Anima-

Digitized by Google

Animalium oblatione hominum antiquiſſimi abſtinuerunt A. 18
Animalia quædam certis diis propria, nec alia immolata f. 62
Anniverſaria ſacra f. 90
Ἀνυποδησίας *mos quibusnam olim in uſu fuerit?* A. 50
Annulorum uſus Homeri tempore ignotus f. 329
Ἄοικοι *coelibes dicti & cur?* A. 42
Ἀπαρχαί A. 21
Ἀποβάται A. 74
Ἀπόγονοι A. 44
Apollo unde dictus? A. 6
- - - *leges ceciniſſe fertur* A. 36
- - - *ab iis, qui cædem erant patraturi, ſæpe in auxilium vocatus, & cur?* A. 37
- - - *cædes non culpandas reponſo ſuo ratas habuit* ibid.
- - - κουροτρόφος *unde dictus* A. 55
- - - ἑκατηβόλος & ἑκηβόλος f. 9. A. 3
Apollinis alia cognomina eorumque expoſitio A. 3
- - - *Delii ara incruenta* A. 18
- - - *officia* f. 8. ſeq
- - - *in hominum vitam poteſtas* f. 15
- - - *Pythii oraculum celeberrimum* f. 127
Apollini peſtilentiales morbi &c. imputati A. 5
- - - *quænam animalia immolata* f. 63
Ἀποθέωσις *Græcorum* A. 2

Ἀπο-

'οτιμᾶν, ἀποτιμᾶσθαι, ἀποτιμήματα A. 41
|ua ſalſa luſtrationibus adhibita f. 39
|ua dulcis ſale injecto in eundem uſum ibid.
- - luſtrali vas quoddam repletum ante domum defuncti luctus ſignum A. 26
'ua ſimpliciſſimus & primus omnium potus f. 276
|uâ primitus libationes fiebant A. 17
- - pura è fonte recens hauſta in purgationibus A. 14
- - marina abluitioni adhibita f. 243 ſeq.
- - calida corpori ac pedibus abluendis inſerviit A. 60
; - gelida abluendis manibus ibid.
- - tepida vulneribus abluendis f. 521
quam e fonte afferre mulierum opus & quarum? f. 423. A. 70
- - in refocillationem ſpiritum agentium adhibebant f. 522
ıra & altare differunt & quomodo? A. 19
ræ ſupplicum refugium & ſervorum f. 392 A. 64
- - Heroibus etiam exſtructæ f. 94
Aras manu tenere, floribus & ſeries ornare ſupplicum mos f. 392. A. 64
Ara ignoti Dei f. 2. A. 1
vid. etiam Altare
Aratum eſt bobus eſt mulis f. 403

Arbores

Arbores in Deorum honorem plantatæ f. 17
Arborum cultus ibid.
Arcus abs humero ſuſpendebant f. 477
Arcus tendendi modus ibid.
Arcuum materia ibid.
Argenti hoſtibus ablati decimæ diis conſecratæ f. 86. A. 24
Argivorum ſcuta præſtantiſſima A. 78
Argo navis πεντηκόντορος f. 500. A. 80
Argonautarum numerus A. ibid.
- - - *princeps & dux Jaſon* A. ibid.
Ἀριστῆες *quinam dicti?* A. 75.
Ἄριστοι *quinam & unde ſic appellati?* f. 452 A. 75
Ἄριστον *cibus matutinus* A. 47. 81
Arma perpetuo ferre Græci ſolebant & cur? f. 452
- - - *cum mortuo in rogum conjecta* f. 110
- - - *ſplendentia veteres adamabant* f. 486. ſeq.
- - - *eorum materia* f. 482. 485
- - - *in eorum abjectionem graviter animadverſum* A. 76
Armati in concionem venere nonnulli A. 35
Aſyla Græcorum & Hebræorum A. 65
- - - *non ubique nec in omnibus templis erant* ibid.
- - - *conſtituendi libertas quando maxime creverit?* ibid.

Aſperſerunt modo corpus Inferis ſacra facturi A. 20
Aſſyriorum mos vendendi procis virgines A. 39
Athenæ κοινὴ ἑστία *unde dictæ?* A. 59
Athenienſes cicadas aureas capillitio inſerebant f. 352
Athenienſes δεισιδαιμονέστεροι f. 2
- - - *Epimenidis conſilio* βωμοὺς ἀνωνύμους *exſtruxerunt.* A. 1.
- - - *apud eos Ara ignoti Dei* f. 2. A. 1
Aucupio ſe veteres exercebant f. 413
Aves in cibo habebant f. 272
Augiæ opes f. 407. ſeq.
Augiæ ſtabulum repurgare, proverbium A. 68
Auguria ex avium volatu ac cantu f. 128
- - - *quænam iis auctoritas fuerit?* f. 134
- - - *in contrahendo matrimonio quoque conſulta* A. 41
Αὐλή f. 68. 358. A. 55
Aurigæ officium ſibi principes ſæpe præſtant. f. 495
Auris Memoriæ Sacra A. 5
Αὐτοχειρία *lugentium, ejuſque exempla* f. 400 A. 67
Αὐτουργία *principum virorum* A. 68
- - - *Theſſalorum* f. 174. A. 35

B.

Bacchi munera f. 10
- - - *ſimulacro cornua adjici ſolita* A. 47

Bacchus κεϱασφοϱυτς pictus & cur? f. 282 A. 47
Balnea marina Romanis exquiſita f. 343
- - - *intra urbem ædificare olim illicitum* A. 52
Barditus, bellicus Germanorum clamor f. 517 A. 82
Barritus, idem A. ibid.
Bellorum variæ cauſæ f. 453. ſq. A. 76
Bellum indicendi modus apud Græcos & Romanos A. ibid.
- - - *nonnunquam μονομαχίᾳ compoſitum* f. 543
Bipennium uſus in bello f. 481
- - - *in navali pugna* ibid.
Βοὴν ἀγαϑοὶ *quinam & unde dicti?* f. 518
Βόες *ab Homero pro nummis uſurpantur nonnunquam* f. 200. A. 38
Bos ætate major Jovi immolatus f. 63
- - - *Solonis lege non mactandus* f. 62 coll. A. 18
- - - *arator non immolandus* f. ibid.
Boves inaurandi mos & modus f. 64
- - - *Græci deamabant* f. 405
Bovis figura nummis olim impreſſa f. 200
Boum uſus in arando & triturando f. 404
Bουλευταί A. 36
Βουλή *quid? & quomodo differt ab* ἀγοϱά A. 35

Bupha-

Buphagus Dianæ ſagittis confixus A. 5
Butypi familia Attica, unde nomen ipſis? A. 35

C.

Cadaver exhalata anima ſtatim lotum ac unctum f. 98
- - - *veſte ferali indutum & lecto impoſitum* f. 99
- - - *ab uxoribus hoc maritis factum* A. 26
- - - *coronis ornatum* A. ibid.
Cadaver in atrio domus collocatum pedibus verſus portam protenſis f. 100
- - - *tertia die elatum, aliquando ſerius* f. 105. ſeq.
- - - *elatio facta de die non noctu & cur?* A. 28
Cadavera cæſorum ad ſepulturam poſcere deditionis ſignum apud Græcos A. 83
- - - *feris ſæpe projiciebantur* f. 522
- - - *diripiebantur nonnunquam* f. 525
- - - *conventione facta ſuis reddita, ſepulturæ mandata, v. pretio redempta* f. 525. ſq. A. 38
Cæde qui ſe polluerant, luſtrabantur f. 40. ſeq.
Cædem patraturi Apollinem, Jovem &c. in auxilium ſæpe vocabant A. 37
Cædes non culpandas Apollo ratas habuit ibid.
Cædis expiatio quomodo facta A. 15
Cæſtus & Ceſtus differunt A. 75

Cananæa terra Judæis ſorte diſtributa A. 67
canes ad domus portas excubabant f. 357
- - - *quomodo inde dicti* ibid.
- - - *venatici* f. 412
- - - *menſales ſ.* τραπεζῆες f. 413
cantus cum citharæ ſono jungi ſolebat f. 428
Cantu quænam res celebrata? f. 429. ſq. A. 71
Cantus frequens in deorum ſacris f. 431
Capilli quinam laudati? f. 351
Capilli nonnunquam artificioſe criſpati ibid.
Capillis aurum implexum f. 352
Capillorum anteriora quidem reſecabant f. 353

vid. etiam in Coma

Capra Jovi immolata f. 62
Capti in prælio pretio quandoque redempti f. 529
Caput humanum Jovi ſacrum f. 14
capite nudo veteres inceſſerunt utplurimum f. 334
- - - *ſordibus conſpurcato lugebant* f. 396
Cares homines ſerviles f. 263
- - *criſtatarum galearum inventores* A. 77
- - - ἀλεκτρυῶνες *dicti* f. 460
Carne aſſa & elixa veteres veſcebantur f. 270
- - - *animalium provectioris ætatis in cibo uſi* f. 271
Caſei uſus antiquis haud ignotus f. 273
Caſtimonia, præparatio ad rem ſacram faciundam A. 20

caſto·

Digitized by Google

Caſtores navigantium patroni f. 10
Caſtra quomodo munita? f. 505
Cauponariam exercere antiquitus ignominioſum A. 58
Cecropis inſtituta ſacra f. 26. A. 9. 17
Celeres Romanorum unde nomen adepti? A. 74
Cervices in luctu diſcerptæ A. 66
Ceſtus vid. Cæſtus
Χαῖρε *ſalutantium vox, ejusque varius uſus* f. 377. A. 60
Χαλκεύς de fabro ferrario f. 484
Χαλκοθῆκαι loculi poculorum æneorum f. 282
Χαλκοχίτωνες *Græci cur?* A. 78
Χαρίζεσθαι *fœmina quænam dicta?* A. 40
Χεῖρας ἀνασχεῖν *precari* A. 16
Χειρίδες f. 330
Χέλυς f. 426
Χέρνιβον, τὸ, *Homero minus uſitatum quid denotet?* A. 20. ſq.
Χέρνιψ *in ædibus ubinam poſita?* A. 21
- - - *differt a* λέβης *&* *quomodo?* ibid.
Chiron Achillis præceptor f. 251
Chirothecæ antiquis ignotæ f. 330
Χιτών *armatis etiam abs Homero tribuitur* f. 313. 462
Χλαῖνα *veſtis & pars lecti* f. 315. 335. ſq.
Chordarum citharæ quarundam denominatio A. 71
cibus Græcorum f. 268. ſeqq.

- - - *antiquiſſimorum hominum* A. 46.
Cibi ſumendi tempus f. 285. ſeq.
- - - *reliquiæ quomodo & in quem finem aſſervatæ?* f. 312
Cincimos amabant veteres f. 351
- - - *maxime Athenienſes* A. 54
- - - *inſtar cornu effigiabant* f. 352
Cincti quinam dicti? A. 78
Cinctus Marti aſſignatus f. 14
Cingebantur viri milites præſertim apud Orientales f. 321
cingere, pro arma induere f. 465
cingulum geſtamen Heroum & pugnantium f. 464
- - - *commiſſo prælio deponebant* f. 465
cithara ſeptem chordis intendebatur f. 426
- - - *non differt a* λύρα & φόρμιγξ ibid.
civitatem communi jure inhabitare homines quando cœperunt f. 144
civitatibus olim ſingulis reges conſtituti ibid.
clamor bellicus pugnantium f. 516
- - - *Barbarorum* f. 517
Claſſicum quomodo datum? A. 82
clavæ uſus in bello f. 481
clypeorum figura f. 468. A. 78
vide reliqua in Scutum
Cœna veterum lautior quam prandium f. 287. ſq.
- - - *etymon hujus vocis* f. 288. ſeq.

colo-

Digitized by Google

colophoniorum in coma alenda & ornanda luxus f. 352. A. 54
colum tractare fœminarum f. 417
colus Helenæ pretioſus f. 418
- - - *inter apparatum nuptialem* f. 421
comæ ſtudio quinam maxime dediti fuerant? A. 53
- - - *ſtudium in viris ſæpius damnatum* f. 354. A. 55
comæ flavus color in pretio habitus & ideo ſtudioſe quæſitus A. 53. f. 350
comam in luctu quomodo violabant f. 103 f. 395. A. 66
- - - *cadaveri injiciebant* f. 104
- - - *cadaveris domui appendebant in luctus ſignum* A. 27
- - - *fluminibus dicabant* f. 353. ſeq. A. 54. ſeq.
- - - *mittebant abſentes* A. 55
- - - *decoris gratia alebant* f. 349
combuſtionis ante ſepulturam cauſa & origo A. 28
conciones ubinam habitæ? & ſpeciatim apud Athenienſes f. 178. A. 35
- - - *de quibusnam rebus habitæ?* f. 176 179
- - - *quomodo habitæ?* f. 177. ſeq.
concionem armati frequentabant A. 35
Concio ſecunda apud Athenienſes qua menſis die habi-

habita & quid ibi conſultum? A. 35
- - - *pro concione verba facientium habitus & ſtatus* A. ibid.
concubinas habere conſuetum f. 241
- - - *Græci ægre admiſerunt* f. 242
convivarum numerus indefinitus f. 295
conviviorum Sacrorum Deos credebant participes f. 79
- - - *tria genera* f. 290
- - - *cauſa præcipua quænam?* f. 292
- - - *quædam portio Diis aſſignata* f. ibid.
convivia a principibus præſertim viris inſtituta f. 293
- - - *ad ea ſi quis invitaretur, honori datum* f. 295
- - - *in eis προεδρίαν obſervabant* f. 299
- - - *varia colloquia ſerebantur* f. 308
- - - *in noctem ſæpe protracta* f. 311
- - - *ſedentes utplurimum celebrabant* f. 296
Convivium ferale τάφος dictum f. 123
convivis certa portio attributa f. 302. ſq.
- - - *liberum erat diſceſſum petere* f. 309
convivæ de ſua portione aliis etiam largiebantur f. 304
- - - *ante noctem utplurimum diſcedebant* f. 309. A. 49
- - *quid in diſceſſu obſervaverint?* f. & A. ib.
Coquorum miniſterium in ſacrificiis A. 35

cor-

Digitized by Google

Cornua bovis immolandi auro obducta f. 64
- - - *Bacchi ſimulacro adjici ſolita* A. 47
Cornibus boum antiqui pro poculis uſi f. 282
Coronare quid? A. 23
Corona apud antiquiſſimos Græcorum in uſu non fuerunt A. 22
- - - *diis donatæ* f. 82
- - - *ſingulis diis diverſæ* f. 83. A. 23
- - - *diis ſolis tributæ* f. 82. 166
- - - *inter regum inſignia* f. 166
Coronæ victorum præmia & quales? f. 444
Coronæ in conviviis A. 49
- - - *in ſupplicationibus* A. 63
- - - *mulierum ornamentum* f. 329. A. 50
- - - *mortuorum* A. 26
Corporis humani partes Deorum tutelæ aſſignatæ f. 14
Crater, ejusque vocis etymon f. 280
Crateres vino coronare quinam mos? f. 280. ſq.
Cretenſes Minois legibus paruere A. 36
Criſtarum in galeis quisnam uſus A. 77
Cubitum euntium ritus f. 333. A. 51
Culter in ſacrificiis Superorum victimæ imponebatur A. 21
- - - *Inferorum ſupponebatur* ibid.
Curetes unde dicti? A. 54
- - - *primi curſu certarunt* A. 74
Cupreſſus luctus inſigne A. 27

Digitized by Google

Curru modo nupta ad ædes mariti vehebatur A. 42
Currus bellici quomodo ornati & inſtructi f. 492
- *quot & quomodo equis juncti* ibid. & 494
Curſorum pedeſtrium præmia A. 74
Cynici inhoſpitales f. 368

D.

Δαδυχεῖν A. 42
Dædali opera f. 28. A. 10
Δαίδαλα *artificioſa quæcunque* A. ibid.
Dæmones f. 13
Δαῖται *cur* εἶσαι *ſæpius dicantur* f. 303
Δαιτρός, δαιτύμων ibid.
Decima pars argenti hoſtibus ablati Diis conſecrata f 86
Deditionis ſigna A. 83
Δεκάβοιον *nummus* f. 201
Deductio modo nuptæ è domo patris quomodo facta? A. 42
Δειδίσκεσθαι f. 306
Delphici templi opes f. 87
Δέμνια f. 334
Deſultores equites f. 446
Δημήτερος ἀκτή f. 10
Deæ Eleuſiniæ A. 6
- - - *ager iis ſacer & alia* f. 17. A. ibid.
Dei cognitio naturalis f. 1
Deorum nomina unde & quomodo invecta f. 3
- - - *ignotorum aræ* f. 2. A. 1

- - - *diver-*

Digitized by Google

- - - *diverſitas* f. 5. ſeq.
- - - *genealogiæ* f. 6. ſeq.
- - - *ſingulorum officia* f. 8. ſeqq.
Dii anonymi f. 3
Dii Magni XII. f. 5. ſeq.
- - - *ſingulis duodecim menſibus præfecti* A. 1
- - - *Tutelares* f. 11
Diis decimæ argenti hoſtibus abrepti conſecratæ f. 86. A. 24
- - - *ſubterraneis ubinam ſacrificatum* A. 19
- - - *terræ quædam loca, at non promiſcue dicata* A. 4
- - - *nil mutilum offerendum* A. 18
Dextræ partes ſemper fauſtæ f. 128
Dextra mundi pars quænam a Græcis & Romanis habita? f. 129. A. 31
Dextra hoſpites excepti f. 375.
Dextra cur hoſpitii inſigne A. 59
- - - *fidei ſymbolum* f. 539.
Dextram prehendentes ſe mutuo alloquebantur amici f. 376
- - - *jungebant in pangendis fœderibus* f. 538. A. 85
Diadema f. 165. A. 34
Διακόπτων *in conviviis* A. 48
Διανέμων ibid.
Dianæ officia f. 10
- - - λυσιζώνη *mulieres parturientes zonam offerebant* A. 49

- - - *poteſtas in vitam humanam* f. 14. ſeq. A. 5
Digiti Minervæ dicati f. 14
Διογενεῖς *reges unde dicti?* f. 149. A. 33
Dionyſia quando celebrata? A. 22
Διοτρεφεῖς *reges unde?* f. 149
Δίφρος f. 298
Diſcedere ante noctem e convivio apud quosdam lege cautum f. 310
Diſcedentes convivæ quid obſervaverint? f. 309. A. 49
Diſceſſum ipſi convivæ petebant f. ibid. A. 61
Diſci ludus frequens f. 446
Diſcincti quinam dicti? A. 78
Diverſoria antiquitus nulla f. 371. A. 58
Divinationis varii modi f. 126. ſqq. A. 30
Divitiæ veterum in quonam conſiſtebant f. 202. 405
Dodonæum oraculum antiquiſſimum f. 127
- - - *reſponſa e quercu dedit* f. ibid. A. 30
Domi aliquando ſepultum A. 29
Dominorum in ſervos ampla poteſtas f. 264 A. 45
Domuum forma apud antiquos f. 357. ſqq.
- - - *materia, partes earumque ſeries* f. ibid. A. 56
Domus lugentis ſigna A. 26. ſeq.
Donaria cum ſacrificiis juncta f. 52
- - - *varia diis dicata* f. 82. ſeqq.

Dona-

Digitized by Google

Donariis elogia inſcribi ſolita, ejusque rei exempla f. 86. A. 24
Donationes mortis cauſſa f. 209
Δῶρα *quem habeant reſpectum ad* θυσίας f. 53
Dormientes humi ſubſtraverunt capiti herbas f. 339
Dorſum Plutoni ſacrum f. 14
Dos adventitia & profectitia A. 41. ſeq.
- - - *ſponſo data* f. 221
- - - *quando & quomodo referri ſolita* f. 223. A. 42
Dotes adulterarum mariti lucrabantur f. 240
- - - *ſine dote filiæ etiam elocatæ, quæ* ἀνάεδνοι *dictæ* f. 208
Duces copias ſuas tentare ſolebant ante pugnam A. 76
- - - *oratione vel aliis modis animum militibus addebant* f. 515
- - - *in prælio occiſi a toto hoſtili exercitu male habiti* f. 523. ſeq.
Duodenarius deorum numerus ſancte admodum habitus A. 1

E.

Ebrietatem heroës etiam vitio habuerunt f. 284
Ἔδνα & ἕδνα *promiſcue legitur* A. 41
Ἔδνα *quid?* f. 205. 221
Educationem liberorum ſummopere curabant Græci f. 246
- - - *ma-*

Digitized by Google

- - - *matres præcipue ſibi ſumſerunt* f. 247
Εἰρεσιώνη A. 62
Ἑκατηβόλος *cur Apollo dictus?* f. 9
Ἑκατόμβαι f. 65. ſeq.
Ἑκατόμβοιος *nummus* f. 200
Ἐλελεῦ f. 516
Eleuſinia Dea &c. vid. in Dea
Ἕλικες f. 327
Ἐναγίζειν f. 88
Ἔναρα A. 83
Ἔνσπονδον A. 85
Ἐγχυτρίστριαι *mulieres in luſtrationibus adhibitæ* A. 15
Ἐπαύλιος *dictus ſecundus poſt nuptias celebratas dies* A. 42
Ephebororum apud Athenienſes mos celebrandi οἰνιστήρια A. 40
Ἔφεδρος A. 74
Ἐπίγονοι *qui?* A. 44
Ἐπιδέξιος συμπότης & ἐπιδέξια f. 307. A. 49
Ἐπὶ σωμάτων *locutio Græca* A. 57
Ἐπίκληρος *virgo quæ?* A. 42. 67
Ἐπιμείλια A. 61
Ἐπιμύλιος ᾠδή A. 72
Ἐπίπροικον f. 222
Ἐπίπροικος *virgo quæ?* A. 42
Epirotæ ſal ac mare ignorabant f. 275
Ἐπιστήματα A. 29

Digitized by Google

ɛπιτιθέναι λιβανωτόν A. 17
ἐπίτροποι genii A. 5
ἐπιτυμβάδιες f. 137
ἐπώνυμοι Heroës apud Athenienſes f. 7. A. 3
Equus Ulyſſis f. 544
Equorum uſus f. 489. A. 67
- - ornamenta f. ibid. ſq.
- - nomina literis inſculptis ſignificata A. 79
- cibus f. 491
Equos quis junxerit primus quadrigis A. 74
Equis non niſi curru junctis an olim pugnatum? f. 492. A. 79. ſq.
ἔρανος quale convivium f. 290. ſq. A. 48
Erechtheus divinis honoribus affectus f. 7
- - ejus tribus prima apud Athenienſ. A. 3
Erichthonius primus quadrigis vectus A. 74
ἑρκεῖος Ζεύς f. 12
- - ejus ara ubinam in ædibus poſita? f. 68. 358.
ἕρματα f. 327
ἐρυσίπτολις Minerva f. 12
ἑσπέρισμα f. 286
ἑστία focus penatis ſubinde pro tota domo A. 19
ἐσχάραι aræ inferorum Deorum dictæ A. ibid.
ἐχίσαρκος veſtis quænam? f. 313. ſq. A. 62
Excubiæ noctu factæ f. 507
Exploratorum uſus in bello f. 508

F.

Faces in nuptiis f. 226

Femo-

Femora in luctu cæſa f. 399
Ferarum carnes in cibo fuerunt f. 271. ſq.
Feris petra refugium f. 392. A. 64
Ferentarii A. 79
Ferri uſus recentior æris f. 483
Feſtis diebus otium ab omni labore f. 80
Feſtivitates poſt meſſem frequentes f. 81
Flamma ſacrificialis omina dedit ante pugnam A. 81
Fluvii unde κυροτρόφοι *dicti?* A. 55
Fluviis ſe abluere ſoliti f. 344
- - - *comam alere & fluviis abſcindere moris erat* f. 353. A. 54. ſq.
- - - *tauri immolati* f. 63
Foco aſſidere ſupplicum mos f. 391. A. 64
Fœdera ſanguinis humani guſtu quandoque inita A. 84
- - - *variis ritibus contracta* f. 536. ſqq.
- - - *pangentes Jovem invocabant* f. 541
- - - *quibus conditionibus inita* f. 542
- - - *nonniſi diis teſtibus pacta* f. 540. A. 85
- - - *jurejurando confirmata* A. ibid.
Fores quomodo clauſæ? f. 366
Foſſæ a tergo copiarum ſtructæ & cur? f. 515
Foveæ in ſacris Inferorum & Herou m f. 95
Frenorum materia f. 489. ſeq.
Frons ſacra Genio f. 14
Fructus agrorum ſacrorum in ſacros uſus repoſiti f. 17

Fru-

Digitized by Google

uctus in cibo f. 273
lgur ominoſum A. 31
mus ab obſeſſis quando & cur excitatus A. 80
- - *in navali prælio quid indicaverit?* A. 81
ndæ deſcriptio A. 79
nda in bello quinam uſi f. 479. A. ibid.
ndere in libationibus A. 22
nerandi religio f. 96. ſqq.
- - *ritus* f. 109. ſqq.
mus adipe oblinire ſingulare erat f. 109. ſq.
meris combuſtio quomodo peracta f. 107 ſeqq.
urta Græcis frequentia f. 191
urta heroës etiam ſibi laudi ducebant f. ibid.
- - *quibusdam in locis permiſſa* f. 193
- - *quis primus docuerit* f. 9. & 193
urto ablata quomodo repetita f. 194. ſq.

G.

alcæ in tegendo capite uſus f. 322
- - *uſus in bello* f. 458
- - *materia* ibid. & ſeq.
- - *figura* f. 459
- - *quomodo corpori adligatæ* f. 460
άμος quid? f. 229. A. 43
Genæ in luctu diſcerptæ f. 397
Genii quales Dii f. 13
- - *ἐπίτροποι dicti* A. 5
- - *ei frons hominis ſacra* f. 14. A. ibid.

Gen-

Gentes ſacras nullus bello petebat A. 76
Genua ſupplicationi & Miſericordiæ ſacra f. 52. A. 5
- - - *quomodo ſupplices venerati ſint?* f. 388. 390. A. 63
Genubus patrum impoſiti puſiones ludebant f. 249. ſeq.
Γέρας Principum f. 155
- - - *θανόντων ſepultura* f. 122
Germani hoſpitalitate celebres A. 57
Gladio quando pugnatum f. 474
Gladius unde ſuſpenſus f. 475
- - - *ejus ornamentum* ibid.
Γουνπετεῖν & γονάζεσθαι voces ſolennes in ſupplicatione A. 63
Gorgophone prima ſecundas nuptias contraxit A. 43
Græcorum imperium in obſidione mixtum A. 33
- - - *erga peregrinos hoſpitalitas* A. 56. 57
Γυμνικαὶ ἀγῶνες A. 57

H.

Hæreditario jure parentium bona in liberos derivanda f. 211
- - - *liberis deficientibus proxime cognati ſuccedebant* f. 213. ſeq.
Hæreditas ſorte diſtributa & æqualiter f. 212
Haſtæ columnis ædium ſuſpenſæ f. 369
- - - *nomine omnia arma ſubinde veniunt* f. 471. ſeq.

- - - ma-

- - - *materia* f. 472
- - - *forma* ibid.
Haſtarum duplex genus f. 474
Haſtis erigendis σαυρωτὴρ *inſerviit* f. 473
- - *deſeſſi innitebantur* ibid.
- - *priſci reges pro ſceptris uſi* f. 162. ſq.
Hebræorum Aſyla A. 65
Hebræis cum Græcis multi ritus communes f. 33. A. 66. &c.
Helena nendi arte celebris f. 418
Ἡμιτάλαντα *apud Homerum* A. 38. fin.
Hercules hoſtium cadaveribus primus ſepulturam conceſſit A. 82
Heroibus qualis inter Deos locus f. 7
- - *qualis cultus exhibitus?* f. 88. ſqq.
- - *vivis aliquando divini honores habiti* A. 24
Heroës ἐπώνυμοι *apud Athenienſ.* f. 7. A. 3
Hœdi Mercurio & Nymphis mactati f. 64
Homicidiorum varia genera & de iis dicaſteria apud Athenienſes A. 37
Homicidæ ad principis alicujus viri ædes confugere ſolebant f. 186
Homicidii pœna exilium f. 185
- - *aliquando pretio redempta* f. 189
- - *in cauſa primum Athenis judicium habitum* A. 37

Digitized by Google

Homicidia quædam Draconis lege non punita A. 37
ob Homicidium exulanti reditus quando & quomodo conceſſus? A. ibid.
Hoſpes quis dictus? A. 58
Hoſpitalia munera varia f. 203. ſeq. 381
- - - *præſentibus data, abſentibus miſſa* A. 61
Hoſpitalis juris Jupiter cuſtos f. 369
Hoſpitalis teſſeræ uſus f. 372
- - - *deſcriptio* A. 58
Hoſpitii & Hoſpitalitatis origo unde repetenda A. ibid.
Hoſpitii jus Græcis ſemper commendatum f. 368
- - - *inter quoſnam obſervatum* f. 373
- - - *neceſſitudo qualis?* A. 58
- - - *renunciatio quomodo facta* A. 59
Hoſpitalitas quibusn. maxime exhibita A. 58
Hoſpites excipiendi modus f. 374. ſeqq.
- - - *epulis tractandi* A. 61
- - - *dimittendi* ibid.
Hoſpitibus cur divinus ſæpe honor habitus? A. 57
- - - *quinam locus in conviviis aſſignatus?* A. 43
Humandi mos pervetuſtus f. 108
Hymenæus f. 227. A. 27. 43
Hymnus cantus ſacer A. 27
Hymnorum quinam cuique Deo proprii f. 452. A. 71

Iſsa

I.

Ἱερὰ ὅπλα quænam dicta? A. 23. fin.
Ἱερεῖον f. 292
Ἱερεύειν ibid.
Ἱερεὺς & μάντις nonnunquam conjuncti f. 131
Ἱερὸν quid proprie dictum? A. 1
Ἱεροσκόποι f. 132
Ἱεροφύλακες A. 12
Ignis uſus in expiationibus f. 40
- - - *in terrendis & capiendis leonibus* f. 412
Ἱκετηρία f. 387
Ἱκετηρίαι λευκοστεφεῖς A. 63
Imperium quisque olim in ſuam familiam exercuit f. 143
- - - *Græcorum in obſidione mixtum* A. 33
Incantationis effectus f. 139
- - - *Antidotum* f. 140
- - - *uſus in propellendis morbis* f. 141
Inferorum Sacra f. 91. ſeqq.
Inferis ſacra facientes aſperſi modo, non abluti A. 20
Inſcriptiones donariorum A. 24
Inſertorium quid f. 470
Ἵππειος ποσειδῶν unde? A. 3
Juba equorum quomodo colligata f. 490
- - - *quomodo nitidior facta* f. 491
Judicia quomodo & ubi habita f. 180. ſeqq. A. 35

Digitized by Google

Judicii locus circulo comprehenſus f. 181
- - - *apud Athenienſes* A. 35
Judiciorum neceſſitas A. 36
Judicum in judiciis ſedes f. 181
- - - *miſericordia quomodo captata* A. 62
- - - *inſigne, ſceptrum* f. 181
- - - *geſtamen, baculus* f. 182
- - - *præmium pro ſententia optime prolata* f. 183
Juno Ἀργία *ab Argivis culta* A. 4
- - - *differt ab* Ἀργονία ibid.
Junonis ſedentis ſimulacrum A. 10
- - - *ſacerdotes* A. 11
Jupiter vitæ humanæ & tempeſtatum moderator f. 8
- - - πολιεύς *unde dictus* f. 12
- - - ἑρκεῖος f. ibid. & 86
- - - *hoſpitalis juris obſervator & cuſtos* f. 370. ſeq.
- - - *ſupplicum patronus* f. 383
- - - *perjurii ultor & hoc nomine in fœderibus pangendis invocatus* f. 541
Jovi in excelſis ſacra facta f. 21. ſeq.
- - - *varia animalia oblata* f. 63
Jovis Dodonæi oraculum e quercu A. 30
Juvenca Minervæ oblata f. 63
Juvenes in nuptiis ſaltare ſoliti A. 43
- - - *rogum facibus puniceis accendere* A. 28

Καλύπ

Digitized by Google

K.

Καλύπτρα f. 324
Κανόνες f. 470
Καταῖτυξ A. 77
Κείρεσθαι A. 66
Κέλητες a κελητίζειν f. 445. A. 74
Κερατοφυής *Bacchus pingitur & cur?* f. 282. A. 47
Κεστός A. 75
Κήρυκες *miniſtri regum* f. 169
Κηρύκων *officia* ibid. & ſeqq.
- - - *ſpeciatim in bello & ante obſidionem* A. 84
- - - *in pangendis fœderibus* f. 535
- - - *geſtamen*, κηρύκειον *ſ. caduceus* A. 84
- - - *dignitas &* ἀσυλία f. 535. A. 84
- - - *familia quædam nobilis apud Athenienſes* f. 173
- - - *in mactandis victimis adhibita opera* f. 173

vid. etiam in Præcones.

Κληρουχική & κληροῦχοι *apud Athenienſ.* A. 67
Κλισίαι *tentoria* A. 506
Κλισμός f. 298. A. 48
Κοππατίας *equi nomen* A. 79
Κορυνῆται *quinam & unde dicti?* f. 481
Κρήδεμνον f. 326
Κυβιστῆρες & κυβίστησις f. 439. A. 72
Κυνέη, κυνῆ *de galea* f. 458.

Digitized by Google

L.

Lacedæmonii minus hoſpitales A. 57
- - - *an & quatenus cum ſilentio prælium iniiſſe dicendi* f. 517. A. 82
Laceſſere ſe mutuo ſolebant in præliis f. 519
Lactis uſus antiquis in libationibus A. 17
- - - *Hippomolgis familiaris* f. 273
Lactabant matres ipſæ liberos f. 247. ſeq.
Lacrymas fortiſſimi quique in luctu fundebant f. 394
- - - *in Patroclo reprehendit Achilles* A. 65
Lampadum uſus in nuptiis f. 226. A. 42
- - - *in conviviis longius in noctem protractis* f. 311
Lanam ducere mulierum opus f. 417. ſq. A. 69
Lapidatio adulterorum ſupplicium A. 44
Lapides rudes ſimulacrorum olim loco habiti f. 26
λάφυρα A. 83
Lavare manus quoties & quando ſoliti Veteres f. 37. ſeq. 71. 300
Lavare vaſa ſacro uſui deſtinata moris erat f. 37
- - - *veſtes ſæpius lavare ſolitæ mulieres* f. 348
- - - *hoſpites mulierum opus* f. 379. ſq.
- - - *ſe frequentiſſime ſolebant veteres* f. 341
Lauri uſus in luſtrationibus A. 14
- - - *in ſupplicationibus, ejusque ſymbolum* A. 62

- - - in

Digitized by Google

- - - *in luctu* A. 27
Λέβης differt a χέρνιψ & quomodo A. 21
Lectorum materia f. 334. ſeq.
- - - *forma* f. 337
- - - *lecto ferali corpus mortui linteo involutum imponebatur* f. 99
Legati publici quo loco habiti? f. 535
- - *a Mercurio originem ſuam repetunt* ibid.
Leges poſitivæ heroum tempore nullæ & cur? A. 36
- - - *fuerunt Athenienſibus ante Ogygis tempora* A. 37
Leo igne maxime terretur & capitur f. 412
Leoninam pellem heroës ſæpe geſtarunt f. 462. ſq.
Levis armaturæ milites quibusnam armis inſtructi? A. 79
Leucotheæ templum ſervis inacceſſum, vid. in Matutæ
Lex Divina de non obturando bovis triturantis ore A. 67
Libare a λείβω A. 17
Libatum antiquitus vino & quali? f. 53. A. 84
Libaminum mixtura in parentationib. A. 24. fin.
Libationes evchariſticæ quando fuſæ A. 15
- - - *frequentes in mortuorum ſacris* f. 91
- - - *in pangendis fœderibus* A. 84
- - - *variis ritibus peractæ* f. 54
- - - *cum precibus utplurimum junctæ* f. ibid.
Liberis quando & quomodo nomina impoſita A. 44

Digitized by Google

Liberorum erga parentes officia f. 253. ſeqq.
Liberos exponere quibusn. conſuetum olim? A. 44
Linguas incidebant eloquentiæ cultores, maxime apud Athenienſes f. 309. A. 49
Linum adhibitum ad lecti ſtratum f. 338. A. 51
Λιταὶ *Jovis filiæ ſupplicum vindices* f. 383
Loca terræ diis haud promiſcue dedicata A. 4
Locuples etymon f. 407
Λόφος f. 459. A. 77
Lucinæ officia f. 10. A. 3
Lucta inter certamina ludicra f. 447
- - - *quotuplex?* A. 75
Luctantes nudi media tantum corporis parte cincti f. 448. ſeq.
- - - *quando primum totos ſeſe nudaverint?* A. 75
Lucus gentilium f. 17
Lucorum forma ibid.
- - - *cauſa & origo* A. 7
Ludi quinam abs Homero memorati? A. 73
- - - *varii generis apud veteres* f. 443. ſqq.
- - - *in deorum maxime honorem inſtituti* ibid.
- - - *in hoſpitis nobilioris gratiam* f. 444
- - - *funebres* f. 124. 444. ſeq.
- - - *pueriles* f. 450
Ludorum præſides f. 444. ſeq.
Lugebant mortuum voce, tibiis &c. f. 101. ſq.
Lugendi tempus f. 105

Lugen-

Lugentium ritus f. 394. ſqq.
- - - *Græcis cum Hebræis quoad maximam partem communes* A. 66
- - - αὐτοχειρία *frequens* f. 400. A. 67
Luctus ſigna varia f. 103. A. 26. ſq.
Lumen noctu accendere ſolebant obſeſſi & cur? A. 80
- - - *etiam in navali prælio* A. 81
Luſtrandi quinam? f. 40
Luſtratio magica A. 32
Luſtrationum varia genera A. 13
- - - *variæ cauſæ* f. 42
Λύρα, φόρμιγξ, κίθαρις *an differant?* f. 425 A. 71
Lycurgus quot annis pubertatem definiverit A. 40
Lyſimache Minervæ ſacerdos A. 11

M.

Μάχαιραι *gladiorum vaginis appenſæ* f. 476
- - - *cultri uſum præſtabant* ibid.
Magiæ frequens & varius uſus f. 135. A. 32
Magi apud Perſas omni ſacræ rei faciundæ intererant f. 69
Magiſtratus inferiores quomodo electi A. 33
Magiſtratus dignitate quinam excluſi ibid.
Manes Dii f. 91
Μάντεις *quinam dicti?* f. 126
Manus ſupinas ſupplices protendebant f. 385 A. 62
- - - *velatas habebant* f. 386. A. 63

Digitized by Google

Manus dextra, vid. Dextra.
Manum dextram præcipue oſculabantur ſupplices A. 64
Martis belli cura f. 9
Matrimonia parentum voluntate contracta & conſultis nonnunquam auſpiciis f. 219. A. 41
Matutæ templum ſervis adire interdictum A. 65
Medicam artem heroës etiam exercuerunt f. 522
Mel in libationibus olim adhibitum A. 17
Mel & oleum in funeris combuſtione f. 110
Memoria auris ſacra A. 5
Menſa variis ferculis refertæ reperiebantur in Templis f. 79
- - *quotidianæ quomodo terſa ac politæ?* f. 301
- - - *ſingulis convivis adpoſitæ?* f. ibid.
- - - *ſecundæ lautiores* A. 45
Menſam linteis non ſternebant f. 302
Menſarum forma f. 301
- - - *Materia* ibid.
Mentum ſupplices tangebant & cur? f. 389. A. 63
Mentum attingere non cuivis licuit A. ibid.
Mercatura priſca in permutatione rerum f. 197. ſeqq.
Mercenariorum opera f. 265
Mercurii officia f. 9
Mercurius ἡγήτωρ ὀνείρων dictus? ibid.
- - - *furum Deus* ibid.

- - - Jo

Digitized by Google

- - - *Jovis διάκονος in perferendis nunciis* A. 3
- - - *Legatorum & Præconum parens* f. 535
Merita alterius diis exponebant, qui pro alio precabantur A. 16
Mero utebantur, indulgentes genio f. 284
Meſſem ſequebantur plurimæ feſtivitates f. 81
Metamorphoſis magica f. 139
Μέθη f. 79
Mina atticum numiſma A. 38
Minervæ officia f. 10
- - - *Templum quoddam in ſummo montis cacumine* A. 8
- - - *juvenca immolata* f. 63
- - - *olea ſacra* A. 7
- - - *urbium cura demandata* f. 12
- - - ἐρυσίπτολις *nomen* f. ibid.
- - - *unde* πολιάδος *nomen* A. 4
Minos primus piraras perſecutus f. 195
Minyas primus ærarium exſtruxit f. 159
Miſericordiæ genua ſacrata A. 5
- - - *in judicibus commovendæ, ergo quid factum nonnunquam vid. Judicum*
Μίτρα παρθενική f. 320
- - - *armatorum* f. 464. A. 78
Mneſtheus equos ornandi peritia clarus A. 79
Μοιχάγρια f. 239. A. 44
Molæ ſalſæ quomodo confectæ f. 56. ſeq.
- - - *uſus earum in ſacris* f. 57. ſeq.

- - - *tergo*

Digitized by Google

- - - *tergo & capiti victima impoſita* f. 72
Molere ſolebant fœminæ f. 421
- - - *& viri* A. 70
Molarum & piſtorum uſus ſerius invaluit apud Romanos A. ibid.
Moly magiæ antidotum f. 146
Monarchia Homero placet f. 145
Monomachiâ ſæpe belli contentio dirempta f. 543
Montes Pan habuit A. 4
- - - *omnes Jovis nomine appellati & cur?* f. 22
Mortem ſibi lugentes quandoque conſciverunt f. 400
Mortúis oculi clauſi & a quibus f. 97. A. 25
de Mortuis non niſi bene A. 29
Mulier adultera ceſſit adultero A. 44
Mulieres bello captæ victoribus diſtributæ A. 83
Mulierum raptus cauſa ſæpe bellorum f. 454 ſq.
Mulierum arcta coërcitio A. 56
- - - *operibus certa quædam conclavia deſtinata in ædibus* A. 69
Mundi inſigniores partes pro numinibus habitæ f. 2
- - - *dextra pars oriens, ſiniſtra occidens* f. 129
Munera & donaria quo ſenſu a Latinis uſurpata f. 53
- - - *hoſpitalia* f. 203. 381
- - - *qui acceperunt, vicem ſubinde reddiderunt* A. 39

Muſa-

Muſarum officia f. 10
Muſica veteribus in deliciis f. 432
- - - *omnis ſapientiæ magiſtra putabatur* f. 434
Muſicæ uſus in conviviis f. 435. A. 72
- - - *in caſtris* f. 436
- - - *in agris* ibid.
- - - *inſtrumenta varia* f. 425
Muſici veterum ſapientiæ laude clari f. 433
- - - *virtutum magiſtri* f. 434
Mutilum Diis non offerendum A. 18

N.

Ναός f. 19
- - - *differt a* βωμός A. 7
- - - *ejus etymon* A. ibid.
Navibus frequenter dimicatum f. 497
Navium forma f. 499
- - - *nomina unde deſumpta* f. 501
- - - *ſpecies* f. 499
- - - *ad Trojam perductarum numerus* f. 497
- - - *varii colores & imagines pictæ* f. 500
- - - *Dii tutelares, in iis collocati* f. 501. ſeq.
Νεκῦα *cur dicatur lib. XI. Odyſſ.* f. 136. A. 32
Neptuni officia f. 9
Neptuno in medio mari ſacra facta ab Alexandro A. 19
Neſtoris votum Palladi nuncupatum f. 45. ſq. A. 15
Νηφάλια & νηφάλιοι θυσίαι A. 17
Niobes fabula multis memorata A. 5

Νόθοι

Νόθοι *filii e pellicibus ſuſcepti* f. 243. ſeq
- - - *magna cura educati* f. 24
- - - *hæreditatis partem nacti* f. ibid
Νοθεῖα A. 4
Nomina mortuorum ſepulcris inſcripta f. 11
Νόμος *vox Homero non uſitata* A. 3
Nummis figura bovis impreſſa f. 20
Nummi Homero inde βόες *dicti* A. 3
Nummorum exigua copia olim f. 20
Nuptiæ emptionis & venditionis quædam ſpeci habita a nonnullis f. 207. A. 3
- - - *ſacerdotibus haud interdictæ* A. 11
- - - *inſtitutis quoque certaminibus contracti* f. 2
- - - *inter quasvis perſonas contractæ, pare tibus tantum exceptis* f. 21
Nuptiarum tempus f. 21
- - - *ritus* f. 224. ſeq
Nuptiales epulæ quo fine celebratæ A. 4
Nuptias ſecundas inire religioni ducebant f. 2
- - - *laſciviæ ſignum* f. 2
- - - *non tamen interdictum penitus* f. 2
Nuptiis ſecundis quæ abſtinebant matronæ, mul honore mactabantur A. 4
- - - *abſente marito ſe tradere quando lic tum?* f. 2
Nutricum opera veteres etiam uſi f. 2
Nymphis prata ſacrata A.

O.

Obſeſſi quomodo auxilium expetierint a com nibus? A. 80. fin.

Occidens ſiniſtra mundi pars f. 129
Ocrearum uſus antiquis haud ignotus f. 465. ſeq.
- - - *fibulæ argenteæ adligamentum* f. 466
Oculos morientis quinam clauſerint f. 96. A. 25
Οἰνιστήρια *a quibus & quomodo celebrata?* A. 40
Οἰωνοπόλοι f. 126. 128
Οἰωνιστική *augurandi peritia* f. 128
Olea Minervæ ſacra A. 7
Oleæ ramus in ſupplicatione f. 386. ſeq.
Olei roſacei uſus in ungendo f. 347
- - - *uſus in combuſtione funeris* f. 110
Olera in cibo olim f. 273
Olivæ ſymbolum A. 62
- - - *uſus in ſupplicatione* ibid.
- - - *in luſtrationibus* f. 71
Ὀλολυγή, ὀλολυγός & ὀλλούω *in fauſtis etiam* A. 16
Ὀλολυγμός *mulieribus peculiaris in ſupplicationibus* f. 51. A. ibid.
Olympici certaminis an & quatenus ab Homero mentio facta? A. 73
Ὀνειροπόλοι f. 130
Oratione funebri quinam laudati? A. 29
Ὀπισθέναρ A. 64
Ὅπλα ἱερά *quænam dicta?* A. 23.
Ὁπλοφόροι f. 168. A. 34
Ὀφθαλμός *in conviviis quinam dictus?* A. 49
Opulenti quomodo dicti? A. 67
Orchomenon ἀσυλίας *nomine celebrat Hom.* f. 159

Ori-

Digitized by Google

Oriens dextra mundi pars f. 129
Ὄρκιος *Jupiter unde dictus?* f. 541
Ὅρμος f. 328
Orſippus luctantibus, ut ſe totos denudarent, occaſionem fecit A. 75
Os & reliqua mortui membra decore compoſita f. 96
Oſculis amici excepti f. 377. A. 60
Oſcula variis corporis partibus infiicta f. 377
Oſſa mortui extincto rogo collecta f. 112
- - - *in urnam repoſita* f. 113
- - - *terræ mandata* f. 114
Oſtreorum capturæ mentio apud Homerum f. 414
Ὀθόνη f. 326
Ὀργάς A. 6
Ovis Minervæ oblata f. 64
Οὐλαί f. 56. ſeq.
Οὐλοχύται A. 21
Ὀσχεύς f. 460
Ὠμοθετεῖν f. 76

P.

Pædagogia veteribus in puerorum educatione etiam adhibiti f. 251
Παιᾶνες f. 432
Παιᾶνα ἐπινίκιον *canere ſoliti victores* A. 82
Παλλακίδες f. 242
Pan montes & nemora habuit ſibi ſacrata A. 4
Παναθήναια *quando celebrata?* f. 84. A. 2
Panis Græcorum f. 26
- - - *a mu*

Digitized by Google

- - *a mulieribus paratus* f. 421
anem in caniſtris offerre moris erat conviviis f. 269
άππα f. 251
ππάζειν f. 250
ραβάται deſultores A. 74
αραιβάτης rhedarius f. 495
arcarum officia f. 10
arentationes anniverſariæ apud Romanos f. 94
- - *earum tempus* A. 25
arentum imprecationes liberis graves f. 253
- - *malefacta in liberis quandoque punita* f. 258
αρθενών A. 57
αρηΐον f. 490
αρηόρος f. 493
αρηορία ibid.
άρυρος f. 402
aſtores canibus ſtipati f. 405
ax pretioſa ſemper res habita A. 86
- - *bello petitur* ibid.
- - *precibus a Numinibus efflagitata a multis* ibid.
acis conditiones præcipuæ f. 542
ectus Neptuno ſacrum f. 14
Pectora tundebant lugentes f. 398
Pecunia unde dicta f. 408
Pedes Mercurio dicati f. 14

Digitized by Google

Pedes attingebant ſupplicantes & cur? A. 63
- - - *mortui portam verſus protenſi & cur?* f. 100
Πέδιλα *eorum materia* A. 50
- - - *alias* ὑποδήματα ibid.
- - - *differentia inter ea &* σάνδαλα ibid.
Πεδίον *terra Eleuſiniis deabus ſacrata* A. 6
Πέλανοι A. 18
Pellium uſus in lectis f. 337. ſeq.
- - - *in veſtitu* f. 463
Πεμπώβολα A. 23
Penatum officia f. 13
Penelope caſtitatis laude celebris f. 236
- - - *telâ ſuâ procos luſit* A. 69. fin.
- - - *ab Ulyſſe repudiata fertur a nonnullis* f. 237. ſeq.
Penelopes telam retexere, proverb. A. 69. ſeq.
Πένταθλος *varie deſcribitur* A. 73
Penus cura penes mulieres f. 423
Pepla ſupplicantes mulieres ferre ſolitæ f. 51
- - - *item genibus applicare* ibid.
Πέπλος f. 317. ſeq.
Περίβολος f. 18. A. 7
Περιμάττω, *vox in luſtrationibus ſolennis* A. 14
Perjurii pœna qualis? f. 541. ſeq.
- - - *Deo ſoli relinquenda* f. 542
Φάλος A. 77
Pharetra cum arcu ab humeris ſuſpenſa f. 477
Φᾶρος f. 317

Digitized by Google

Φερνή A. 41
Φεύξιμος & φύξιμος *Aſylum* A. 65
Phœnices mercaturæ in Græcia auctores f. 197. A. 38
- - - *Piratica celebres* f. 197
Φόρμιγξ, κίθαρις & λύρα *an differant?* f. 425. ſeq. A. 71
Phoroneus homines in civitatem primus compulit f. 144
- - - *primus regnaſſe apud Græcos dicitur* ibid.
Phryges ſervile hominum genus f. 263
Phrygiones quinam dicti? A. 70
Φυλητέων ἀρχός *Mercurius* f. 9
Pila ludentes ſaltabant f. 439
Pilei hodierni nullum apud Homerum exemplum f. 322
- - *loco quidnam veteres adhibuerint?* ibid.
Πῖλοι *Lacedæmoniis quemnam uſum præſtiterint* A. 50
Pilos e fronte victimæ exſectos in ignem conjiciebant f. 72
Piratas primus perſecutus eſt Minos f. 195
Piſcatui addicti veteres f. 413. ſq.
Piſcibus veſcebantur veteres f. 272
Piſtillum ſponſæ ante thalamum oblatum f. 422
Piſtrix vid. Priſtis
Plectro chordæ tangebantur f. 427
- - - *ejus forma* f. 428

Πλόκαμοι & πλοχμοί f. 351
- - - differunt & quomodo A. 54
Pocula libationibus adhibita f. 54. A. 11
- - - majora & pleniora viris principibus honoris erga data f. 305
- - - exhauriebant genio indulgentes f. 283
- - - quotnam in quovis convivio exhauſta A. 49
Poculo hoſpites excepti f. 379
- - - dimiſſi f. 381
- - - dextra tradito, ab bibendum ſeſe invitabant f. 306
Poculorum forma f. 283
- - - materia f. 282
- - - ornatus f. 283
- - - æneorum loculi quomodo dicti? f. 282
Πολιάς Minerva cur dicta? A. 4
Πολιεύς Jupiter, & cur? f. 12
Πολιέχος Minerva ab Argivis culta f. 11
Πολύαρνες, πολυβῦται, πολύμηλοι opulenti f. 406 A. 67
Polygamia apud Græcos frequens f. 244
Polyxena unde nomen? A. 45
Ποσειδῶν ἵππιος A. 3
Præceptores variis artibus pueros erudiebant f. 251
Præcones ſilentium indicebant f. 169
- - - quinam plerumque fuerint A. 84
- - - a Mercurio originem ſuam repetebant vid. & κήρυκες. A. 84

Digitized by Google

Præda a victoribus ſibi vindicata f. 527
- - - *Diis ſæpe conſecrata* ibid. & A. 83
- - - *& cremata nonnunquam* A. 84
Prædæ nomine quid venerit? f. 528. A. 83
- - - *pars melior Duci ceſſit* f. 530
- - - *captatio illiberale a quibusdam habitum* f. 527. ſeq.
- - - *Lacedæmoniis interdicta* f. 528
- - - *diviſio quomodo facta* f. 529
Præmia bellica ex præda ſæpius exempta f. 531
- - - *animum militibus addendi cauſa propoſita* f. 532
- - - *victorum in ludis ſacris* f. 444
- - - *in curſu pedeſtri* A. 74
Præſtites Dii f. 13
Prandium veterum minus lautum f. 291
Prata Nymphis dicata A. 4
Preces variæ f. 44
- - - *parentum pro liberis* A. 45
- - - *ſacrificia diis oblata nonnunquam exponebant* f. 47. ſeq.
- - - *ubi ſolenniter fuſæ?* f. 49
Precantium ſtatus & geſtus f. 48. ſq. A. 16
Priſtis & Piſtrix quid & quomodo differant? A. 80
Πρηκτῆρες *quinam dicti?* f. 196
Προαύλιος *primus poſt celebrata ſponſalia dies* A. 42
Πρόγονοι A. 44
Proditionis reos ſepelire nefas A. 30

Προεδρία *in conviviis obſervata* f. 299. A. 48
Προῖξ f. 221. ſeq.
Προξενία f. 373
Πρόξενος A. 59
Propinandi modus f. 307
Πρόθεσις f. 101. A. 27
Προθύματα A. 17.
Πρόμαχοι *audire geſtierunt viri fortes* f. 516 A. 81. ſq.
Προσιέναι & προσίεσθαι θεοῖς A. 16
Proſerpinæ munera f. 10
Proteſilai mors Homero notata f. 510
- - - *a quibusdam diverſimode relata* A. 81
Προτίθεσθαι f. 100. ſeq.
Πρωτοκλισία A. 48
Pubertatis tempus utriusque ſexus f. 218. A. 40
- - - *a Lycurgo quomodo definitum* A. ibid.
Puellæ ἀλφεσίβοιαι *quænam dictæ?* f. 207. A. 39
- - - ἐπίκληροι A. 67
Pugilatus inter ludicra certamina f. 447
Pugiles quomodo certarunt f. 448
- - - *quando toti denudati* A. 75
Pugna quando terminata f. 519
- - - φύλοπις *unde dicta?* f. 518. ſeq.
Pugnâ terminatâ, quid factum A. 82
- - - *ad pugnam ſorte deſignati* f. 519
Pugnam ineuntium mos ſumendi cibum f. 511 A. 81
- - - *fundendi preces & concipiendi vota* f. 514

- - - con-

- - *conſulendi auſpicia* f. ibid. A. 81
Pulvere ſe volutabant lugentes f. 399. ſeq.
Πυλαωροί *canes unde dicti?* f. 357
Pyra e quonam ligno conſtructa f. 108. ſeq. A. 28
- - *a quibus & quomodo accenſa* A. ibid.
Πυρφόρος *in bello quinam?* f. 514. A. 81
Pyrrichica ſaltatio f. 440
- - *a quibus auctoribus deſcripta* A. 72. ſq.
- - *cui uſui deſtinata* A. 73
Pythagoræorum lectiſternium A. 51
Ψυχοστασία *prima & ſecunda in Homero* A. 32

Q.

Quadrigarum uſus Homeri tempore jam obtinuit f. 495
Quercus rogo conſtruendo adhibita A. 28
- - - *Jovis Dodonæi fatidica* f. 127. A. 30

R.

Ramum olivæ manu vel ore prætendebant ſupplicantes f. 387. A. 63
Ῥέζειν καὶ ἔρδειν *de quibus dictum?* f. 58. A. 18
Reges ſacrorum apud Athenienſes & Romanos f. 153
Reges ſacerdotio quando & quatenus functi f. 36. A. 12
- - - *a populo lecti* f. 146
- - - *ſucceſſione ad regnum pervenerunt* f. 147
- - - *oraculi juſſu aliquando conſtituti* f. 148

- - - *agri-*

Digitized by Google

- - - *agriculturæ ipſi nonnunquam operam dederunt* f. 157
Regibus agri certa portio in dominium data f. 155
- - - *tributa perſoluta* f. 158
Regum officia f. 152. ſeq.
- - - *poteſtas limitata* f. 150
- - - *maxima in bello* f. 152
- - - *in ſacris* f. 153
- - - *comitatus olim exiguus* f. 167
- - - *miniſtri κήρυκες* f. 169. A. 34
- - - *ſingulis regibus proprii* A. ibid.
- - - *inſignia* f. 160. ſeqq.
- - - *veſtis purpurea* f. 166
- - - *Diadema* f. 165
- - - *partes in judiciis* f. 183
- - - *αὐτουργία* f. 173. ſq.
Reginæ dirimendis litibus quoque vacabant f. 184
Ῥήγεα f. 335
Res ſacræ a victoribus non violatæ A. 83
Rhetores ſæpe ad conducendos milites cum aliis emiſſi & cur? A. 76
Rogo mortui impoſiti & cremati, ejusque rei cauſa & origo f. 108. ſq. A. 28
- - - *varia munera impoſita & ſimul cremata* f. 110
- - - *ardente mortuum ſupremum compellabant* f. 111
Rogum quinam accendebant & quomodo? A. 28
- - - *quomodo exſtinguebant* f. 111. ſq.

Ruſti-

Digitized by Google

Ruſticæ rei viri Principes etiam ſtuduerunt f 408
- - - *ſtudium quando cœpit* A. 68

S.

Sabinorum bellum cum Romanis unde ortum A. 76
- - - *cum Romanis conventio de mulierum opera lanificio præſtanda* A. 69
Sacerdotio fœminæ ac mares functi f. 33. A. 11
- - - *etiam matrimonio juncti* ibid.
- - - *& virgines* f 34
- - - *filii ſæpiſſime modo ſucceſſionis admoti* f. 34
Sacerdotum habitatio & domicilium f. 35
- - - *ſors & opes* f. 36
Sacrificia & donaria ſæpe cunjuncta f. 52
- - - *ἁγνά quænam dicta?* A. 18
- - - *vetuſtiſſima unde deſumpta?* f. 58
- - - *jam oblata in precibus ſæpe commemorabant* f. 47. ſeq.
- - - *euchariſtica* A. 15
- - - *magica* f. 135. ſeq.
Sacrificandi ritus f. 70. ſeqq.
Sal ſymbolum amicitiæ A. 61
- - - *quinam ignorabant* f. 275
- - - *in convivio hoſpitali primas tenuit* ibid.
- - - *ejus uſus in contrahendo* ibid.
- - - *in cibo* f. 274

Saltandi peritia magni æſtimata A. 72
Saltatio Muſicæ ſpecies A. 72
- - - *cum cantu conjuncta* f. 437
- - *frequens in conviviis* ibid.
- - - *in Deorum ſacris* f. 438. A. 72
- - - *ejus varii modi* f. 439
- - - *inter bellica exercitia* f. 441
- - - *mollitiei ſignum quandoque* f. 442
Saltuarius f. 402
Samphoras equi nomen A. 79
Sandala & πέδιλα differunt A. 50
- - - *mulierum calceamenta* f. 332. A. 50
Sanguinis in ſacris Inferorum magna ratio habita f. 92
- - - *humani guſtu fœdera nonnunquam contracta* A. 84
Saxa manu vibrata in bello f. 479
- - - *ex urbis obſeſſæ muris* f. 480
Σαυρωτὴρ, *ejusque uſus in erigendis haſtis* f. 472. ſeq.
Σχαιὸς συμπότης A. 49
Sceptrum inſigne regum f. 160
- - - *juramenti vim obtinuit* f. 164. A. 34
- - - *in fœderibus Jovis ſignum, per quod juratum* A. 85
- - - *vocis Etymon* f. 160
- - - *materia diverſa* f. 161
- - - *antiquiſſimum erat haſta* f. 162

Sce-

Digitized by Google

Sceptro quando utebantur f. 163. ſeq.
Scolia A. 71
Scuta ſiniſtra manu tenebant f. 469
- - - *loro ex humeris ſuſpendebant* ibid.
Scutis Athenienſium noctua inſculpta A. 79
Scutorum uſus f. 466
- - - *materia* ibid.
- - - *figura* f. 468. A. 78
- - - *ornatus* f. 487. ſq.
Sedes circa parietes ædium diſpoſitæ f. 358. 360
- - - *varie exornatæ* f. 361
Senatores regibus adjuncti f. 176
Sepulchra extra urbem f. 119
- - - *ſtatuis ornata* f. 117
Sepulti quorſum ſpectabant A. 28
Sepultura γέρας θανόντων *dicta* f. 122
- - - τελευταῖα τιμή A. 29
- - - *proditionis reis denegata* A. 30
- - - *carere pro ſummo infortunio habitum* f. 122
- - - *carentium animas incertis ſedibus vagari creditum eſt* f. 122
in Sepulturam negligentes graviter animadverſum apud Athenienſes A. 30
Servi plerumque bello capti f. 259
- - - *a prædonibus etiam abrepti* f. 262
- - - *nonnunquam aliis divenditi* f. 261
- - - *eorum maximum requiſitum* A. 46
- - - *quando libertate donati* f. 265

Ser-

Digitized by Google

Servis templa quædam aditu interdicta A. 65
- - - *ad aras confugere licitum* A. 64
- - - *libertate deſperata quid lege conceſſum* A. 46
Sicyoniis intra muros ſepelire quemquam vetitum fuit A. 29
Silentium a quibus & quomodo indictum f. 169
Simulacra primis temporibus ignota f. 25
- - - *lapides rudes primitus erant* f. 26
- - - *diverſa diverſis numinibus affictа* f. 27
- - - *antiquiſſima pedibus indiſtincta* f. 28
- *a Dædalo artificioſam ſpeciem nacta* f. ibid.
- - - *alia ſtantia alia ſedentia* f. 28
- - - *ſupplicantes prenſare atque exornare ſoliti* A. 64
Simulacris ſublatis ſimul templa deſerta f. 50
Simulacrorum materia f. 29
- - - *ab Homero non diſtincte indicata* A. 31
- - - *eburnea quomodo a pernicie conſervata* A. 11
Siniſtra pars mundi occidens f. 129
Siniſtræ partes infauſtæ f. 128. ſeq.
Sirenum cantus quomodo interpretandus f. 135
Σισῦραι *in lectiſternio* A. 51
Σκῦλα A. 83
Somnia ominoſa habita f. 130. A. 31

- - - *ad*

Digitized by Google

- - - *ad Jovem potiſſimum relata* A. ibid.
- - - *eorum terra mater* A. ibid.
Sors adhibita in diſtributione hereditatis f. 212
- - - *agri hoſtilis* A. 67
- - - *in committendis certatoribus* f. 445
A. 74
Sortiendi modus f. 213
Sortes antiquæ è ligno factæ f. 212
Σπένδειν A. 17
- - - *cum* λείβειν *communiter pro* χέειν ibid.
Spolia hoſtibus detracta quandoque Diis dedicata A. 83. ſeq.
- - - *ferina a templis etiam ſuſpenſa* A. 23
Σφάγιον f. 76
Statuæ ſepulcris impoſitæ f. 117
Στερνοτυπία *lugentium mos* A. 66
Sternutationes fauſtæ vel infauſtæ f. 132. ſeq.
- - - *in ſternutatione cur ſalutemur?* A. 31
Subligaculorum uſus f. 331
Succeſſionis jus aliquando neglectum f. 147
Suffitus uſus f. 54. ſq.
- - - *omina quandoque dedit* f. 131
Sulphur in luſtrationibus f. 39
- - - *ejus uſus* A. 14
Supercilia Junoni ſacra f. 14
Superis ſacra facturi totum corpus abluebant A. 20
Suppellex ædium ſplendida f. 360
Supplicationes diis quando factæ f. 44. ſq.

- - - *per*

Digitized by Google

- - - *per Jovem facta* f. 383. ſeq.
- - - *per cara quæcunque* f. 384
- - - *de ſupplicatione Auctores conſulendi* A. 61

Supplicantium mulierum mores f. 50. ſeq.
- - - *cum hoſpitibus par neceſſitudo* f. 382
- - - *preces exaudiendæ* f. 383
- - - *geſtus & ritus apud Græcos* f. 385. ſqq.
- - - *apud varias gentes* A. 62. 63
Συνθῆκαι *quotuplices?* A. 84

T.

Talenta aurea qualia f. 201
Talis pueri, viri juramentis fallendi. proverbium f. 451
Talorum ludus puerilis f. 450
Tapetes villoſi in lectis f. 336. ſeq.
Τάφος *epulum funerale* f. 123
Tauri παμμέλανες & ἀργάντες *Neptuno oblati* f. 63
- - - *pellibus Heroës induti* f. 463
Tecta antiquorum plana f. 366. ſeq.
- - - *in iis degere Græcorum mos & Hebræorum* f. 367. A. 57
Τελαμών f. 469
Telam texere mulierum opus f. 417
- - - *texentium ſtatus & habitus* A. 69

Tela

Tela veterum ferrea f. 478
- - - *venenata in prælio nonnunquam adhibita* ibid.
Τεμένη, τέμενος, *earumque vocum etymon* f. 16. A. 6
Τέμενος *præmium viri fortis* f. 533
Τεμνῖται A. 12
Tempeſtatum moderamen penes Jovem f. 8
Templa veteribus qualia f. 19. ſeqq.
- - - *olim vacua* f. 25
- - - *ſepulchra* A. 7
- - - *ſublatis ſimulacris ſimul deſerta* f. 50
Templorum primus fabricator A. 7
Tentoria caſtrenſia f. 506
Termini divini habiti f. 402. A. 67
- - -*religioſe obſervati* f. ibid.
Termini cuſtodes f. ibid.
- - - *ſacra* ibid.
Terra pulverulenta ſe volutabant lugentes f. 399. A. 66
Terra ſomniorum mater A. 31
Teſſeræ hoſpitalis uſus, materia & forma A. 58
- - - *figura* A. 59
Teſſeram hoſpitalem fregiſſe quid? ibid.
Thalami mulierum f. 364. A. 57
- - - *virorum* f. 365
- - - *quonam uſu* ibid.
Θαλύσια *feſtum Cereris quando & quomodo celebratum* A. 22

The-

Themidis officia f. 10. ſeq.
Theologiæ gentilis origo & priſca facies f. 4
A. 72
Θεὸς etymon f. 3
Θιὸς, Θεὸς quinam ſoliti pronunciare f. 45
Θεῶν & ἀθανάτων ἕδος cœlum f. 47
Θεράποντες Cretenſium lingua ὁπλοφόροι A. 34
Thermarum frequens uſus f. 344
Theſſalorum αὐτουργία f. 174. A. 35
Thorax quinam præſtantiſſimus A. 77
- - - *cujus formæ?* f. 461
- - - *qua materia* f. & A. ibid.
Thoracis partes earumque denominatio A. 7
Thraces rapaces A. 8
- - - *ἀκρόκομοι* A. 4
θρέμματα ſponſæ data A. 4
θρῆνος carmen funebre A. 2
θρῆνυς f. 29
θρόνος f. 296. ſeq. A. 4.
θύειν f. 88. A. 17. 18. 24
Θυοσκόοι f. 131
θυήεντα & θυώδεα altaria & templa dicta f. 55
Thuris uſus quando invaluit f. 55. ſeq.
Tireſias vates f. 128. 136
Tibiæ ocreis munitæ f. 331
Tonitru omina dedit f. 130. A. 31
Tripodes Diis conſecrati f. 84. A. 23
- - - *Apollini præcipue* f. 84. ſeq.
- - - *victoribus præmio dati* A. 30

- - - *è qui-*

Digitized by Google

- - *à quibus donati* f. 85. A. 23
ituratum eſt bobus f. 404
iturandi modus A. 67
ojanum bellum multi ægre ſecuti f. 456
ojanorum exercitus f. 457
- - *obſidio quare in decimum annum protracta* f. 504
ba Troïcis temporibus nondum inventa A. 81
- - *qualem habuerit uſum in obſidione* f. 508. ſeq.
muli variis in locis f. 119
- - *uni eidemque varii exſtructi* f. 121
- - *vacui abſentibus* ibid.
mulis cognatorum inferri ſtudioſe curabant morientes A. 28
mulos vaſtare dementis A. 30
- - *ad eos homines quoque mactati* A. 25
utelares dii f. 11. 13
in navibus eorum imagines f. 501. ſq.
μβεῦσαι χοάς quinam dicti? A. 25.

V.

Vacca ſterilis inferis oblata f. 64
Vates quo loco habiti a nonnullis f. 134
- *in exercitu adhibiti & quo fine?* f. 514
Venatu veteres delectati f. 410. 415
- - *ejus cauſa bellum* f. 416
Venantium arma f. 411
Venatici canes f. 412
Venatio bellum antiquiſſimum A. 68

k *Vena-*

Venatio viri fortis exercitium A.
Venatorum quatuor genera A.
Venus cur Ἀφροδίτη *dicta?* A
- - - *ejus officia* f.
- - - *aurea ſtatua quædam & argentea* A.
Verba pro concione facientium habitus f. 1
A.
Vergere in libationibus quid? A.
Veſta in Sacris & conviviis quo loco hab
f. 293. ſe
Veſtes diis appenſæ & quomodo f. 83. ſeq. A.
- - - *inter hoſpitalia munera* f. 203. A.
- - - *regiæ purpuratæ* f. 1
- - - *nuptiales* f.
- - - *a dormituris exutæ & è trabe ſuſ*
f. 3
- - - *ſæpius lotæ* f.
- - - *albæ ubinam adhibitæ* A.
- - - *a fæminis utplurimum textæ & co ſutæ* f. 419. A.
- - - *ferales* f. 99. ſeq. A.
- - - *e Gymnaſio frequenter ablatæ* A.
Victimæ quales f. 59. ſeq.
- - - *probari ſolitæ & quomodo* A.
- - - *quænam ex animalibus iis adhibita* f. 61
- - - *ubi immolatæ* f. 66. ſeq.
- - - *quibus ritibus mactatæ* f. 70. ſeq.
- - - *earum coxæ Diis oblatæ* f.
- *partes quædam in convivio conſumptæ* f. 75
- - - *imm*

Digitized by Google

- - immolandæ per urbem ſolenniter ductæ f. 172
- - humanæ in ſacris inferorum f. 136
- - in fœderibus mactatæ, in cibum non venerunt f. 537
[Vi]ctorum præmia. vid. Præmia.
[Vi]ctores in prælio. vid. παιᾶνα ἐπινίκιον.
[Vi]ni uſus f. 277
- interdictus apud quasdam gentes A. 46
- mulieribus Romanorum f. 277
- - pueris usque ad 18. annum a Platone f. ibid. ſeq.
[V]inum puerulis propinatum ibid.
- - quomodo conſervatum f. 278
- - vetuſtum in pretio f. 279
- - nigri coloris Homero maxime celebratum ibid.
- - Maroneum ibid.
- - Pramnium f. 280
- - aqua temperatum ibid.
- convivis affuſum & a quibus f. 305. A. 48
Ululatus Græcis mulieribus quando uſitatus, vid. Supplicantium mulierum mores
[...]μενος f. 432. A. 27
Unctionis frequens & varius uſus f. 341. A. 51
- - exempla an in Iliade reperiantur? A. 51
- - uſus quando obtinuit f. 341. ſeq.
- - in excipiendis & dimittendis hoſpitibus f. 379. ſeq.

Digitized by Google

Vota precibus ſubinde addita f. 45.
- - *ſumma religione perſoluta* f. 4
ὑπαιθρα f. 2
ὑπερῷον f. 363. A. 5
ὑποδήματα A. 5
ὑπόσπονδοι νεκροὶ f. 526. A. 83
ὑπόσπονδος A. ibid
Urbium cura Minervæ commiſſa f. 1
- - *Jovi quoque tributa* ibid
Urbibus olim munimenta nulla f. 5
Urſina pelle heroës induti f. 4
Virginum & mulierum conclavia A. 5
- - *arcta coërcitio* ibi
Vulcano quænam attributa f.
Vulnerati in prælio curati & quomodo f. 52
seq.

X.

Ξανθίζω & ξανθὸς A. 5
Ξένος, ξενοδόχος A. 58
Xerxes ſemel tantum in die cibum ſumere con-
ſueverat A. 47
Ξόανον f. 29. A. 10
- - *differt ab* ἄγαλμα *& quomodo* A. 10. ſq.
Ξύσις A. 74

Z.

Ζάκοροι A. 12
Ζεύγλη f. 490

Ζονιαι

Digitized by Google

am ſolvere quid? f. 231. ſq.
am parientes mulieres depoſitam Dianæ λυσι-
ώνῃ *offerebant* A. 49
æ virilis extra bellum quinam uſus A. 50
α & ζωστὴρ ſynonyma nonnullis A. 78
η & ζῶστρον f 319
- - *armatorum* f. 464. A. 78

Index Auctorum,

Et locorum quorundam præcipuorum, quorum illuſtrationem & emendationem aliquam ex hoc opuſculo petere poſſis. Reliqua, ne qua hæc eorum multitudine obruerentur, conſulto omiſimus.

ÆLIANI Hiſtoria animalium. *ed. Tanaq. Fabri.*

ÆLIANI Variæ Hiſtoriæ. *ed. Kühn. & Perizon.*

ÆSCHINES, *cum Demoſth. ed. Wechel.* 1604. *in Animadv. aliquoties Baſileenſis adhibita ex off. Hervag.* 1572.

ÆSCHYLUS, *cum Schol. ed. Henr. Steph.*

ALEXANDRI ab ALEXANDRO, Dies Geniales. *ed. Wechel.*

AMMIANUS MARCELLINUS, *ed. Jac. Gronov. Lugd. Bat.* 1693.

ANACREON, *ed. Tanaq. Fabri.*

APOLLO-

APOLLODORUS, *Commelin.* 1599.
APOLLONII Hiſtor. Mirab. *in Meurſii Auct. Hiſt. Mirab. Lugd. Bat.* 1622.
APOLLONII Argonautica. *ed. Hœltzlini Lugd. Bat.* 1641. *Lib.* IV, 704 ſeq. F. 42.
APOSTOLIUS, *in Proverb. Græc. Scriptor. Antvverp. ex off. Plant.* 1612.
APULEJUS, *ed. Elmenhorſt. apud Wechel.*
ARISTIDES, *ed. Paul. Steph.* 1604.
ARISTOPHANES, *Ludolph. Küſteri.*
Plut. v. 820. F. 61. *Neb. v.* 14. A. 53. *v.* 16. A. 35. *ſeq. v.* 69. *ſeq.* A. 74. *v.* 81. F. 539. *v.* 177. *ſeqq.* A. 32. *Veſp. v.* 841. ſq. F. 293. *Avib. v.* 1109. F. 22.
ARISTOTELES, *ed. Pariſ.* 1654.
Polit. lib. VI. *c.* VIII. F. 32. A. 11.
ARNOBIUS, *ed. Lugd. Bat.* 1651.
ARRIANUS in Epictetum. *ed. Cantabr.* 1654.
ARRIANUS de Expedit. Alexandri M. *ed. Henr. Steph. in Indicis* F. 512.
ARTEMIDORUS, *cum Not. Rigalt. Lutet.* 1603.
ATHENÆUS, *ex off. Commelin.* 1598.
lib. I. A. 51. *ejus verſio lib.* XI. p. 476. ſuppl. A. 47.
Biblia Sacra.
Pſalm. LXXIV, 2. A. 68. *Matth.* X, 27. A 57. XXII, 10. A. 43. XXII,

12. F. 231. XXIV, 41. F. 422. *Luc.* XIV, 8. A. 43 *Act.* I, 13. A. 56.
BIONIS Idyllia. *cum Theocr. & Moſcho conjunctim edita ex off. Commelin.* 1596.
BURCHARDI Decreta. *Colon.* 1548.
CALLIMACHUS *ed. cum not. Ezech. Spanhemii.*
CAMERARIUS in Sophoclem. *ſeorſim editus ex offic. Oporin.* 1556
CATULLUS *cum Not. Varior.*
CEBETIS Tabula cum Epict. *edit. Berckelii.*
CENSORINUS de Die Natali. *Lindenbrogii Lugd. Bat.* 1642.
CICERO, *ed. Verburgi.*
de Legg. lib. II. *c.* VIII. F. 49. *lib.* III. *c.* XXXIV. A. 9. coll. F. 24.
CLEMENS ALEXANDRINUS, *ed. Sylburg. Col.* 1688.
COLUMELLA, *in Geſneri Auct. Rei Ruſt.*
CORNELIUS NEPOS, *ed. Boecleri.*
CURTIUS, *ed. Freinshemii.*
DARES PHRYGIUS, *ed. in uſum Delphini Amſt.* 1702.
DEMOSTHENES, *ed. vid. in* ÆSCHINES.
DIO CHRYSOSTOMUS, *Pariſ.* 1623.
DIODORUS SICULUS, *ed. Wechel.* 1604.
DIOGENES LAERTIUS, *ed. Menagii.*
DIOGENIANUS, *ed. vid. in* APOSTOLIUS.
DIONYSIUS de ſitu orbis. *Oxon.* 1697.
DIONYSIUS HALICARNASS. *ed. Sylburg. Lipſ.* 1691.

Digitized by Google

DIOSCORIDES,
ENNII Fragmenta. *Amſt.* 1707.
Epigrammata VET. GRÆC. *ed. Wechel.* 1600.
ETYMOLOGUS *Aldi, Venet.* 1549.
EURIPIDES, *Barneſii.*
Phœniſſ. v. 245. A. 83. *Suppl. v.* 175. A. 25. *Danaë v.* 92. A 53.
EUSEBII Chronicon. *cum Not. Scaligeri.*
EUSTATHIUS in Homerum. *ed. Romana.*
ad Iliad. V, 158. F. 214. *ad. Od.* III, 466 F. 346. ſeq.
FABRI Agoniſticon. *Lugd.* 1595.
FABRICII Biblioth Græca.
Vol. I. *p.* 306. *Index Autor. ab Euſtathio allegg.* examinatur A. 52.
GALENI opera *Græc. Baſil.* 1538. *Latin. Venet.* 1586. edit VI.
GELLI Noctes Atticæ. *cum not. Varior.* 1666.
GREGORIUS NAZIANZ. *Colon.* 1590.
GRONOVIUS in Præf. ad Feith. *notatus* A. 29.
GYRALDI Hiſtor. Deorum. *Baſil. per Oporin.*
HARPOCRATION, *ed. Blancardi. Lugd. Bat* 1683.
voc. Δαιδάλου ποιήματα. A. 10. coll F. 28.
HEIDEGGERI Hiſt. Patriarch *Tigur.* 1729.
HERODIANUS, ed. *Balth. Scheid. Argent.* 1662.
HERODOTUS, *Thom. Gale. Londin.* 1679.
Clio. c. 144. F. 85.
HESIODUS, *Dan. Heinſii ex offic. Plant.* 1603.

ἱερ. v. 250. A. 2.
HESYCHIUS. *Hagenoæ* 1521.
voc. ἵππειος ποσειδῶν. A. 3.
HIERONYMUS, *ed. Froben. Baſil.* 1553.
HOMERUS, *ed. cum Euſtath. cum Schol. & Lederlini. Iliad.* α 39. F. 82. A. 23. *v.* 470. & *ſimiles* F. 281. β. *v.* 204. *ſeqq.* locus feſtivus. F. 145. *Boeotia* cum Thucyd. comparatur F. 497. *v.* 529. F. 462. coll. A. 77. *v.* 701. F. 225. δ. 192. F. 535. *v.* 297. *ſeqq.* F. 511. *ſeq. v.* 436. F. 516. ζ. 305. F. 12. ϑ. 185. F. 494. *ſeq. v.* 232. F. 281. ι. *v.* 147. *ſeq.* F. 222. A. 42. *v.* 203. F. 283. *ſeq.* κ. 153. F. 472. *ſeq. v.* 156. F. 337. *v.* 265. F. 322. λ. 385. F. 352. μ. 4. *ſeqq.* F. 506. *v.* 239. *ſeq.* F. 129. *v.* 416. *ſeqq.* F. 506. σ. 593. F. 207. χ. 468. *ſeqq.* F. 325. *Odyſſ.* α. 225. ſeq. F. 290. *ſq.* β. 431. F. 281. γ. 48. loc. feſtiv. F. 44. ϑ. 363. F. 21. ι. 231. F. 292. coll. A. 48. *v.* 393. F. 484. *ſeq.* λ. 568. F. 164. ρ. 599. F. 286. *Batrachom. v.* 179. F. 88. *Hymn. in Vener. v.* 58 F. 21. *v.* 119. F. 207.
HYGINUS, *in Mythogr. Lat. cum Not. Var. Amſt.* 1681.
ISIDORI HISPALENSIS Originum Libri. *Baſil.* 1577.
ISIDORUS PELUSIOTA, *Pariſ.* 1638.

ISOCRA-

ISOCRATIS Orat. & Epiſt. *Genev.* 1651.
JUSTINUS, *cum not. Varior.*
JUVENALIS *cum not. Varior. Lutet.* 1613.
KIRCHMANN de funeribus Romanorum. *Brunſv.* 1661.
LACTANTIUS, *ed. Cellarii Lipſ.* 1698.
LIVIUS, *cum not. Sigon. & Gronov. Baſil.* 1740.
LUCANUS, *cum not. Varior.*
LUCIANUS, *cum not. Varior. Amſt.* 1687.
Concil. Deor. Tom. II. F. 7.
LUCRETIUS, *ed. Londin.* 1717.
lib. V. A. 79. *ſeq.*
LYCOPHRON, *Potteri. è theatr. Scheldon.*
LYSIAS, *ed. Marp.* 1683.
MACROBIUS, *cum not. Varior. Lond.* 1694.
MARTIALIS, *cum not. Varior. Amſt.* 1701.
lib. V. *Epigr.* 52. A. 60.
MARTIANUS CAPELLA, *ex off. Plantin.* 1599.
Sat. I. p. 15. A. 2.
MAXIMI TYRII Diſſert. *ed. Dan. Heinſ. Lugd. Bat.* 1614.
MENANDRI Fragmenta. *Clerici. Amſt.* 1701.
F. 39. coll. A. 14.
MINUCIUS FELIX, *cum not. Varior. Lugd. Bat.* 1672. *& cum Animadverſion. Ouzel.* 1652.
MUSÆUS, *Kromayeri. Halæ Magdeb.* 1721.

NON-

NONNI Dionyſiaca. *ed. Wechel.* 1610.
ONOSANDRI Strategicus. *cum not. Rigalt. Pariſ.* 1599.
OPPIANUS, *ex offic. Plantin.* 1597.
ORPHEI Argonautica. *cum verſ. & not. Eſchenbachii Traj. ad Rhen.* 1689
OVIDIUS, *cum not. Varior. Amſt.* 1727.
PALÆPHATUS, *in Thom. Gale Mythogr. Græc.*
PAUSANIAS, *Kühnii. Lipſ.* 1696.
Attic. c. 5. A. 3. coll. F. 7.
PERSIUS, Caſauboni.
Sat. V, 138. F. 275.
PETRONIUS, *Burmanni.*
PEUCERUS de Divinationibus. *ed. Wechel.* 160
PFEIFFERI *Antiquit. Græc.*
lib. I. *c.* 39. A. 64. *ſeq.*
PHILO JUDÆUS, *Pariſ. ex offic. Turneb.* 155
PHILOSTRATORUM opera. *ed. Olearii.*
PHOCYLIDES, *ed. Lipſ.* 1603
PHOTII Biblioth. Græc. *Rothom.* 1653.
PINDARUS, *Eraſm. Schmid.* & aliquoties *Henr. Steph. Pyth. Od.* III. A. 33. coll. F. 142.
PLATO, *Henr. Steph.*
de LL. apud Cicer. lib. II. *c.* XVIII. F. 30.
de Votis ſub fin. T. II. F. 53.
PLAUTUS *cum not. Varior.*
PLINII Hiſtoria naturalis. *ex officin. Hack* 1669. it. *edit. Pariſ.* 1685.

lib.

lib. XXXI. c. VI. F. 346.

PLINII Panegyricus. *cum not. Varior. ex off. Hack.* 1675.

PLINII Epiſtolæ. *ed. Thomaſii. Lipſ.* 1675.

PLUTARCHUS *cum Verſ. Xylandri. ap. Wechel. Vit. Numæ.* A. 9. coll. F. 26. *de Superſtit.* A. 64. *ſeq. Sympoſ. lib.* VIII. *Quæſt.* VIII. F. 59.

POLLUX, *ed. Lederlini.*

POLYÆNUS, *cum not. Varior. Lugd. Bat.* 1690.

POLYBIUS, *cum not. Varior. Amſt.* 1670.

PORPHYRIUS, *Cantabr.* 1655.

PROCOPIUS, *in* Tom. I. *Scriptor. Hiſtor. Byzant. Venet.* 1729.

Q. SMYRNÆUS ſ. CALABER, Troja Expugnata. *Francof.* 1614.

SALLUSTIUS, *cum not. Varior. Lugd. Bat.* 1659.

SCHOLIASTES

Ariſtophanis, *neb. v.* 83. A. 3.

Homeri, *Iliad.* ψ. 683. emend. A. 75. ω. 802. F. 123. *ſeq.*

Sophoclis, *Electr. v.* 685. A. 73.

SENECA Rhetor, *cum not. Varior. Amſt.* 1672.

SILIUS ITALICUS, *ed. Drackenb. Traj. ad Rhen.* 1717.

SOPHOCLES, *Paul. Steph.* 1603.

SOZOMENUS, *Valeſii.*

STATI-

Digitized by Google

STATIUS, *cum not. Varior. Lugd. Bat.* 1671.
STOBÆUS *ed. Wechel.* 1581.
STRABO, *edit. Paris.* 1620.
lib. IX. A. 4.
SUETONIUS, *Grævii. Traj. ad Rhen.* 1672.
Cæſar. c. 24. F. 460.
SUIDAS, *Genev.* 1659.
SYNESIUS, *Dion. Petavii. Pariſ.* 1640.
TACITUS, *Lipſii ex offic. Plantin.*
de Morib. Germ. c. 9. F. 18.
TERENTIUS, *ed. Bæcleri.*
TERTULLIANUS, *Pamelii.*
de Idololatr. c. III. F. 26.
THEOCRITUS, *Oxon. é theatr. Scheld.* 1699.
Idyl. VIII, 1. F. 218. XIII, 74. F. 50.
XV, 26. F. 80. XXVII, 65. F. 24.
THEOPHRASTI Characteres. *cum Comment.*
Caſaub. Brunſv. 1659.
THUCYDIDES, *Henr. Steph.*
TIBULLUS, *ed. vid. in* CATULLUS.
TOMASINUS de Teſſeris. *Utini.* 1647.
TURNEBUS, *Argentor.* 1600.
VALERIUS FLACCUS, *ed. Burmanni, Leid.* 1724.
VALERIUS MAXIMUS, *edit. Torrenii, Leid.* 1726. *& cum not. Varior. Lugd. Bat.* 1655.
VARRO *edit. Durdrecht.*
VEGETIUS, *cum Comment. Stevvech. Lugd. Bat.* 1592.

VIRGI-

VIRGILIUS, *cum not. Serv. Donat. & Varior.* *Æneid.* I, 420. *ſeq.* F. 55.
VITRUVIUS, *ed. Jo. de Laët Amſt.* 1649.
XENOPHON, *Henr. Steph.*
ZENOBIUS *ed. vid. in* APOSTOLIUS.

FINIS.

CORRIGENDA.

Pag. 63. lin. 2. *leg.* πεντασιν. pag. 64. in alleg. ad (β) pro 4. 7. *leg.* 47. pag. 80. ad (β) pro *III. leg.* II. p. 316. lin. 18. pro αἳ *leg.* αἱ. p. 444. lin. 10. *leg.* ὀλυμπίασι in *Animadverſionib.* p. 8. lin. 21. pro Natur. *leg. Natal.* p. 16. lin. 12. *leg.* χεῖρας p. 27. lin. 14. *leg.* ὕμνος. lin. 7. a fin. *leg.* Plut. p. 38. lin. 20. *leg.* P. 198. p. 42. lin. 7. *leg.* p. 226. p. 46. lin. 4. *leg.* Liberaban. p. 48. lin. 22. *leg.* πρωτοκλ. lin. 24. *leg.* p. 300. p. 48. lin. 19. *leg.* 309. p. 50. lin. 20. *leg.* aliquot. p. 65. lin. 9. à fin. *leg.* quæ p. 67. lin. 28. poſt *Schmidii* del. s. p. 43. lin. 9. *leg.* 443. p. 49. lin. 19. pro 209. *leg.* 309. ibid. lin. 3. ab ult. pro 330. *leg.* 230. p. 78. lin. 6. a fin. *leg.* Argiv. *in Indice* poſt *Bacchus leg.* κερατοφυής.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google